

PETRI CRINITI COMMEN
TARII DE HONESTA
DISCIPLINA.



PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE
HONESTA DISCIPLINA AD BERNAR
DINVM CARAFFAM NEAPOLITA
NVM PONT. ANTIOCHEN
SEM PREFA
TIO.

e Gregie factum est ac prudēter Bernardine Pontifex Antio/
chenfis; ab his qui ueterū res. pu. legibus atq; decretis insti
tuerūt: qm̄ cū alia multa in his: tū illud etiam decreuerūt:
ut in illis hominib⁹ præcipue ornādis atq; illustrādis ratio
haberetur: qui plurimum foret consecuti in bonis studiis:
atq; honestis artibus. quod abste p̄clare atq; diligētissime fa
ctum uidemus: qui in tantis patriæ tuæ incommodis ac piculis: minime tibi
ipsi: tuæq; clarissimæ familiæ defueris: quo magis ludari ab omnibus: atq; ap
probari debes. ego uero & amicitia iure adductus (quæ inter nos maxima ē)
ac excellentis tuæ doctrinæ merito prouocat⁹: dicare tibi cōstitui lucubrati
ones nostras de honesta disciplina: ac tuo nomini nuncupare. secutus eorū ra
tionē: qui cū suffragari aliter nequeāt: bene saltē sentiendo atq; scribēdo stu
diose adnituntur: ut grām aliquam referant. quod & Var. Terentius (qui to
gatorum omniū doctissimus est habitus) faciēdū in amicorum officio existi
mauit. Neq; præterea mihi excidit: quā liberali cōgressu: quā gratis ac doctis
sermonibus me acceperis superiori anno cū Romæ agerem. qd̄ si nostra hæc:
neq; ad Critbolai libram expensa sunt: neq; ad Cleantis lucernam euigilata:
(nam fateri inscitiam nostrā maluim⁹: q̄ modestiæ præscriptū egredi) diligē
tiam tñ adhibuim⁹ baud mediocrē in hoc opere. neq; aliud a me p̄pmodū
quæsitū est: q̄ ut ea subinde (ut fit) adnotarē: carprimq; colligerē: quæ & ho
nestatem eruditionis probarēt: ac meliora p̄sertim ingenia iuuarent: multa ī
his cōperies: quæ ad ius ciuile & pontificium faciūt: alia rursus q̄ ad institu
tiones ueterū: & humaniores disciplinas pertinet: quibus tu quoq; miro stu
dio atq; diligētia inuigilas: neq; difficiles q̄stiones: aut nimis anxias tractau
mus: sed ciuiles imprimis & honestas. Minime autē dubitamus fore quidē
per multos: qui libidine magis accusandi: q̄ animo recte iudicādi adituri hæc
sunt: qm̄ plerisq; innatum hoc est: ut malint uideri in alieno opere igeniosi:
q̄ in docendo atq; intelligendo aliis prodesse: nā reprehendere atq; damnare
imperiti etiam uolunt: iudicare ac probe expendere prudentes tantum: atq;
egregie docti possūt: ad quos ego iudiciū sēper mihi elaborādū existimaui.
sapienter uero & grauius factum est a. P. Scipione: qui uir optimus ab uni
uerso senatu est appellatus: nā cum minus probe atq; honeste se cōsulem no
minatū cōperisset: ea dignitate se abdicandum censuit: ne tam sanctum no
men ullo uitio teneri crederetur: ex quo magis etiam Philoxenus uidetur cō

A



mendandus qui reduci in carcerem maluit. q̄ parū honesto suffragio eximi. quod a nobis obeam causā relatum est: qm̄ atate nostra permulti inueniuntur: qui pari inscitia atq; insolentia unū quēmq; accusant: & assiduis reprehensionibus nulla ratione aut iudicio lacerant: quorū nos tumidā inanemq; loquacitatem non mō despiciamus: sed ubiq; longē cōtemnēdam arbitramur. libuit autē in hoc potissimum ope quādam rerū uarietate: & quasi siluā obseruationū admittere: ne legentium animi in tam uaria multipliciq; lectōie aliquid saltē nō inueniant: quod ingenium suum instruere: aut excitare possit: qua in re auctores quidē habemus in romanis litteris magni nominis uiros: ac summa eruditione celebres: quales in Atticis cōmentariis Gelliū: Aurelium Macrobiū: ac Probum Valerium: apud gr̄cos etiam cōpluris traduntur: qui eandē in scribendo uarietate magno studio sunt confecti: neq; id quidem sine maximis laudib⁹: quo mihi rectius multo uidetur eorum se qui auctoritatem: qui & in uitae officiis: & in rebus scribēdis rationē habendam dixerunt. non praesentis duntaxat atatis: sed ipsius etiam posteritatis. quod equidē sepeper feci: cum multis aliis rationibus: tum qd̄ omnē prope atatem in bonis artibus: atq; honestis disciplinis nō minore animi uoluptate q̄ studio haecenus cōsumpserim: pro quibus eo nunc magis standū: atq; in acie durandum existimo: quo barbari populi infestis armis cōtra Romanas aquilas: hoc est meliores litteras cladē & ruinā assidue moliunt: quod illis prope ad uotū successerit: in tantis Italiae fluctibus atq; fortunis: nisi p̄ sollertes uiros atq; prudentiores diligentia cura: & optimo studio prospiciatur. Sed haec alias. tu interim uelim leto animo capias hoc nostrum munus. ita enim licebit pro ueteri officio diligentiam nostrā probare. & amicitiam inter nos firmiorem atq; integriorem constituere. Vale. & nostra haec studia Oliuērio Caraffa Card. Neapolitano patruo tuo. V. Ampliss. commendabis. Florentiae Nonis Iunij. M. D. IIII.

PETRI CRINITI COMENTARII DE
HONESTA DISCIPLINA.
CAPITA LIBRI PRIMI.

- Caput. i.
De triplici tentorio Tamburlani scytharum principis: & qua cōditione ipse maximus in conspectū & acie hostium accederet.
- Caput. ii.
Quibus disciplinis atq; praecipis Persarū Reges filios instruerēt: & qua potissimum atate ex Platonis Alcibiade. *Plato*
- Caput. iii.
De Psyllis: ac Marfīs: eorumq; potestate in uenenis tractandis: ac de Exagono legato in dolium serpentum coniecto: & de Sillographis auctoribus non nihil. *Sillographi auctores*
- Caput. iiii.
Anacharsis scythae sententia de populari atheniensū statu: & quo pacto populi administratio ab honestis & prudentib⁹ uiris fugienda & detestanda sit.
- Caput. v.
Pacuuī poetae carmen relatum de fortuna: eiusq; multiplici potestate: & qd̄ *Plim?* item de eadem. C. Plinius scripserit.
- Caput. vi.
Quam erudite Plato philosophus scripserit homines iracūdos memoria praesentare: graues autē obliuione: r̄ de Thracēsis populis: & caeli potestate. *Plato*
- Caput. vii.
De obitu Hermolai Veneti: & Pici Mirandulae officio erga eundē: cū pestilentia in urbe laboraret.
- Caput. viiii.
De sauitia Fulviae in Ciceronis caput: & qua ignominia habitus sit ex Dionis historia: & carmen Seueri poetae additum de eodem Cicerone. *Dio Seuer?*
- Caput. ix.
Taciti uerba explicata in iudeorū historia: & quo pacto Christiani etiā sunt asinarii appellati: quaq; ignominia Christi effigies ab antiquis depicta fuerit: in quo insolētia pariter atq; odiū cōtra christianā religionē ostēderūt. *Tacit?*
- Caput. x.
Dictū nimis improbū ac nefādum Theodori Gaza cū Bessarione philosopho sup doctrina diui Hieronymi: & quo modo iniqui⁹ pro Ciceroniano fuerit accusatus.
- Caput. xi.
De Socratis cōstantia cum uxoribus: ac de eius effigie & deformitate ex Hieronymo: tum de imaginibus philosophorum in ueterum gymnasiis. *Hieronym?*



Caput. xii.
Quanta prudentia ac doctrina Messala Coruinus praestiterit: & quo modo praefectura Romanae urbis recusauerit: ut incivile: atque immoderata dignitate.

Caput. xiii.
Christianos fuisse per ignominiam Semios & Sarmenarios uocatos: & quod semisses homines per minoribus: & ignauissimis a ueteribus dicantur.

Caput. xiiii.
Anquiro: & acquisitiones: uocabula esse Romana & honesta: quibusque authoribus id asseratur contra quorundam incivilitatem.

Caput. xv.
Quod eodem die natalis Alexandri Macedonis fuit: & templi Dianae Ephesiae concrematio: ac de auctore ipso incendii cognitio non iniocunda.

Caput. xvi.
Seneca De doctrina Annae Senecae philosophi: & eius sententiae allatae: quae sint ab omnibus ediscendae: & obseruandae.

Caput. xvii.
Sallustius Quam sit grauissimum scelus auaritia criminis: ac uerba ibidem ex epistola Cassii: & alia ex Sallustio ad id pertinentia.

Caput. xviii.
Indigitare deos quod sit: ac de indigitamentis: & qui dii indigetes uocati sunt ex multis authoribus.

CAPITA LIBRI. II.

Caput. i.
Remedium de soluendis amoribus: cum mirifico exemplo Faustinae: ac de natali Commodi imperatoris: qui omnium crudelissimus fuit.

Caput. ii.
Plinius De studio ac litterariis uigiliis Pici Mirandulae: tum inibi Apologus perelegans de Furio Cresino ex Pliniana historia allatus.

Caput. iii.
De subselliis: eorumque uocabulis: & quod maxime scimpodiū: quod Scamellū: & quid suppedaneū ex ueterum auctoritate.

Caput. iiii.
In uitae officiis habendam generis ac dignitatis hominum rationem: & quam prudenter ab Hadriano imperatore factum sit contra ignobilem libertum: ac ibidem quoque de Augusti Octauii prudentia & ciuilitate in re simili.

Caput. v.
De generibus fulminum: quae uidelicet postularia: quae pestifera: & perentia lia sint: ac de procurandis fulminibus ex decem uirilibus tabulis: ac de fulguris arboribus copiose explicatum.

Caput. vi.
Quod C. Plinius a graecis dissentiat de obitu poetae Sophoclis: ac de his etiam non nihil qui praeter nimio gaudio interierint.

Caput. vii.
Quid apud ueteres fuerint Brutiani serui: & qua ignominia sint a Romanis habiti Brutii populi: quod ab illis descuerint: tum non nihil etiam de comicis lorariis.

Caput. viii.
Quo commento Pixodorus pro deo habitus sit: & de marmoris inuentione: ac de Lapidicinis non nihil ex Theophrasti libris.

Caput. ix.
De aetate Constantii imperatoris: & Narsetis: ac de epistola Regis Saporis ad imperatorem Constantium: & quod ab eo responsum fuerit ex Marcellini historiis.

Caput. x.
Quo artificio tonitrua in scaenis olim ederentur: ac de Metelli Pii imodico luxu: atque libidine ex Sallustii uerbis: & quo modo imitatus ea sit poeta Vergilius: cum de Salmeone agit.

Caput. xi.
Quae causa fuerit ut mythologi scribant gigantum pedes in uolumen desinere: et Lampridii uerba exposita de Commodi imperatoris crudelitate.

Caput. xii.
Quam grauius ac satyricus loquax Picus Mirandula contra inertes & otiosos homines uerba habuerit: & quod Solon in suis legibus damnandos esse fuit: ac inibi elegantissimi uersus positi ex Enniana satyra contra istos otiosos se ocitantes.

Caput. xiii.
Quod bis maxime uerbis Politianus se oblectari dicebat: ut sunt reciprocorum arietes: & bestiae exungues: & excornes: & alia ibidem addita.

Caput. xiiii.
Disputatio de re publica habita: ac de imperio Venetum: & Apologus elegans de pinu & cucurbita.

Caput. xv.
De oraculo a Maximino imperatore instructo contra Christianos: & ibidem de constantia Christianorum: quibusque uerbis contra Romanos praesides uterentur.

Caput. xvi.
Qui grammatici de origine uerborum scripserint: & unde haec uerba: auidus & inuidus dicta sunt perelegans & erudita enucleatio.

CAPITA LIBRI. III.

Caput. i.
Quod Plato philosophus inuidiae morbo laborauit: & quod insensus Xenophon: atque Democrito fuerit: cuius etiam libros extingui cupierit.

Anagro
Angustio

Indigitare

Hadrianus

Plinius
Sophocles
Brutiani
Lorarii

Theophrastus

Marcellinus

Sallustius
Vergilius

Lampridius

Apologus

Plato
A 3



Caput.ii.

Disputatio habita inter Hieronymum Sauonerolam & Picum Mirandulā de philosophia ueterum cum christiana academia; & quid item uetustissimi de ipso deo senserint idest Moses: Mercurius: Zoroastres & Pythagoras

Caput.iii.

Quā apud nostros quattuor idiomatum genera fuisse tradantur: hoc est priscū: Latinū: Romanū: & Mixtū: & quo maxime tēpore floruerunt: ac de hebraeis etiam litteris non nihil.

Caput.iiii.

De nominibus Romanorū: & quā a Sabinis p̄nomē acceperint: ex foedere cū Romanis facto. tum qua die Romani nomē assumerent.

Caput.v.

Qui maxime apud Latinos de sacris: ac p̄tificiis uerbis scripserint: & quō reus & damnatus inter se differunt: tum ex iure ipso pontificū uerba exposita.

Caput.vi.

De uiribus atrabilis: ac de Eurilochō: & poeta Malachō: quā grauiter eo morbo ad insaniam uexarentur.

Caput.vii.

Quo habitu: & forma esset Romana toga: ac de aliis uestibus: quae cuique populo ascribantur: tum alia ibidem non iniocunda addita.

Caput.viii.

Quam iniquo animo pub. Vergilius fuerit cōtra Grammatistas: atque septos litteratores: ac eiusdem elegans dictum sup illo enigmate. Tris pateat caeli spaciū non amplius ulnas.

Caput.ix.

De his hominibus qui se ipsos in puteū iaciant: et quā in causa: exēplis de Laurentiano: & aliis adductis.

Caput.x.

De populis qui humana carne uescantur: & quae Hieronymus de Scottis gente Britannica scripserit.

Caput.xi.

De lapide caristio mirifica obseruatio: quā ex eo uestes contexantur: atque in ignem posita a maculis emundentur.

Caput.xii.

Locus in epistola. M. Tullii ad Trebatium expositus de philoctete: quamque in prudenter a quibusdam deprauetur: ac falso exponatur.

Caput.xiii.

Vetere consuetudo relata de Baetrianis populis: & de Atriiis in furtis multatis ex authore Bardesane: ac de Aegyptiis & Lacedaemoniis: qui impune furtum facerent.

Caput.xiiii.

Xxx. milia deorum a poeta Hesiodo celebrari: & a. M. Varro. ccc. Ioues: & Hesiodus quā ridicula foret ueterum de diis opinio.

Caput.xv.

Qui sint apud Aegyptios Sarabatae sacerdotes: & de eorum moribus: atque improbiissima simulatione ex Augustino: & Hieronymo.

CAPITA LIBRI, IIII.

Caput. i.

Dignum memoria de rege Pisistrato: quo astu: atque cōmentō cōtra aduersarios sit usus pro firmando imperio: tum de eius quoque tyrannide non nihil ex uerbis Solonis.

Caput. ii.

Quo studio ac diligentia factum sit a Romanis: ut libros Magonis ad agro colendo in latinum cōuerteret: tum aliud exēplum de Cor. Taciti historia: quo honore a Tacito impe. habita: & in bibliothecis locata fuerit.

Caput. iii.

De Censorum potestate: ac de triplici poena in Romanos: & qui dicerentur in ararios relati: ac ibidem subscripta uerba ex antiquis legibus de ipsis censoribus.

Caput.iiii.

Quantum bonis p̄ceptoribus discipuli debeant: ac de Alexandro Macedone erga p̄ceptorē Aristotelem: tum de eius quinquaginta libris de animalibus digna profus memoria.

Caput. v.

De praefectis siluarum apud Romanos: & de maioribus ac minoribus puinciis: ac inibi illud Vergilii expositum: Si canimus siluas: si uae sint cōsule dignae: cōtra aliorum sententiam.

Caput. vi.

Quā in solstitiali tēpore frondes in quibusdam arboribus cōuertantur: & quae bruma augeri minuique sit obseruatum a stoicis ex Lunae uiribus.

Caput. vii.

De Philemone poeta comico: eiusque mirando interitu: ex Luciani historia: & Lucianus aliorum cōmentariis.

Caput. viii.

Quid mulsū apud ueteres in sacris: ac Titii uerba posita de hoc: tum Romuli Pollionis dictum ad Octauium Augurum: & alia obiter non iniocunda.

Caput. ix.

Quid apud ueteres sit urbem Romam fuisse ad aequilibrium positam: & quā aequilibras uertitur a. M. Tullio quod est graece isonomia tum non nihil etiam de differētia inter Urbem & Romam: ex doctrina iureconsultorum.

Hesiodus
Varro
August.
Hieromy

Tacito

Aerarij

Vergilij

Cicero

Toga

Laurentiam

Hieronym

Cicero



- Caput. x.
De Pythagorica philosophia: & de Iani frōte quadruplici: ac de Manasse Rege: eiusq; statua cum facie quincuplici.
- Varro
Caput. xi.
Quo mō accipiendū sit apud Varronem limbus. xii. signorum: & unde cœlum & mundus dicant: simulq; uersus additi ex Varronis Menippeis q̄ uenustissimi.
- Aristo
Lactanti
Caput. xii.
De quibusdā legibus: & eorū p̄mio: q̄ hostes multos interemissēt: ex libris Aristotelis: & quæ Firmianus contra Enniū & Ciceronem protulerit.
- Petroni
Caput. xiii.
Petronii arbitri carmen appositū: in quo ciconiā pietaticultricē: & gracilipede dē dixit: tum inibi de alitis eiusdem pietate non indigna relatio.
- Caput. xiiii.
De legatione Gallorum ad Regē Alexandrū: ac de illorū congrua: & opportuna responsione cōtra ambitiosam Regis insolentiam.
- Virgili
Strabo
Caput. xv.
Poetæ Vergilii uersus appositū de Numa Rege: qđ canus in adolescentia fuerit: & qđ Strabo id ipsum de L. Tarquino rege rettulerit.

CAPITA LIBRI. V.

- Caput. i.
Quā multiplici doctrina præstet Iō. Picus Mirādula: & iudiciū ab eo egregie factum: de hebrais: græcis: atq; latinis doctrinis: earumq; differentia.
- Caput. ii.
Creditū esse ad grām & formā conferre cibum ex lepore: tum lepida historia de Alexandro Seuro imperatore: additis uersiculis non inuentis.
- Caput. iii.
Qđ optimi oratores in dicendo exciderint. tum de Frācisco Barbaro: & Sotino Senensi iureconsulto: qui & apđ Pontificē maximum: & apđ Venetum principem dicturus obticuerit.
- Caput. iiii.
De mollitie Hortensii oratoris: ac Demosthenis: tum per lepida historia de Hortensii mūditiā: qđ diē collegæ dixit: qđ illi togæ structurā deturbauit.
- Caput. v.
Qui maxime dii extra urbē Romam templa habuerunt: & qua ratione: tū qđ idē Romani ex Solonis legibus sepulchra extra urbē haberi uoluerūt.
- Caput. vi.
De Traiano Augu. cū præfecto militum: eiusq; sermone ad eū: ac de eiusdē impe. gestis ac uictorius maximis.

Caput. vii.
Cautum ex. xii. tabulis contra eos: qui alienas segetes excātare: & pellicere tēraffēt: & Plinii uerba notata & exposita: inibiq; prodigiū maximū ascrip̄tum de agris Vectianis. Plini

Caput. viii.
Quantū pro ueritate inuigilandū: ac de Indorū philosophis: eorumq; studio pro ueritate: ac pœna perpetui silentii contra mendaces.

Caput. ix.
Quam crudite Pythagoras hominum atatem i quattuor partes diuisit: atq; inibi etiā de Seruio Tullio: qui romanorū ciuium tris atates notauerit: ex Tuberone: & Gellio. Gellii

Caput. x.
Quo cōmento: atq; sauitia Iulianus impe. cōtra christianos desæuiret: ac de eius libris cōtra Christum: & qui maxime illis responderunt.

Caput. xi.
Quā egregie doctus in omni philosophia Vergilius fuerit: quo mō ea quæ de inferis: & campis Elysiis scribit: ex Gobria mago trāstulerit apđ Aca. demicum Xenocratem. Virgili

Caput. xii.
Qui sint apđ. M. Ciceronē pentelici hermæ: ac de pentelicis columnis atq; lapidicinis diligenter multa exposita. Cicero

Caput. xiii.
Quam docile animal ac placidū sit elephas: & qđ per funes icedere discat: tum de funambulis: ac funerepis hominibus. Elepha

Caput. xiiii.
De Mythra deo: qui pro sole: apud Persas colitur: deq; illi⁹ simulacro: ac de Mythriatis sacris copiose explicatum.

CAPITA LIBRI. VI.

Caput. i.
De Bellisarii principis epistola ad regem Totilam: cū is de urbe Roma diruēda cogitaret: quibusq; uerbis ab infando cōsilio de uastandæ urbis eum deflexerit. Bellisari

Caput. ii.
Quam sit cautim loquēdum apđ principes: tum de rege perfarū Cābise: & Traxaspe nobile exēplum: & quo modo præstant apud Persas qui amplius bibunt.

Caput. iii.
Nos esse populo inuulganda: quæ archana in sacris sunt: ac Vergilii carmen expositū ex Eleusinis sacris: procul o procul este prophani: et item de Numenii somnio digna cbscruatione historia. Virgili
Numenii



Cicero De Gullonii sumptu ac dapibus uerba in oratione Ciceronis exposita: atq;
Horati ibidem Luciliani uersus apposti: cum Horatiana imitatione de Gallonii
accipere.

Caput.iiii.
Quibus uerbis Caracalla impe. cū Iulia nouerca pudore uendito sit congres-
sus. quantumq; flagitii & malorū ex nimia ipeandi licentia oriatur.

Hieromy De studio philosophi Euclidis in bonis disciplinis: ac de Hieronymo etiā q̄
uehementer & assidue inuigilaret: tum quibus præceptoribus atq; urbibus
doctrinam acceperit.

Caput.vii.
Capella De. xvi. Cæli regionibus: & q̄ numina cuiq; sint ascripta: ex Mineo Capella
relatum: & alia obiter addita.

Caput.viii.
Plautus De litterarum notis in ueterum causis. tum de silentio in iudiciis: ac Plauti
nus iocus expositus.

Caput.ix.
Horatius Qd̄ Rom. homines initio imperii contēperint meliores disciplinas: & q̄n
ipsa poetice in urbē accessit: tum fuisse grassatores dictos a Romanis poe-
tas: & Horatii uersus expositi.

Caput.x.
De sæuitia. L. Syllæ: & Vedii Pollionis: q̄ seruos ī piscinas cōiiceret. ad Mu-
renas: & de Octauii Augu. animo contra eam feritatem.

Caput.xi.
Zeze De Lacanomantia ueterum: quō & quib; sacris fieri cōsueuit: ac de uoce: &
Zeze natura dæmonū: & alia ibidem ex Ioanne Zeze repetita.

Caput.xii.
Virg Quibus elementis atq; initiis animātia dicantē cōstare: ac de quinta essētia ad
uniuersum orbē disponendum: atq; absoluēdū: ibidemq; Mercurii Aegyp-
tii uerba relata: & Vergilii carmen expositum:

Caput.xiii.
Relatum de Carmanis populis: q̄ mirifica eorum cōsuetudo sit: in suspeden-
dis occiforum capitibus: & eorum linguis esitandis.

CAPITA LIBRI VII.

Caput.i.
De ingenio & eruditione Gregorii Nazianzeni: & Basilii: quo affectu ac stu-
dio simul ab humanis litteris ad sacras & diuinas conuenerint.

Caput.ii.
De Hieroglyphicis Aegyptiorū litteris: ac de uulture & ape: eorumq; Sym-
bolo: tum de cruce etiam ipsa nobilis consideratio.

Caput.iii.
Factū memorabile Octauii Rom. oratoris cū rege Antiocho: & de sagmini-
bus legator: quæ ī clarigatione gestabant: ex Iurecōsultis & aliis.

Caput.iiii.
Qui de ingenio dæmonū scripserint: ac de Gnosticis & Euchetis: q̄busq; sacris
dæmonē se cōcipere putarent: digna memoria obseruatio.

Caput.v.
De Maximiani impe. sæuitia in christianos: & qd̄ affectus morbo animum
cōmutarit: tū eiusdem edictum positum pro religione ipsa christianorū.

Caput.vi.
De municipibus Rom. pop. & quid apud Horatiū sit: digni carite cara: ex
positum eius carmē: tum quibus causis atq; rationibus municipes Roma-
ni essent copiose explicatum.

Caput.vii.
Quo animo Cæsar anticatones libros scripserit: & quantū Catonis iuitus cō-
cesserit: cum eius ebrietas ephenderet: aliaq; nō contempnenda de Cicero
nis inconstantia ascripta.

Caput.viii.
De ipositione nominum apud comicos poetas: & qd̄ iter se differant: Cylo-
nes & Chilones: ac ibidem Ciceronis uerbū explicatū: contra quorundam
sententiam.

Caput.ix.
De spacio humanæ uitæ: & adnotanda obseruatio de pondere humani
cordis: quo modo crescat & decrescat: ex anatomica Aegyptiorum ob-
seruatione.

Caput.x.
Quo mō a mathematicis uitæ hominū finis asserat: ac de ætate Mosis ex Tre-
bellio Pollione. ac de Xenophilo musico non nihil.

Caput.xi.
Quantū Pub. Vergilius & M. Tullio laudatus fuerit: & quo honore ab
uniuerso Rom. popu. habitus: cū carmen ī theatro recitaret.

Caput.xii.
De historia. T. Liuii: qd̄ in libros ab authore ipso diuisa fuerit non in deca
des: contra aliorū opinionem: tū quibus id authoribus cōprobetur.

Caput.xiii.
De Bonifatio Rom. Pontifice: eiusq; insolentia & ambitione: tum eiusdem
scelestum facinus relatum cōtra Prochetum Archiepiscopū: ac de iprobita
te & ipudentia Christianorum Pontificum.



Caput. xiiii.
Scitum responsum Aristippi: cum rogaretur cur homines doctiores diu-
tum domos: atq; principū frequenter adeant: minime autē ad eos diuites:

CAPITA LIBRI. VIII.

Caput. i.
De Simone Samarite: qui Magus dicitur: & quo modo in urbe pro deo ha-
bitus sit: & quo cultu: atq; honore fuerit: ex Tertulliani Apologetico: &
aliis authoribus.

Caput. ii.
De Aegyptiorum antiquitate: eorumq; urbibus ex Pōponii cōmentario: ac
de aliis etiā regionibus non nihil obseruatum.

Caput. iii.
De triplici dicendi genere apud ueteres: & quo maxime stilo usi sūt Romā-
ni: Hispani: & Punici auctores ex Mirandulæ sententia.

Caput. iiii.
De falsitate oraculorū qđ ad principū nutū ferebantur: exemplo Philippī
Macedonis: ut Demosthenes: & alii probarunt.

Caput. v.
Seneca Annei Senecæ locus in epistolis expositus de meta sudante in urbe Roma: ac
de Pub. Victore: qui de regionibus urbis scripsit.

P. Victor Caput. vi.
De Milonis Crotoniensis robore: & Pausania: ac de Maximino: & Firmo
romanis impe. quo robore: & qua forma fuerint.

Caput. vii.
De his qui fecundiores fuerint ad prolē procreandā: ac Proculi augu. uer-
ba de ingenti eiusdem libidine.

Caput. viii.
De. xii Romanis diis: & eorū nominibus: qui singulis mensibus apud uete-
res præponerentur: ex antiquo marmore: ac Ennii carmen additum.

Caput. ix.
Veterum poetarū carmen relatū cōtra Chaldaeos & Ariolos: & qua ratione
minime sit illis adhibenda fides: ex sententia philosophi Fauorini.

Jurisco Caput. x.
De crimine scopulismī in Arabia: & locus apud iureconsultos emendatus: ac
leges itē cōtra eos: qui limites ac terminos extrahunt.

Caput. xi.
De auctoritate maxima imperii Rom. et epistola Belsolis Regis ascripta de
Valeriano Cæs. Augu. capto.

Caput. xii.
De fulminibus: & fulguribus arboribus: ac de Ioue fulguratore & tonitruali
in libris aruspicum: aliaq; ibidem addita de fulminibus.

Caput. xiii.
Quæ sit lex annaria in ueterum scriptis: & qđ hoc uerbū auitas significet in
xii. Tabulis.

CAPITA LIBRI. IX.

Caput. i.
De magia Dardani: eiusq; libris e sepulchro a Democrito erutis: ac de græcis
philosophis: qui ad Aegyptios perrexerunt.

Caput. ii.
De Bonoso imperatore: & eius uinolentia: ac ioculari dictum in eius obi-
tu pendere amphoram: tum de lege Symposiaca in potationibus.

Caput. iii.
De diis regionum atq; urbium: quibusq; nominibus appellarentur: ex Ter-
tulliano: Origene: & aliis authoribus.

Caput. iiii.
Anacreontis carmen ascriptum uenustissimum de poculo: & in latinis con-
uersum quod apud Gellium deprauatum est.

Caput. v.
De Magia Aegyptiorum: & qui in ea præstiterunt: ac de. xxxvi. dæmonib9
& qua potestate polleant.

Caput. vi.
Non esse uiri prudentis in humanis confidere: & exemplum nobile de ini-
quissima fortuna Bellisarii ducis.

Caput. vii.
De multiplici causa terremotus: & Neptuni potestate: tū de terremotu ma-
ximo: qui Tiberio imperante in Asia euenerit.

Caput. viii.
Historia de Leana Meretricis constantia in tormentis: ac Tertulliani uerba
exposita: tum de Theodoro etiam quam firmo & constanti animo tuerit.

Caput. ix.
De Leone imperatore: qui edicto cauit: ut omnes imagines e templis: ac ba-
silicis christianorum delerentur: & epistola Valentis: & Theodosii Augu-
storum de eadem re apposita.

Caput. x.
De Hierophantis Atheniensium ad sorbitionem cicutæ: ac de Romanis Sa-
cerdotibus flaminibus & pontificibus.

*Annaria lex
Aenitas*

Gellius

Bellisarii

Tertullii



Caput. xi.
Quam egregia singulariq; doctrina præstiterit Mercurius Aegyptius in reb⁹
diuinis: ac eiusdem uerba ascripta de deo: de mēte: & de animis: in libro de
sapientia dei.

Iuris cōsul Caput. xii.
Qui sint apud iureconsultos iudices recuperatores in extimādis iniuriis ac
de iudicio recuperatorio copiose explicatum.

Gellius Caput. xiii.
Quam imprudenter atq; imperite ab his erratum sit: qui scirpum acceperūt
pro ænigmatē: & qđ apud authorem Gelliū scirpū: nō scirpū legēdū sit!

CAPITA LIBRI X.

Caput. i.
De doctrina Gamalielis Hebræi: & quo iudicio probauerit Iesum Christū
pro deo accipiendum.

Caput. ii.
De Narsete Eunucho: & Sophiæ Augu. uerbis ad eum: ac responsum Nar
setis in fœminæ insolentiam.

Caput. iii.
De populi improbitate: ac de Exilio Aristotelis: qđ impietatis accusatus in
Chalcidem profugerit. tum alia obiter non iniocunda.

Persi Caput. iiii.
Quæ sunt maxime ad iis roganda: & quomodo ex Platone: tum uersiculi
Persiani de uotis peragendis.

Caput. v.
Quantum concesserint Christo Rom. impe. Tiberius: & Hadrianus: ac
de Alexandro etiam Seuero: qui Christum inter alia numina adora
uit.

Vergili Caput. vi.
Vnde apud poetam Vergilium ramus aureus: & uiscus in ilice in Sexto
Aeneidos: ac de magia Druidum Vergilii carmen expositum.

Virgih Caput. vii.
De betrusca disciplina: & quo studio Romani nobiles ad eam discendam
mitterentur: ac uersus ibidem ex. xii. additi.

Caput. viii.
De cura & periculis eorū: qui imperio prefunt: ac Saturnini Augu. uerba ad
hoc ipsum pertinentia.

Caput. ix.
De antiquoꝝ proprietate in carmine in rebus exprimēdis: simulq; Accii poe
tæ uersus appositi ex Argonautis elegantissimi: & Q. Ennii.

Caput. x.
Quæ ratio fuerit siue Flamines sacerdotes apud Romanos nodum aliquem
habere possent in uestibus & qđ libera: & aperta esse debet animorū cōiun
ctio inter amicos.

Caput. xi.
De multiplici ac singulari doctrina. M. Varronis: & qđ idē tñ a Palemone *Varrō*
grāmatico cōtemptus fuerit: ac iniquissima uoce porcus appellatus:

Caput. xii.
Quid i libris iureconsultorū sint ex consules: ex q̄stores: ex p̄fecti: & alia eius
generis: qđq; subagrestia: & parū latina sunt.

Caput. xiii.
Biantis Prienei sententia relata: quo cōsilio ac ratione uti debeamus in decer
nendis causis inter amicos uel inimicos.

CAPITA LIBRI XI.

Caput. i.
Mirificum prodigium de fulmine i natali. M. Tullii ex annalib⁹ Eutropii: *Cicero*
ac de uiribus etiam fulminū non nihil.

Caput. ii.
De officio tribuni militum ex sententia Aureliani Cæs. Impe. & eius episto
la ascripta ex Vopisici historia.

Caput. iiii.
De Pythagorica metamorphosi: & Laberii poetæ uersus apđ Tertullianum *Tertullian*
recogniti: atq; expositi.

Caput. iiii.
De statua Niobis a Praxitele: & ibidem Aufonii poetæ nobile epigrāma ex *Aufoni*
græco: tum de eadem Niobe ex Pausaniæ cōmentariis.

Caput. v.
Historia ex. C. Plinio de Octauia Augu. quæ ex oui augurio in sinu confo
ti: sexum futuræ prolis prænotauit: & alia item non iniocunda. *Plini*

Caput. vi.
De origine dei Canopi: ac eiusdem simulacro: & quo cōmento ac fraude p
deo sit habitus.

Caput. vii.
Pacuiuanum ænigma de testudine: ac uersus eiusdē lepidissimi ex tragœdia
allati: tum locus Tertulliani indicatus. *Tertullian*

Caput. viii.
Scita & elegans obseruatio ex lege ueteri de re Venerea: ac de edictis etiam
Semiramis ab Heliogabalo impe. institutis.

Caput. ix.
De Sæuitia Macrini impe. & qua crudelitate in adulteros animaduertent:
tum alia obiter addita. B

scirpus
scirp?

Aristot

Ex cōsules
Ex prætores
Ex quaestores



Cor. Tacit De nominibus militum: & qui sint primani: tertiani: quintani: & eiusmodi
alia apud Cor. Tacitum: & de quartariis mulionibus apud Lucilium.

Caput. x.
De Proculo: & Regillo impe. & quō per iocum fortuna illudēte imperii di-
gnitatem adepti sunt.

Plinius Quid apud ueteres significet fororiare: & quæ sint māmæ fororiantes ī puel-
lis: ac ibidem expositū qd fratriare: & fraterculare ex Pōpei cōmentariis:
& Plinii locus emendatus.

Plinius Nō credendū esse: quod a. C. Plinio scriptū ē de. C. Meccenate: qd infōnis p-
trienniū fuerit: ac de his etiā qui fōniantes inābulare consueuerint.

CAPITA LIBRI. XII.

Plato Qualis doctrina Platonis fuerit: & quō inter Pythagorā & Socratē medius
fertur: ex Numenii Pythagorici sententia.

Caput. ii.
Quibus uiribus polleant. vii. planetæ in hominū corpore ex Arabū libris:
ac de. xii. signis eorumq; potestate ex ueterū sententiis.

Caput. iii.
Egregie factum & ingenti animo a Petro Caponio florentino cū Carolo rege
Gallorū: in concerpendis tabulis corā eodem rege: cū iniquiores cōtra rem
pu. uiderentur.

Polybius Quot in Rom. exercitu legiones forent: ex historia Polibii uiri diligentissi-
mi ac de centuriis & cohortibus non nihil:

Caput. v.
De ingēti animo Iulii Cæs. cum ad pontē Rubiconē accessit: & edictū ascrip-
tum: quod in ponte fluminis legebatur.

Plautus De peris & manticis: eorūq; nominibus: ac de pasceolo: & facciperiis apud
Plautum: inibiq; de hippoperis apud Anneū Senecā.

Seneca De Romanis spectaculis: & ludis apparatussimis Probi imperatoris: cum de
Germanis triumpharet ex historia Flauii Vopisci.

Caput. viii.
De ueteri Germanorū re. pu. & eorū morib; institutis: ac legibus tā in mili-
tia: q̄ in religionē non cōtemnenda obseruatio.

Caput. ix.
Vrbane factum a Claudio impe. de scypho surrepto a. T. Iunio in cōuiuio
ac res ibidem explicata.

Caput. x.
Iudiciū factum ab Adriano impe. de Aegyptiis populis eorūq; morib; ac
ibidē epistola p̄legans Phlegontis Tralliani: ac de eius operib; nō nihil.

Caput. xi.
Dictum elegans Phauorini philosophi de Hadriano impe. ac simile qddā
Asinii Pollionis cum Octauio Augu.

Caput. xii.
Verba Hieronymi exposita de Hismenia cōtra quorūdam inscitiā atq; inep-
tias. tum de Antigenide: & Hismenia tibicinibus non nihil additum.

Caput. xiii.
Deos auiternos & auitegros a poeta Ennio appellari: & Apulei uerba appo-
sita de diis auiternis.

CAPITA LIBRI. XIII.

Caput. i.
Pulcherrima descriptio de naturā ordine ac potestate ex Bardefane Syrio: ac
Pacuuī carmen allatum de re consimili:

Caput. ii.
De malo ciuiliū dissensionum: & imago discordiæ elegantissimis uersib;
a Petronio Arbitro descripta.

Caput. iii.
Romanorum lex de diis colendis ac probandis p. f. p. q. r. ac de Christo etiā
& quantū Tib. Impe. illi cōcesserit.

Caput. iiii.
De nimia feritate Saporis regis cōtra Romanū imp. Aurelianū: ac de Tabur-
lano etiā principe simile exēplum contra Baysettum Thurcarū iperatorē:

Caput. v.
De. L. Metello uiro clarissimo: & qd in tota uita decē p̄cipua p uoto sit cō-
secutus: ac de Crasso etiam Mutiano: eiusq; insignibus.

Caput. vi.
Diligens adnotatio de generibus tælorum ac nominibus: & q̄ cuiusq; gentis
sunt: tū de lancea & cestris non nihil.

Caput. vii.
De Anatomice disciplina: & historia de Aristomene Messenio: q̄ hirsuto cor-
de fuerit: ac ibidē relata qdam ex ueteribus de humano corde:

Caput. viii.
Quo mō Dioclitianus Cæsar imperii dignitatē contēpserit: & quibus uerbis
apud pop. Romanū deprecatus sit.

B z



Plinius Caput. ix.
Dissentire. C. Pliniū ab antiquis scriptoribus de urbis numidicis. & qđ in li-
bya & Numidia celebrentur ex Solino: Herodoto: & aliis.

Caput. x.
De figuris & effigie elementorū ex Pythagorica doctrina apud philosophū
Platonem.

Caput. xi.
Qđ in Romana Theologia forent Deus Sentinus: & Deus Vitūnus: ac de
diis etiā selectis non nulla ex Varronis & Augustini cōmentariis.

Caput. xii.
Quam sit grauissimū crimen nimia in homine insolentia: & qđ pro comitia
li morbo habeatur: atq; excretur a philosophis.

CAPITA LIBRI. XIII.

Caput. i.
Quam probis moribus & egregia doctrina Plutarchus p̄stiterit: ac ibidē epi-
stola eiusdem ascripta ad Vipium Traianū Augu.

Caput. ii.
Sacrificōmissum & impiecomissum quō inter se differant ex pontificū legib⁹
& qđ significant.

Caput. iii.
De obitu dāmonū: ac memoranda historia de Panis interitu Tiberio Cæs.
iperante: ex Plutarcho: & Eusebio: tum de christo etiā nō nihil.

Caput. iiii.
Galieni Impe. dicta impudenter contra Rom. rē pu: & quo animo fuerit in
acceptis cladibus atq; defectionibus.

Caput. v.
Probatio fuisse apud Romanos ut equites: ac pedites in cōlibatu essent: tum
leges allata cōtra cōlibatum: & qđ item Moses: & Plato statuerunt.

Tertullia Caput. vi.
De cētenariis cōenis: ac uerba Tertulliani exposita. tum de lege Fannia & mi-
liariis apris & columnis.

Caput. vii.
De urbanitate. M. Antonii cum græcis: & quo cōmento Atheniensium blā-
dimentis illuserit: ac digno talione represserit.

Caput. viii.
Quæ sit apud Syrios dea Adagartis: ac de ei⁹ simulacro: & qđ uirginis signū
pro iustitia sit a Nigidio figulo acceptū: eiusdemq; uerba apposita.

Caput. ix.
De triplici numerorum p̄portione in arithmetice: musice: ac geometrice: tū
de eleganti similitudine ad rem pub.

Caput. x.
De Romanorum studio in bonis disciplinis: & relata cōtentio inter Lucul-
lum: Hortensium & Sisennam de historia marsica cōponenda.

Caput. xi.
Qua urbanitate Antoninus Geta Impe. p̄ litterarū ordinē cōuiuia strueret:
quibusq; uotis fercula ipsa prānotaret.

Caput. xii.
Qđ nullæ deorum imagines per Clx. annos in urbe Roma fuerint: ex Nu-
mæ doctrina: & qđ Hebræi quoq; nullas in tēplis imagines haberent: aliaq;
de templis atq; imaginibus memoranda.

Caput. xiii.
An uerum sit qđ de Numa & Pythagora notauimus: ac ibidem p̄batum ha-
buisse romanos tēporibus Numæ Regis imagines deorum.

Caput. xiiii.
De Asclepiade Medico: qui lectos egrotis suspensiles primus excogitauit:
ac de tricliniis uersatilibus imperatoris Heliogabali.

CAPITA LIBRI. XV.

Caput. i.
Historia de Cleomede Pyete: & quibus gestis atq; honoribus claruerit ex
Theodereto: & aliis authoribus.

Caput. ii.
Nobile exēplū de Alexandro Macedone contra inutiles labores: & nimis cu-
riosam sedulitatē.

Caput. iii.
Quid sint apud iureconsultos reliquatores: & quid item reliquari: & reli-
quatio: ac loci aliquot in iure ciuili expositi.

Caput. iiii.
Quande pro quam apud ueteres dici solitum: & Lucretii poetæ uersus emē
datus atq; expositus: tum alia ibidem addita.

Caput. v.
De Hadriani impe. ingenio & urbanitate: & quo talione Florum poetam
represserit: uersiculis eiusdem relatis.

Caput. vi.
Dici solitum apud ueteres trabs: canes: duces in singulari: pro eo qđ est
trabs: canis: & dux: & alia eiuscemodi obseruata ex. M. Varrone & aliis.

Caput. vii.
Qui sint apud iureconsultos pedanei iudices: & qui item Pedarii fautores &
senatores ex cōmentariis atticis

Caput. viii.
Quam erudite a nostris iureconsultis uerba latina exponantur: & quō apđ
eos libri & parentes accipi debeant: non aspernanda obseruatio.

Marsica historia

Iurisconsulti

Lucreti? Quade

Hadrianus

Iurisconsulti

Iurisconsulti



Caput. ix.

Quanta calamitas rei latinæ accesserit ex interitu Hermolai Veneti; Pici Mirandulæ; & Ang. Politiani: tū deliberalitate Laurentii Medicis erga Hermolaum: ac de iniquitate sui temporis.

Caput. x.

De diis ipsis: eorumq; nominibus in Romanis sacris: qui segetibus ac frumētis præsiderent ex Varronis & Augustini libris.

Caput. xi.

Quam molli animo Artemon Periphoretus fuerit: & historia perlepada de mirifica eius formidine.

CAPITA LIBRI. XVI.

Caput. i.

Quæ fuerit origo betruscæ disciplinæ: ac de Tagete uate q e glebis extitit: eiusq; libris diligenter obseruatum.

Caput. ii.

De serpentum natura & genio in Aegyptia theologia: & qua ratione accipitris caput illis addatur: aliaq; de accipitre memoranda.

Caput. iii.

De fœdere inter Gabios & Romanos: quod in corio bouis instar Clypei exaratum fuerit: & unde clypeis nomen: & qd item clypeare uerbum designet.

Caput. iiii.

De uiribus & egritudine amoris: ac de eius remediis copiose relatum ex Arabum cōmentariis.

Caput. v.

M. Varronis oraculum de Rom. Imperio quod ex augurio. xii. uulturū p: M. cc. annos futurum esset.

Caput. vi.

Qui fuerint apud ueteres Adamiani: & Nyctages hæretici: ac de lychnobiis etiā hominibus: & Horatii locus expositus: tum de his qui himerobap / *Horatius* tistæ dicerentur.

Caput. vii.

Quibus rationibus Agesilaus princeps. & Plotinus suas imagines effingi noluerunt: ac de alexandro itē Macedone non nihil.

Caput. viii.

Qui abecedarii: syllabarii: ac nominarii sint apud Hieronymum: ac de Abecedario ex uerbis Hieronymi & Augustini.

Hierony

Caput. ix.

De romanis uatibus antiquissimis: eorumq; hymnis & canticis: tū qui dicerentur Mineruii: lanales: & lunonii uersus.

Caput. x.

De. M. Antonio q leonibus ad currū iūctis uehi cōsueuit: ac de Heliogabali portentoso ingenio: qui leones: tigresq; & mulieres ad currū iunxerit.

CAPITA LIBRI. XVII.

Caput. i.

Quot apud ueteres Idiomata celebrenē: ac de illorum inuētoribus: tum per elegantes senarii appositū: & de Gordiani Impe. sepulchro.

Caput. ii.

De Maximini impe. sauitia: & uersiculis contra eum uulgo prolatis.

Caput. iii.

Horatii carmen expositum de Cyclopo in scæna saltante: & de Cyclopeis ludis ex ueterum auctoritate: ac Lucili uersus de Polyphemo. *Horatius*

Cyclops in scæna saltante

Caput. iiii.

Quo habitu ac figura stilus esset apud ueteres: ac de parte eius deletili: & qd item sit stilum uertere: ex Augustino: Hieronymo & aliis.

Stilus uertere

Caput. v.

Quæ sint serperastræ in geniculis puerorum alligata: & Aristotelis uerba in politicis ex Varronis sententia exposita.

Aristot.

Caput. vi.

Quid sit pprie lychnucos: & emendata uox in Suetonii historia: tū Lucretii poetæ Carmen additum.

Varro

Suetom?

Lucreti?

Caput. vii.

Quid in uetere nūmis sit. A. A. A. F. F. ac de tribunitia potestate ad nūmos signandos: tum locus ex decemuiralibus tabulis.

Caput. viii.

Qui sint apud iureconsultos directarii: & dirigere: ac restituta in pandectis uerior lectio: tum qd apud græcos ticobates intelligatur.

Iurisconsulto

Caput. ix.

De Tertulliani eruditione: ac eius uerba contra Marcionem hæreticū relata: & quo mō Hieronymus ea transtulerit.

Tertullian?

Caput. x.

Mos ueterum de mittenda imperatorū imagine ad urbē: si qñ in absētia crearentur: & qd ipsi iudæi nullas imagines Cæsarum recipere uoluerunt.

Caput. xi.

Qui sint apud Aeliū Lampridiū benenafati homines. ac de impe. Antonini Heliogabali flagitiosa & infanda libidine.

Benenafati

Caput. xii.

De Architæ colūba uolatili ex mechanica eius disciplina: ac de Boethii philosophi pari ingenio & doctrina ad mechanica quædā mirāda efficiēda: ex Cassiodori Varii.



Joseph Caput. xiii.
Mirandum & adinaton uideri quod a Iosepho traditur de Alexandro Macedone; ut huic pinde ac Mosi mare Pamphiliu patuerit cu transfretaret in Persas cum exercitu.

Caput. xiiii.
Aureliani Impe. epistola ad Zenobiam Palmyrenoru regina; & eius responsum q̄ alto & generoso animo ad eundem sit redditum.

Caput. xv.
Vnde rerum principia atq; effectus in uita existat; & quo mo Astrologi; Phisici; atq; Theologi inter se dissentiunt.

Caput. xvi.
Quid sit morbus tonsillarum; & in qua maxime parte corporis; qualiq; origine dicantur tonsillae.

CAPITA LIBRI. XVIII.

Caput. i.
De Hormisda perfarum princeps; & quo astu; atq; comento e custodia sit liberatus ab uxore.

Virgili Caput. ii.
Vergilii carmen emendatum contra quorundam inscitia; furit intus aquai; ex Quintiliano & aliis authoribus.

Tertullia Caput. iii.
Dictu Demosthenis de sua fuga; ac uerba Tertulliani explicata; & quo pacto Cicero & Demosthenes in propriis causis maxime degeneres; ac timidi fuerint.

Horati Caput. iiii.
Horatii poetae uersus expositi contra alioru sententia de Attae fabulis; cu inq; Recte nec ne crocum floresq; perambulet Attae.
Fabula si dubitem; ac de Croco in scanis copiose expositum.

Caput. v.
Quid apud ueteres muginari significat; & quo ea uoce utatur Cicero; & qd item sit apud Varronem ex prouerbio minfacere.

Auson Caput. vi.
Qui sint proprie milites aedri uti apud poeta Ausonium; ac eiusdem uerba in epistola explicata.

Varro Caput. vii.
Quo pacto Varronis uerba in libro de agricultura emedari oporteat; & quo sensu accipienda sint.

Apulei Caput. viii.
Accii poetae uersus apud Apuleiu recogniti; & quo pacto mutuatus sit illos ex Acciana tragodia.

Caput. ix.
Egregie factum a rege Alfonso in legenda Liuii historia contra iperium medicoru; & de similitate inter eum & Cosmam Medicem.

Caput. x.
M. Ciceronis uerba exposita de L. Tubulo sacrilego; & Luciliani uersus additi de eode; tu q̄ acricarmine Romanos ciues Lucilius exagitarit. *Cicero*

Caput. xi.
Quanta sauitia fuerit Auidius Cassius; ac de supplicio illius ad necados homines per fumum. tum de his etiam qui fumos uenderent no melegans obseruatio.

Caput. xii.
Relatum ex lege menia de comprimendis morientiū oculis; & qd minime filiis liceret parentum oculos occludere.

Caput. xiii.
Verbum quod est subulo hetruscu esse; ac pro tibicine accipi; & Macrobi uerba de subulombus ascripta. *Macrobi*

Caput. xiiii.
De animatibus q̄ in igne uiuant; ac ibide de Cameleotis facie; ingenio & coloribus.

CAPITA LIBRI. XIX.

Caput. i.
De remedio ex pergiscendi a sono; & quo inter se differant authores de Alexandro Macedone; & Aristotele philosopho enarrantes.

Caput. ii.
De instrumentis militarium machinarum; & earum uocabulis; ac de Tellenone; & de Machina Demetrii ducis; qua Poliorches dicebatur.

Caput. iii.
Ennii poetae carmen de pub. Scipione allatum; & Annei Senecae uerba in epistolis emendata atq; recognita. *Seneca*

Caput. iiii.
Cassii Seueri dictu pelegas in Labienu historicum; ac de improba eiusde Labienidicacitate.

Caput. v.
Quid sit repandirostru; & incuruiceruicu pecus; ex Pacuuiio apud M. Varronem; & emendata ibidem uerba & exposita contra imperitoru sententiam; *Varro*

Caput. vi.
De imagine Nemesis; eiusq; potestate; & nominibus; & epigramma Ausonii expositum. *Auson*

Caput. vii.
De prudenti responso Cecilii Metelli ad amicu; qui eius animi consiliu scire cupiebat; neq; esse cuiusq; ingenio facile confidendum in rebus grauioribus.

B y

Fumū uedore

Comprimere oculos

Tellenone



Martialis Caput .viii.
Cervos pro seruis & fugitiuis accipi apud ueteres: ac Martialis poetæ carmen
expositum contra aliorum sententiã.

Cicero Caput .ix.
M. Ciceronis uerba emendata atq; exposita in libro de optimo dicendi genere
ex Lucilianis uersibus de Efernino oratore.

Martialis Caput .x.
Iocus elegans Heliogabali ipe. de suis cõuiuiis in discubendo: ac de sigmate
etiam mensa uel sedili: & qd̄ ea uoce Martialis utatur.

Macrobi Caput .xi.
De Cymbio uase: & carchesio: & quo pacto Macrobius fœde errauerit: cum
de his differit in Saturnalium cõmentariis.

Caput .xii.
Quibus causis Romanus populus atros dies ac luctuosos haberet: ac deminuen-
duendo luctu & publice & priuatim.

Necepsus rex Caput .xiii.
De Necepsore & philosopho eiusq; magice: & Paulini poetæ uersus expo-
siti ex Firmico Materno & aliis.

CAPITA LIBRI XX.

Caput .i.
De Sybillarũ diuinatione: quæ in Branchis: ac Delphis uaticinia redderent:
ac ibidem non nihil de prophetis relatũ ex doctrina Platoniorum.

Caput .ii.
Mos ueterum relatus in comitiis dirimendis Ioue tonãte: fulgurãte: & qd̄ fla-
minica etiam feriata tunc esset.

Caput .iii.
Qd̄ in Tiberis undatione draco maximus p̄ urbẽ uisus sit: Maurico ipe-
rãte: ac de alio item Augu. cæsaris dracone: quẽ pro comitio ostentauit: & alia
ibidem cõsimilia ex historiis ueterum allata.

Caput .iiii.
De Symbolis Aegyptiæ rheologiæ: ac de Lotbo arbore: sup̄ qua deus locare
aliaq; obiter nõ inuocũda de lotbo capillata.

Plutarch Caput .v.
Scita admodũ ac elegans expositio a Plutarcho de origine uerbi: quod est spu-
ritus: ac non nihil etiam de latinis prænominibus.

Plini Caput .vi.
De Vestaliũ capillis: qui ad arborem lotbon obruerentur: ac Plinii lo-
cus expositus: tum quæ arbores fœlices: aut infœlices a ueteribus ha-
beantur.

Caput .vii.
Quid apud ueteres sit prætextatus sermo: ac de uerbis prætextatis: & quomodo in
ea uoce parum cõsentiant auctores.

Caput .viii.
Enigmata duo allata: unum ex Platone: alterum uero ex fabulis Plautinis:
& utrunq; lepidũ: & perurbanum.

Caput .viiii.
De licentia ueterũ poetarum in notandis hominibus: ac elegãs parodia Me-
telli consulis cõtra poetã Nauium: tum de lege a censoribus lata qua poe-
tarum maledicentia reprimeretur.

Caput .x.
De morbo elephantiasis: & unde nomen acceperit: ac de lichenis ibidẽ: & gal-
lica scabie contra quorundã inficitiam.

CAPITA LIBRI XXI.

Caput .i.
Qui maxime dicantur apud ueteres nullo affectu perturbati: ac de M. An-
tonino ipe. & Philippo Augu. q̄ nullo unq; cõmẽto ad risũ potuit excitari.

Caput .ii.
De Mario Gratidiano uiro p̄torio: & quãta imanitate a Sergio Catilina disse-
ctus atq; interẽptus fuerit in Syllanis tumultibus ex Iulio Firmico: & alia
de Catilina & Cicerone addita contra Fenestellam.

Caput .iii.
De uaticiniis p̄ aquam & per uinum: & apud quos maxime populos clara es-
sent ex Plutarcho: & aliis auctoribus.

Caput .iiii.
Iunonis Monetæ nomen & origo allata: tum de eiusdẽ tẽplis & inscriptione
in nummis Cæs. Domitiani Augu.

Caput .v.
De uiribus dæmonum: & qd̄ eorũ .vi. genera tradatur diligens adnotatio ex
cõmentariis Pfelli & Augustini.

Caput .vi.
Quæ figura sit dicendi in ueterũ libris mediusfidius: quaq; origine censerĩ
debeat: ac de Fidio deo non nihil.

Caput .vii.
Quibus uerbis in latino sermone uti debemus: & quã uerecunda esse debeat
in componendis uocibus tralatio.

Caput .viii.
De insigni atq; mirifico porteto infantis: q̄ duplici pectore atq; capite bien-
nium uixerit historia non cõtemnenda: ac de causis portentorum.

Prætextata
uerba

Elephantiasis

Moneta in
no

Mediusfidius



Stadium

Caput. ix.
Traditum esse: quod ex uiris sapientibus plerumque insani: ac dementes gignantur exemplo addito de Aristarchi filiis uiri doctissimi: & aliorum copulurum ex Aelii Spartiani uerbis.

Caput. x.
Quo modo sit accipiendum stadium: & quod multiplex fuerit: ac non nihil etiam de aliis mensuris.

Caput. xi.
Præclare factum atque ingenti animo ab Auidio Cassio Augusto in seditione exercitus: atque eiusdem uerba ibidem relata.

Cicero

Caput. xii.
Quibus liceret in urbe sepeliri: ac de Posthumio Tuberto uiro consulari: de quo M. Cicero in legibus subobscurè intellexit.

Caput. xiii.
De Romanis familiis Fabiorum: atque Curionum: & qua maxime dignitate in ciuitate præstarent: tum de lepidis etiam breuiter adnotatum.

Seneca

Caput. xiiii.
Quantum sit ab amoris contagio abstinendum: ex Cratetis philosophi sententia: ac ibidem Panetii uerba notata ex Anneo Seneca: in quibus par grauitas atque doctrina existat.

Caput. xv.
De studio ueterum in auspiciis: ac de his uerbis: quod ominosa: ac inauspicata haberentur: quareque oscines aut præpetes dicerentur.

CAPITA LIBRI. XXII.

Caput. i.
Copiose expositum de asaroticis pauimentis: ac de lithostratis: seu tessellatis de opere uermiculato: ac de cerostratis non nihil.

Asarota
Lithostrata

Plinius

Caput. ii.
De poena Romanorum ciuium puites: ac Plinii uerba exposita ex historia de Scipione Africano: tum de uite ceteruali copiose.

Liuius

Caput. iii.
De fortibus prænestinis: earumque origine apud Romanos: & quomodo ederentur in templis: ac Liuii locus expositus.

Caput. iiii.
Quanta prudentia M. Cato indicauerit non esse publice audiendos in romana ciuitate tres Atheniensium oratores. i. Carneadè: Critolaum: & Diogenem: ac de illorum mirabili ingenio & facundia.

Deportati
Relegati

Caput. v.
Quare differentia tradatur inter deportatos & relegatos: & qui maxime auctores deportari homines ac portenta scribant.

Caput. vi.

De quadragenario numero & eius potestate in puerperiis & infantibus tum de festo die quem graeci tetracoston appellant.

Caput. vii.

De clementia M. Antonini imperatoris. & quibus maxime uerbis contra se ipsum conspirantibus parcendum monuerit.

Caput. viii.

Quam constanti & alto animo fuerit M. Cato: & eius dictum de se cum bella inter Caesarem & Pompeium aestuarent.

Caput. ix.

De Prosa & Postuerta Romanis diis: ac ibidem de Anteuorta: & quod inter se differant: quareque ratione colerentur a Romanis.

Caput. x.

Quae sint Samiata ferramenta in Aureliani Augusti epistola: & samiare arma: ac de samis uasis & Numae Capedunculis in Romanis sacris.

Samiata uasa

Caput. xi.

De oratore Isocrate: eiusque insigni facundia: & quo modo tria imprimis notanda præstiterit ex historia Pausaniae.

Caput. xii.

De eruditione Crispi Passieni & eius eleganti sententia in habendis probandisque amicis.

CAPITA LIBRI. XXIII.

Caput. i.

Quod Octavius Augustus tria potissimum in uotis habuerit: ac de fortunæ uiribus: honore & nominibus apud Romanos.

Caput. ii.

De inmodico luxu Antonini Heliogabali imperatoris. ac de eius culcitris cum leporinis pilis: & perdicum plumis. ibidemque expositum de accubitis.

Accubitis

Caput. iii.

Quare diuinationis species habenda sit capnomantia: & Statii poetae uersus alla Statii: atque expositi super hac uaticinandi ratione.

Caput. iiii.

Quod imperante Tiberio uirum flexile: ac ductile redditum sit: & qua poena tantae inuentionis auctor dannatus fuerit.

Caput. v.

Quibus maxime cibis uenena: quaedam animantia uiuant: ut Vipera: Scorpiones: Stellionesque: ac de amphibis etiam & aliis.

Caput. vi.

Deos esse accipiendos tam foeminino genere: quam masculino: ac de Luano etiam deo pro luna: & quo cultu atque institutis apud Carras coleretur.



Caput. vii.
Iudicium a poeta Marullo factū de Latinis poetis: & quo uitio notati sunt,
aut quo ordine habendi.

Caput. viii.
De Iuliorum: & Antoninorum familiis: & qđ in hominibus impbissimis:
atq; monstrosis defecerint:

Caput. ix.
Macrobi Vinū esse remedio cōtra aconitū: ac defesus a calumnia quorūdā Macrobi:
qđ cicutā p aconito audacius: q̄ uerius in eius saturnalibus reponunt.

Caput. x.
Quam iniquo animo Porphyrius philosophus Christi religionē sit infecta:
tus: ac eiusdē falsum atq; improbū uaticiniū appositū: in quo Christianos
ip̄os per. cclx. annos duraturos scripserit.

Caput. xi.
De Val. Homulli ingenio: & eiusdem dictis cōtra. M. Antoninū Impe. eiusq;
constantiam.

Caput. xii.
De disciplina Arabum in astronomicis: & qđ ipsa hominū ætas certis tēpori
bus ad planetas referatur.

Caput. xiii.
Expositum diligenter quid hostoriū sit: quid rutrū & rutellū: ex Lucilii car
mine: ac de imaginibus etiam cum rutro.

Caput. xiiii.
Vnum esse hominem inter oīa animantia: qui calidis in potu utatur: & ad
uenerem pro libidine quocunq; anni tempore accedat.

CAPITA LIBRI. XXIII.

Caput. i.
Quantum Aristoteles Platoni magistro cōcesserit: ac uersus in ara ab eo po
siti: & qđ magi etiam Platoni imolarunt propter absolutum nouies noue
narium numerum.

Caput. ii.
De cultu quorundam animantiū a uariis populis: & de Syria dea: eiusq; effi
gie relatum.

Caput. iii.
Mercurii Aegyptii uerba relata de natura: ac de maiestate dei: deq; spiritu &
mundi materia: ac de homine.

Caput. iiii.
Poetæ Lucretii obitum eodem die contigisse: quo pub. Vergilius uiri
lem togā induit: Licinio & Pompeio Cos. ac de natali poetæ Vergili.

Caput. v.
Quam seuerē factum sit a Romanis cōtra insolentiam: & de cōuitiis atq; cō
tumeliis: quæ publice in triumphantes a seruulis dicerentur.

Caput. vi.
De animantibus: arboribus: ac lapidibus quæ naturali consensu cum solis &
Lunæ uiribus consentiant. Caput. vii.

Verficuli aliquot in Vergiliano poemate emēdati: ac de dactylicis: & spōdai
cis numeris non nihil. Caput. viii.

Qua ratione intelligatur uer sacrum fieri: ac uerba Plinii exposita de popu
lis Sabinis ex historia Sisennæ.

Caput. ix.
Plauti uerba exposita in prologo Pænuli: quo loco Aristarchi Achillem no
minat cōtra imperitorum sententiam.

Caput. x.
Perlepida historia de Phryne meretrice & Praxitele: & quo cōmēto ufa sit
in explorandis Praxitelis operibus: quæ absolutiora forent.

Caput. xi.
De doctrina Ioannis Scotti: & quā sæuissima cæde ab ingratis discipulis
interemptus fuerit. Caput. xii.

Verba ex epistola diui Augusti relata de luxu: & mollitie Meccenatis: & qđ
impudenter atq; inscitissime ab imperitis deprauata sint. Macrobi

Caput. xiii.
De impia & uanissima superstitione templariorū: & quo mō a Clemente pō
tifice maximo abolita fuerit non inuocanda cognitio.

Caput. xiiii.
Tertulliani uerba exposita de Curio aleatore: & qđ nobilis tradatur fuisse in
talan ludo ex. M. Cicerone: Pediano: & aliis.

Caput. xv.
Quid significant hæ uoces: hoc est Tricones apđ Juliū Capitolinū: & Lim
phyones in epistola Phlegontis liberti: ac de Lympholentis non nihil. Capitolin Triconis

Caput. xvi.
Quis apud ueteres Aegyptios maximus omnium deus haberetur: qualiq;
imagine sit ex oraculo Serapidis celebratus.

CAPITA LIBRI. XXV.

Caput. i.
Qui maxime homines comitali morbo uexentur: & qb⁹ argumentis agno
scantur ex. L. Apuleio & aliis. Apulei

Caput. ii.
De nominibus auspiciū apđ ueteres: ac de illorū superstitionis obserua
tionibus ex antiquis grammaticis.

Hostoriū
Rutrū
Rutellū

Virg
Plim
Numeri da
tylici & spi
darii

Plaut

Macrobi

Tertullian

Capitolin

Apulei



Caput. iiii.

Quanta fuerit Esdrae sacerdotis eruditio: & quam mirifica eiusdem memoria in ordinanda atque componenda Hebraeorum philosophia: ac de Cabala etiam non nihil ex uerbis Pici Mirandulae.

Caput. v.

Quae foret in libris pontificum dea Tutulina: & de sacerdotibus tutulatis in Saturnio carmine diligenter notatum.

Caput. vi.

Lapidare & lapidationes uario significato intelligi: & quid inter lapidescere: ac lapire sit explicatum.

Caput. vii.

Quo nomine apud ueteres mana diceretur: ac de illius usu & cognitione apud medicos: tum de mana Thuris non nihil.

Caput. viii.

Quae habita sit apud ueteres aethiopes minor multa & maxima: ac de multitudine iniuriis ex. xii. tabulis diligenter obseruatum.

Caput. ix.

De oraculis quae ederentur in Dodone ex sonitu peluii: & Ausonii poetae carmen de hoc expositum.

Caput. x.

Quid sit fonticus morbus in legibus decemuiralibus: & fontire uerbum in quo significato accipendum sit.

Caput. xi.

De nominibus & potestate deorum apud ueteres: & quam inanis ac futilis eorum superstitio foret copiose enarratum.

Juriscōsul

*Lapidare
Lapidescere
Manna*

Dodonei Lebetes

Auson

Fonticus morbus

CAPITA LIBRI XXV.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



BENEDICTVS PHILOGVS FLO
RENTINVS SCIPIONI CARTE
ROMACHO SVO.S.

d Ebentur tibi iure optimo Scipio Carteromache cōmentarii Petri
Criniti de honesta disciplina: quos nup̄ imprimendos curauimus.
Neq; ob id tantū: ut ueterem amicitiam: ac studium testentur (q̄q̄
id etiam) sed ut facilius cognoscas: nihil me auidius cupere: aut
libentius abste exigere: q̄ labores tuos: & elegancia & multiplici rerum cogni
tione refertos. qui iam non splendescunt lima (ut est author optimus Petrus
Candidus: uir græce & latine impense doctus) sed non sine Romanæ linguæ
iniuria atteruntur. Patere igit̄ Philologum tuū eos uidere: perlegere: formis
excudere: cum æquum sit (ut Plinii utar uerbis) nos in amore tuo tam mu
tuo: eandē percipere ex lucubrationib⁹ tuis uoluptatē: qua tu perfrueris ex
nobis. Notum est omnib⁹: q̄tum eruditio tua ī Veneta Academia a uiris do
ctioribus celebretur: qui te poetam: & oratorē maximum: nec non inter phi
losophos eloquentissimum: & inter eloquentes ut dicā græce φιλοσοφώτατον
apellant. Non est hoc silentio prætereundū: te publice ī eadem urbe celeberrima
annis superioribus: tanto omniū concursu & fauore græcas litteras pro
fessum: & ea haud ueritū iterpretari: quæ in hunc usq; diem aut pauci admo
dū: aut nullus aggredi est ausus. quibus rationibus mittuntur ad te Criniti
nostri uigilia: in quibus uariam multiplicemq; rerū cognitionem inuenies:
quæ legentium animos & inuitare potest: & copiose instruere. Testis ego sū
q̄tis ille laborib⁹: q̄ta diligentia in bonis litteris haften⁹ defudarit: ut q̄nihil
poti⁹: aut antiquius tota uita habuerit: q̄ id aliquādo cōsequi: ut omnē pro
fus antiquitatem studiose perlegeret: ac diligentissime obseruaret. sed hoc to
tum melius ex eius cōmentariis intelliges (de quibus tecum sæpe egit) q̄ ex
præsenti epistola. Vale & breui eiusdem hæc omnia: quæ inferi⁹ notabuntur
expecta.

Epistolicarum responsionum. libri. XX.
De Grammaticis latinis. |
De Poetis. | libri. XV.
De Oratorib⁹: & Historicis. |
Promiscuarum quæstionum. libri. X.
Parthenicorum sermonum: & poematum. libri. III.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER PRIMVS.

De Triplici tentorio Tamburlani scytharum principis: & qua conditione
Imperator maximus in conspectum & Aciem hostiū accederet.

n Emini dubium est uitam ipsam mortalium fieri mul
to prudentiorem & cultiorem ex rerū historiarumq;
obseruatione. Sed ea præcipue sunt pluris extimanda
quæ ad usum magis ipsū & uitæ rationes conducunt.
sicuti exēpla antiquitatis sunt: ex quibus ita homines
subinde fiunt prudentiores: ut qui optime antiquita
tem calleat: is æque & præsentia intelligit: & futura plerunq; prospicit. Su
bit autē nunc *στρατήριμα* de Tamburlano Scytharum Imperatore: & eius sæ
uitia. Is. n. quo maiorem hostib⁹ terrorem atq; metum incuteret: triplici tē
torio in exercitu uti consueuit. sicut in uno quoq; dispar color appareret /
quo animi quoq; mutatio militis intelligeretur. Primū. n. colore albo: pur
pureo Secundum: Tertium nigro proferebat. Idq; ipsum ratione quadā im
perii & uictoriæ faciebat: uir alioqui & gestis: & auctoritate clarissim⁹: nā ex
colore tentorii uolebat ab his cognosci belli cōditiones: cum quibus in cer
tamē descenderet. prima die cum in cōspectum hostium cū exercitu aduen
tasset: tētorium illud colore albo explicabatur: in quo significabat / nulla in
re: si modo se dederent: iniuriam se aliquam illaturum. q̄d si alteram diem
hostis expectasset. tum coloris rubri tentorium educebat / quasi ad eadem
& sanguinem. si ad triduum res protraheretur / pro colore atro: omnia qui
dem atra futura: & extremam cunctis occidionem prænuntiabat.
Quibus disciplinis atq; præceptis persarum Reges filios instruerēt: & qua
potissimum atate ex platonis Alcibiade.

Caput .II.

Es digna memoria est: quam plato philosophus refert. In libro de
ingenio hominis. nam cum Socrates diligenter disserat: quo studio
ac diligētia Lacedæmones ad eruditionē uirtutis *ἡ παιδεία* instruā
tur: mox ad ipsos etiam persarum reges accedit: eorumq; mirificā sane ac me
morandā disciplinā recenset. siquidem apud eos inquit qui regis filius in re
gno succedit: primo eius natalē / quicumq; in regno sunt celebrant: simulq;
in posterum quot annis eandem lucem sacris ac festis uniuersa Asia psequi
tur: mox uero nutrirī puer incipit. neq; id a qua uis nutrice p̄ agit: sed ab ip̄is
duntaxat Eunuchis: qui in regis aula: omnium optimi censeantur. nam &
hisdem reliqua omnia demandant: quæ ad pueri curam educationemq; p̄ti
neant. præcipue uero diligentiam adhibent maximam: uti natum ipsum de

Plato



cora & egregia forma habeat: ex quo membra eius & artus accurate ac diligēter dirigunt atq; componūt. ubi uero septimum aetatis annum compleūt: ad equestris disciplinae magistros atq; in ipsas uenationes mittuntur. anno autem . xiiii . curam eiusdem suscipiunt / qui magistri regii nominantur: & hi quidem ex uniuersa persia delecti quatuor sunt: qui ceteris omnibus uirtute praestent: uidelicet sapientia / iustitia / temperantia atq; fortitudi / ne . ex his uero primus eiusmodi magicam docet / quae a Zoroastre oroma / si filio profecta est / quae nihil est aliud / quam deorum cultus. Idemq; regia instituta tradit. secundus commonet: ut in tota uita ueritatem praecipue colat. tertius nequo affectu aut libidine superetur / sed libere uitam agere cōsuecat / sibiq; ipsi primum imperare nec alteri seruire. Quartus demū intrepidus illum & impaudum reddit / nec ubi metuendo seruus efficiatur. Hae Plauto in Alcibiade rettulit: quo facilius praceptor Socrates Alcibiadis animum ad ipsam uirtute excitaret. Simulq; delphicū illud subinde respiceret / quo monemur / ut se ipsū quisq; pbe cognoscat / nec ubi imperio animi abutamur. quod a Plutarcho etiam Cheroneo praclare exponitur.

De psyllis ac maris eorumq; potestate in uenenis tractandis / ac de Exagono legato in doliū serpentū coniecto / ac de sillographis authoribus non nihil.

Caput. III.

De psyllorū ac maris eorumq; potestate in uenenis tractandis / experientisq; ualerēt & Herodotus alicarnasseus / & alii per multi scripserūt. Verū quod in romanis annalib⁹ seruatum est / & a C. Plinio relatū / id eiusmodi certe est: ut fidē ppe historiae exuperet de uiro Exagono / qui cū forte in urbe orator ageret / ac uenenorum uires / potestatemq; iactaret / Romani quidē consules uolentem eum in doliū serpentum coniecerunt / quo tāti facinoris experimentum facerent. quae res magnum proculdubio miraculū de Exagono / eiusq; ingenio praebuit. cū serpentes ipsi τὰ λοιπὰ ἰοβόλα in ipso eum doliū circumlāberent atq; demulcerēt / romanis hoc totum spectantibus: Sed enim populi qui contra uenena polleant: etiam oblogenes in cypro insula / itemq; Tentiri celebrantur / qui esse adeo crocodilis terrori dicuntur / ut uocem quoq; illorum maxime reformident ac fugiant / nam & fascinationes ab hisdem fieri traditum est. psylli autē apud quosdam pro uirulentis omnibus ac uenenatis intelliguntur. Timonis uero opus in scrip-

ptum σίλλοι φιλοσόφων quod esset amarulentum carmen plenumq; mordacitatis. nam & Marcellinus Ammianus didymum quidem grammaticū alexandrinum satirice incesit / quod is authores / ut inquit / sillographos imitatus libros. vi. contra M. Ciceronem scripserit / iuxta illud uetus / Sus Pallada / siquidem in his didymus ciceromastix potius dictus est / quam docti nomen assecutus: quod etiam Gallus asinius / & Iartius licinius pari improbitate factitarunt / cuius commentarius titulo / ut inquit / Gellius / infando

Liberior partho uinere
rege potes.

Plutarch⁹

Herodot⁹

Sillographi authors.

Marcellin⁹

Didymus

Gellius

ciceromastix diceretur.

Anacharsis scythae sententia de populari atheniensium statu. & quo pacto populi administratio ab honestis & prudentibus uiris fugienda & de testanda sit.

Caput. III.

Elatus est a Plutarcho cheroneo / quo pacto Anacharsis Scyta: qui ex seipsum fuit: atheniensium statum (qui populi imperio agebatur) breui interitum praedixit. nam cum forte is in atheniensis populi concionem foret deductus: ac spectasset ea quidem omnia / quae summa in re pu. & praecipua erant: iudicio populi decerni. miratus primo est atheniensium conditionem: qui cum rebus praclare gestis: & auctoritate apud omnes praestaret: ad tam iniquum imperium penesq; obnoxium deuenissent: itaq; prudentissime inquit. o rem pub. breui perituram / in qua uiri principes consultant: populus autem & imperita rerum plebecula decernat. cui uidelicet propriū sit. & in minimis maxime formidare / & in maximis minime prospicere. quod hercle dictum anacharsis ἐκ τῆς μαρτυρίας. fuit. ex quo Plato philosophus & ueritatis uindex / rerumq; publicarum uir consultissimus aperte dicebat: nullo modo iustum imperium / uel ciuitatem appellandam: in qua popularis improbitas summa quaeq; rei. pu. munera tractare praesumat: nec enim de nihilo Charondas (qui leges cathinensibus condidit) in hunc modū de populo concludebat. qui se populo committit / fortunam nō rationem sequitur: qui fortunae fauet / periculo & alea se dedit / qui in alea est / ad ruinam & cladem inclinat. sic ille in populo fortunam in bonis rationem ponebat.

Pacuii carmen relatum de fortuna / eiusq; multiplici potestate. & quid item de eadem. C. Plinius scripserit.

Caput. V.

Vonia per multa passim ab authoribus de fortuna eiusq; uiribus scribuntur: libitum nobis impraesens pacuiianum carmen apponere. in quo graphice quidem & eleganter uis ipsa fortunae ac potestas ab eo sit expressa his uersibus.

Fortunam inquit insanam esse & caecam / & brutam perhibent philotophi: Saxiq; ad instar globosi praedicant esse uolubilem.

Quia / quo saxum impulerit fors / eo cadere fortunam autumant.

Caecam ob eam rem esse uocant / quia nihil cernat / quo se se applicet.

Insanam autem aiunt / quia atrox / incerta / instabilisq; sit:

Brutam quia dignum aut indignum nequeat internoscere.

haecenus pacuius. quod etiam carmen. M. Cicero in rhetoricis rettulit: ne quis in eo quaeritando diutius fatigetur. et si quidam paulo indoctius id ut solutam Ciceronis orationem adducat. Plinius autem in hunc modum de

a z

Plutarch⁹

Plato

Cicero

Plin⁹



cora & egregia forma habeat: ex quo membra eius & artus accurate ac diligenter dirigunt atque componunt, ubi uero septimum aetatis annum compleverunt: ad equestris disciplinae magistros atque in ipsas uenationes mittuntur, anno autem .xiiii. curam eiusdem suscipiunt, qui magistri regii nominantur: & hi quidem ex uniuersa persia delecti quatuor sunt: qui ceteris omnibus uirtute praestent: uidelicet sapientia, iustitia, temperantia atque fortitudine. ex his uero primus eiusmodi magicam docet, quae a Zoroastre oromane filio profecta est, quae nihil est aliud, quam deorum cultus. Idemque regia instituta tradit, secundus commonet: ut in tota uita ueritatem praecipue colat, tertius nequo affectu aut libidine superetur, sed libere uitam agere consuecat, sibi ipsi primum imperare nec alteri seruire. Quartus demum intrepidus illum & impavidum reddit, nec ubi metuendo seruus efficiatur. Haec Plauto in Alcibiade rettulit: quo facilius praceptor Socrates Alcibiadis animum ad ipsam uirtutem excitaret. Simulque delphicum illud subinde respiceret, quo monemur, ut se ipsum quisque probe cognoscat, nec ubi imperio animi abutamur.

Plutarchus quod a Plutarcho etiam Cheroneo praclare exponitur.
De psyllis ac maris eorumque potestate in uenenis tractatus, ac de Exagone legato in doliu serpentu coniecto, ac de sillographis authoribus non nihil.

Caput. III.

Herodotus De psyllorum ac marforum populis, qui maxime in tractandis uenenis, experientis ualerent & Herodotus alicarnassensis, & alii per multi scripterunt. Verum quod in romanis annalibus seruatum est, & a C. Plinio relatum id eiusmodi certe est: ut fide prope historiae exuperet de uiro Exagone, qui cum forte in uibe orator ageret, ac uenenorum uires, potestatemque iactaret, Romani quidem consules uolentem eum in doliu serpentum coniecerunt, quo tantum facinoris experimentum facerent, quae res magnum proculdubio miraculum de Exagone eiusque ingenio praebuit. cum serpentes ipsi in doliu circumlaberent atque demulcerent, romanis hoc totum spectantibus: Sed enim populi qui contra uenena polleant, etiam oblogenes in cypro insula, itemque Tentiri celebrantur, qui esse adeo crocodilis terrori dicuntur, ut uocem quoque illorum maxime reformident ac fugiant, nam & fascinationes ab hisdem fieri traditum est, psylli autem apud quosdam pro uirulentis omnibus ac uenenatis intelliguntur. Timonis uero opus in scriptum σίλλοι φιλοσόφων, quod esset amarulentum carmen plenumque mordacitatis, nam & Marcellinus Ammianus didymum quidem grammaticum alexandrinum satirice incessit, quod is authores, ut inquit, sillographos imitatus libros .vi. contra M. Ciceronem scripserit, iuxta illud uetus, Sus Pallada, siquidem in his didymus ciceromastix potius dictus est, quam docti nomen assecutus: quod etiam Gallus asinius, & Iartius Licinius pari improbitate factitarunt, cuius commentarius titulo, ut inquit, Gellius, infando

Liberior partho uiuere
rege potes.

Plutarchus

Herodotus

Sillographi authores.

Marcellinus

Didymus

Gellius

ciceromastix diceretur.

Anacharsis scythae sententia de populari atheniensium statu, & quo pacto populi administratio ab honestis & prudentibus uiris fugienda & de testanda sit.

Caput. III.

Elatus est a Plutarcho cheroneo, quo pacto Anacharsis Scyta: qui ex seipsum fuit: atheniensium statum (qui populi imperio agebatur) breui interitum praedixerit, nam cum forte is in atheniensium populi concionem foret deductus: ac spectasset ea quidem omnia, quae summa in re publica, & praecipua erant: iudicio populi decerni, miratus primo est atheniensium conditionem: qui cum rebus praclare gestis, & auctoritate apud omnes praestaret: ad tam iniquum imperium penesque obnoxium deuenissent: itaque prudentissime inquit, o rem publica, breui perituram, in qua uiri principes consultant: populus autem & imperita rerum plebecula decernat, cui uidelicet proprium sit, & in minimis maxime formidare, & in maximis minime prospicere, quod hercle dictum anacharsis ἐκ τῆς μαρτείας, fuit, ex quo Plato philosophus & ueritatis uindex, rerumque publicarum uir consultissimus aperte dicebat: nullo modo iustum imperium, uel ciuitatem appellandam: in qua popularis improbitas summa quaeque rei publicae munera tractare praesumat: nec enim de nihilo Charondas (qui leges cathinensibus condidit) in hunc modum de populo concludebat, qui se populo committit, fortunam non rationem sequitur: qui fortunae fauet, periculo & alea se dedit, qui in alea est, ad ruinam & cladem inclinatur, sic ille in populo fortunam in bonis rationem ponebat.

Plutarchus

Plato

Pacuuu carmen relatum de fortuna eiusque multiplici potestate, & quid item de eadem, C. Plinius scripserit.

Caput. V.

Quoniam Vonia per multa passim ab authoribus de fortuna eiusque uiribus scribuntur: libitum nobis impraesens pacuuianum carmen apponere, in quo graphice quidem & eleganter uis ipsa fortuna ac potestas ab eo sit expressa his uersibus.

Fortunam inquit insanam esse & caecam, & brutam perhibent philosophi: Saxique ad instar globosi praedicant esse uolubilem.

Quia quo saxum impulerit fors, eo cadere fortunam autumant.

Caecam ob eam rem esse uocant, quia nihil cernat, quo se se applicet.

Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit.

Brutam quia dignum aut indignum nequeat internoscere.

haecenus pacuuus, quod etiam carmen M. Cicero in rhetoricis rettulit, ne quis in eo quaeritando diutius fatigetur, et si quidam paulo indoctius id ut solutam Ciceronis orationem adducat, Plinius autem in hunc modum de

Cicero

Plinius



eiusdem fortunæ potestate ad cæs. Vespasianum: toto inquit mundo & locis omnibus: omnibusq; horis: omnium uocibus fortuna sola inuocatur: & una nominatur: una accusatur: una agitur rea: una cogitur: Sola laudatur sola arguitur: & cum cõuitiis colitur: uolubilisq; aplerisq; uero & cæca etiã existimata: uaga: inconstans: incerta: uaria: indignorumq; faulrix: huic omnia expensa: huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium sola utramq; paginam facit. Apud scythas uero eiusdem simulacrum sine pedibus fingebatur: ut manus tantum: & pēnas haberet. apud smyrneos autē eiusmodi fuit: ut capite polum fulciret: & manu altera Cornu amalthææ retineret: quæ Bupalii statua etiam a Pausania describitur.

Pausaniam

Quam erudite Plato philosophus scripserit homines iracundos memoria præstare: graues autem obliuione. Tum de thracēsis populis & cœli potestate.

Caput. VI.

*n*emo est omnium qui ignoret: qualis: quantusq; Plato philosophus & uitæ & ingeniorum extimator fuerit: ut eius quidem iudicium in quaq; re adamussim factū merito credatur: Sed erudite ac prudenter uisus mihi est eos homines adnotasse: qui uel iudicio: uel memoria præstent. Tu quo maxime argumento hoc totum prænoscamus. Nam eos inquit maiori memoria esse: qui ad iram & contentiones facilius excitantur: eos uero qui modestiam & grauitatem præ se ferunt: segniores plerumq; & obliuioni obnoxios. Sed uerba ipsa subiciemus ex Platonis libro de scientia: quo loco Demetrius cum Socrate hanc partem exsequitur: de Theeteto agens. Est admodum inquit arduum: reperire hominem ingeniosum. qui simul etiam manuetus: atq; modestus sit. nec enim fuisse quenquam hactenus: aut esse uideo: qui eo naturæ genio sit: ut utrumq; simul habeat. Sed enim qui acuti sunt: callidique ac memoriosi & dociles: in iracundiam fere: atq; contentiones feruntur præcipites: atq; raptantur: perinde ac ipsæ naues sine ullis retinaculis. Idemq; homines furore potius quodam: q̄ fortitudine præstant. uerum qui natura grauiores sunt: sicubi se inquit ad disciplinas conferunt: tardi: delides: obliuiosi: atq; obtorpescentes uidentur. nã & thracenses populi ut est auctor Aristoteles: quia robustiores hebetioresq; sunt: nullius prope memoriæ censentur: siquidem ad quattuor tantum enumerant: neq; ultra rationem producant: quod eis priora excidant: si plura connumerent sicuti pueruli faciunt: quæ res cœli ut opinor merito & de fluminis accidit: quando ipsi fere homines ἡ τὰ ἀλογα (ῶα magna ex parte ex illis constant. unde sic Iulius maternus ad mauortium Lollianum in astronomicis: quædam inquit gentes ita a cœlo formatæ sunt: ut propria sint morum unitate perspicuæ. scythæ inmanis feritatis crudelitate crassantur. Itali fiunt re-

Aristo

Firmic

Fortuna simulacrum apud scythas

Plato

Aurea uerba & Oraculum uerius qm sententia

Thracum obliuio notanda

gali sæper nobilitate præfulgidi. Galli stolidi. auari Syri. acuti siculi: luxuriosi semper Asiatici: & uoluptatibus occupati. Hispani elata iactantia animo sitate præpositi.

De obitu hermolai ueneti: & pici Mirandulæ officio erga eundem cum pestilentia in urbe laboraret.

Caput. VII.

*q*uo tempore has nostras commentationes meditabar: relatum mihi est: hermolai barbarum (qui romæ tum agebat) pestilentia morbo affectum: quæ res picum Mirandulam & Angelum politianum: uiros & ingenio & doctrina nobiles: ita statim commouit atq; affecit: ut illacrimari propemodum cœperint: ac sortem bonarum litterarum maxime deuesti sint: quasi in hoc uno homine romana res periclitari uideretur: neq; iactura quidem: sed naufragium foret: si hermolai interiret. Dein autē picus: ut uir maxime officiosus & ingenue doctus excogitare cœpit: quomodo pacto qui Florentia tum ageret: ferre opem hermolai absentis posset. Itaq; statim pharmacon cõtra pestem: quod ille sibi ipsi: si quando incidisset: asseruabat diligentissime: curat ut romam q̄ celerrime ad hermolai deuehatur: dicebat autem picus illud ipsum ex oleo scorpionum lingulisq; aspidum. & aliis eiusmodi uenenis confectum: ut nihil fieri posset contra pestilentem morbum commodius aut præsentius: sed interim dum antidotum ad hermolai deferretur: sæuiente morbo in fata concedit: quæ rem libuit hoc loco referre: ut quorundã insolentia pariter & inscitia reprimamus: qui cum se ipsos doctrina cæteris præferant: & præferri cupiant: in hoc maxime gloriantur: si doctissimo cuiq; maledixerint: & aliena reprehendentes in quemq; pari demerentia blasterent: cum sit officium uiri humanioris: non disciplinis modo: sed etiam doctis fauere: quod ipse picus mirandula egregie præstabat: reputans animi parum liberi & insinceri esse: inuidia magis: quam doctrina concedere. In quo & Plato & xenophon merito sunt a doctis reprehensi: cum neuter mentionem usq; de altero fecerit: Sed oblique potius alter alterum perstrinxerit: quo magis etiã dånãdi sunt: qd̄ amœnitatis socraticæ duo fuisse lumina creditus est. Et is hercle posteritatem deserit: qui antiquitati addictus nihil suæ ætati concedit.

De sæuitia Fuluie in Ciceronis caput: & qua ignominia habitus sit: ex Dionis historia: & carmen Seueri poetæ additum de eodem Cicerone.

Caput. VIII.

*q*uo tempore sæuitum sit in M. Tullium a M. Antonio post eius cædē testis est uniuersa antiquitas: qualisq; ignominia & iniuriæ affectus fuerit: cum eius sacrum caput ac manus crudeliter abscissæ: ac pro rostris affixæ fuerint: primo enim allatum ipsi Antonio caput: in mensa apponi uoluit:

Plato Xenopho



AppianusDionSudasSeneca

per q̄ diem illud aspexit: quousq; tali spectaculo animum exfatiasset: dein tollendum præcepit: ut Appianus Alexandrinus refert. Sed quod est: apud ipsum Dionem prusicum: & in Sudæ collectaneis notatum: repetendum arbitror: ne tam sauum: tam crudelem: sceleratamq; immanitatem in sacro sanctum eloquentiæ principē non consideremus: præsertim agente hoc femina improbitate. nam cum Fulvia Antonii uxor eiusdē. M. Tullii caput in manibus retineret: primo illud maledictis ac diris execrata ē: deinceps etiā inspuēs gremio suo apposuit: acriusq; inspiciens linguam quoq; illi e faucibus extraxit: & in eam sæpe aciculam infixit: qua tunc adornamenta capitis utebatur: ne quid omnino posset ab aliquo desiderari: in quo muliebris sauitiæ argumenta deessent: huius autem cædem: atq; immane facinus per multi apud ueteres tum prosa: tum carmine deplorarūt: ut Portius Iatro: Albutius Sylo: Cæstius: Murrhedius: aliiq;. Sed nemo tamen elegantius doctius efficacius: q̄ Seuerus Corn. his uersibus: uti ab Anneo Seneca traditum est.

Oraq; magnanimum spirantia pene uiro-
rum
In rostris iacuerit suis. Sed enim abstulit omnis
Tamq̄ sola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia consulis acta:
Iurataq; manus: deprehensaq; fœdera noxæ:
Patriciumq; nefas: est nunc & pœna cethegi:
Deiectusq; redit uotis Catilina nefandis:
Quid fauor: aut coetus: pleni quid honoribus anni
Profuerunt: sacris exacta quid artibus ætas:
Abstulit una dies: xui decus: ictaq; luctu
Conticuit latæ tristis facundia linguæ.
Vnica sollicitis quondam tutela: salusq;
Egregium semper patriæ caput: ille senatus
Vindex ille fori: legum: ritusq; Togæq;
Publica uox eius æternum obmutuit armis:
Informes uultus: sparsamq; cruore nefando
Canicem: sacrasq; manus: operumq; ministras
Tantum: pedibus cuius proiecta superbis
Proculcauit ouans: nec lubrica fata: deosq;
Respexit: nullo luet hæc Antonius uo:
Hoc neq; in æmathio mitis uictoria peræ:
Nec te dire Siphax non fecit in hoste Philippo:
In q̄ triumphata ludibria cuncta lugurtha
Affuerat: nostræq; cadens ferus Annibal iræ
Membra tamen stigas tulit inuiolata sub umbras.

Taciti uerba explicata in Iudæorū historia: & quo pacto christiani etiam sunt asinarii appellati. quaq; ignominia Christi effigies ab antiquis depicta fuerit: i quo insolentiā pariter atq; odiū cōtra christianā religionē ostenderūt.

Caput. IX.

u Erba sunt Cor. Taciti: quo loco historiam de Iudæorum origine & moribus scribit. assensere Iudæi Mosi duci: atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt: sed nihil æque: quā inopia aquæ fatigabat. Iamq; haud procul exitio totis campis procubuerunt: cum grex asinorum agrestium e pastu inrupē nemore opacā conscēdit: in quibus uulgatissimi fere codices deprauati alicubi cōperiunt et qdē iēptissime: uti res ipsa: & Sept. Tertullianus docet: qui Taciti uerba mutauit: ad hūc modū i apologetico id explicat. Refert inquit Tacit⁹ Iudæos Aegypto expeditos: siue (ut putauit) extorres: uastis Arabiæ locis aquarū egentissimos: cum siti maceraretur: onagris: qui forte de pastu potum petitori extimabantur: indicibus fontium usos: ob eamq; gratiam consimilis bestię superficiem consecrassent. Notum est enim qd̄ ipsi quidē Iudæi ab Appione alexandrino: Moloneq; & aliis notati sunt: quod aureum asini caput in templi sacrario seruarent: atq; adorarent: quoniam Mose duce (ut ipse asserunt) asinorū beneficio aquas Iudæi inuenerūt. Quod esse falsum & plane fictitium Ioseph⁹ Iudæorū ueritaculus: & tēpli sacerdos: aliiq; cōplures asseuerant. Vnde idē Tacit⁹: ut mē daciorem loquacissimus a nostris merito incessitur. Romani autem ueteres pari causa & christianos æque ac Iudæos asinarios uocarunt: obstinato uidelicet in christi nomen odio: quem per ignominiam etiam Chrestū per e litterā appellabant. Sed & figuris: picturisq; christianis illudebant: quando infādo etiam picturæ genere deum nostrum sic depictum spectanti populo proposuerunt: ut is foret aurib⁹ asininis: pede altero inungulatus: librum gestās: & togatus: cui flagitio (ut scelus adderent) tali titulo Christi effigiem dedecorarent: Deus christianorū ὁπόχλητος: qua in re uel ipse quidem Tertullianus ægre a risu abstinuit: cum nomen ipsum & formam conspiceret.

Dictum Theodori Gazæ nimis improbum cum Bessarione philosopho: sup doctrina diui Hieronymi: & quō iniqui⁹ pro Ciceroniano fuerit accusatus.

Caput. X.

d lectum celebre est Theodori Gazæ de diuo Hieronymo eiusq; eruditione. affectum fuisse iniuria Hieronymum a Ruffino: qd̄ eum pro Ciceroniano accuset: in quo paulo audaci⁹ ironia est usus. Nā quid inquit opus: ut in re falsa in ius appellaretur: litemq; illi ad tribunal Christi de nimia eloquentia contestaretur. sed hoc totum de Gazæ ingenio: & acumine pro re nata exponemus. Erant forte cū Bessarione niceno uiro in philosophia excellenti: Theodorus Gaza: & Plethon bizantius: qui cognomento ῥέμιτος appellatur: tres eo tempore (ut cōstat) uiri doctrina &

a iiii

Cornel. TacTertullian⁹AppioMolonIoseph⁹

Litē illi cōtestatur
de nimia eloquentia

Plethō bizantius cognomento
gemistus



ingenio nobiles quæsitū ē igit̄ de diuo Hieronymo q̄tū in romana eloquen-
tia præstiterit: ex quo Bessarion: faciūdia inquit maxima fuit ap̄d latinos Hie-
ronym⁹: quando & affectata nimis eloquentiæ pro Ciceroniano & habitus
fit & accusatus. in quo Theodorus dicitur risum mouisse: ut qui foret in ro-
mana etiam eloquentia censor acerrimus. Et simul iniuria hæc inquit o Bes-
saron insignis in Hieronymum facta est a Ruffino: plagasq; illas nullo suo
merito tulit: quo dicto Bessarion & Gemistus magis riserūt: cognitio Theo-
dori ingenio & attica urbanitate. neq; profus negauerim quædā esse i Hiero-
nymo: quæ non usq; quaq; romanam indicendo puritatem atq; elegantiam
probant. quod equidem uitium (si id uitium est) non homini: sed tempori
& præfessionis tribuendum existimo. nam inter Christianos homines (ut idē
inquit Hieronymus) non eloquentiæ: sed uitæ accusantur uitia: in quo ta-
men improbiior atq; audacior uideri potest Theodorus: qui tam aperte con-
tra papiam legem latinā ciuitatē inuadat: eumq; uirū in ius appellet qui: de
oibus ueterum disciplinis quā optime meritis dicatur.

De Socratis constantia cum uxoribus: ac de eius effigie & de formitate ex
Hieronymo: tum de imaginibus philosophorum in ueterū gymnasiis.

Caput. XI.

Hieronym⁹ Ibrum fecit Hieronymus contra Iouinianum: in quo de bono & lau-
de uirginitatis cum copiose disserat: compluris scæminas recenset: quæ
tali merito apud uarios populos ac nationes præstiterint: prætereaq; mala &
incommoda: quæ ex ipsis uxoribus proueniant: unde cum de Socrate philo-
sopho ageret: q̄ cōstanti animo earum iurgia & contumelias perferret: non
modo inquit Socrates hanc uxorū improbitatē patienter ferebat: sed illas
ultro de sua etiam deformitate irridebat: nā Xanthippe quidē & Myrtho:
quæ filia Aristidis fuit: siue (ut tradit Hieronym⁹) neptis: cum Socratis abæ
forent uxores: ex lege illa atbeniensium ob ciuitatem replendam: in mulie-
res subinde contentiones propter eundem Socratē deueniebāt: Sed is i hūc
modum illis inter se iurgantibus per urbane illudebat: ut a tali improbitate
& conuitiis abstinerent: neq; dignum esse: ut propter eum disceptarent: qui
esset homo tam fœdus ac deformis: quiq; simis naribus: recalua fronte: pilo-
sis humeris: & repandis cruribus. Hæc Hieronymus de facie philosophi
Socratis: quæ me quoq; monuerunt: ut ea referam quæ de forma: & effigie
ueterum philosophorū: i atbeniens: gymnasiis: Pritaneisq; oli uiserent: sicuti
Sidon⁹ Sidon⁹ appollinaris ad Faustū tradit: i Arcopagis inquit uel gymnasiis cur-
ua ceruice Zeutyppus: Aratus panda: Zenon fronte contracta: Epicurus cu-
te disteta: Diogenes barba comate. Socrates coma candente: Aristoteles bra-
chio exerto: Xenophanes crure collecto: Heraclitus fletu oculis clausis: De-
mocrat⁹ risu labris aptis. Crisippus digitis ppter numeros: inditia cōstrictis

Papia lex

Socratis deformitas

Euclides propter mensuram spacia laxatis: Cleantes propter utrumque
corrosus.

Quanta prudentia: ac doctrina Messala coruinus præstiterit: & quomo-
do præfecturam Rom. urbis recusauit: ut inciuilem atq; immoderatā
dignitatem.

Caput. XII.

C Istū a nobis alias de iperatore Dioclitiano: eiusq; ciuili animo: atq;
modestia i Romano imperio gubernādo: cū ætate iam edita in suis
hortulis molliter consensescere in otio maluerit apud Salonas: quā
Rom. rei pub. administrationem subire. sed illud de Messala Coruino di-
gnū fati existimaui: quod hoc loco referretur: uiro in publicis officiis: atq;
omnibus disciplinis clarissimo. Is igitur primus omnium Rom. urbis præfe-
ctus constitutus: die sexta (ut ab Eusebio traditum est) ab ea dignitate se ab-
dicauit: qua in re maiorem habuit rationem patriæ: q̄ suæ dignitatis: ut qui
diceret: in ciuilem atq; immodicam esse potestatem: nec in romana ciuitate
ferendam: quod equidem iccirco seruandum putauit: quoniam præfecturæ
ipsæ urbanæ: magnas sæpe factiones: atq; calamitates in urbe excitarunt: de
hoc autem Messala: eiusq; singulari prudentia & grauitate: ut alia nūc omit-
tamus: testimonium extat amplissimum. *M. Tullii Ciceronis*: sic enim ad
Brutum: Messalæ inquit excellentiā nō possū silentio præterire: caue putes
quemq; esse illi similem constantia: cura: studio rei pub. & eloquentia qua
mirabiliter excellit: tam & si Messala idem cum proeclior foret memoria
sensum sic amisit: ut sui quoq; nominis oblitus tradatur. Idq; illi biennio
ante obitum contigit: quod Orbilio itidem beneuentano accidisse constat:
unde illud poetæ Bibaculi: *Orbilius ubi nam est litterarum obliuio.*

Christianos fuisse per ignominiam semissios & sarmentarios uocatos:
& qd semisses homines: pro minoribus: & ignauissimis a ueteribus
dicantur.

Caput. XIII.

P Alam est quanta libidine ac sæuitia rom. olim principes christianos ho-
mines insectarentur: surgentemq; religionē cōprimere conati sunt: nā
& sæuissimis decretis: atq; edictis nō abstinerūt: quo tā ppenfā religionē &
egregiā animi cōstantiā pfringerēt: qd inumeri ppe authores testant. itaq; cō-
uitis etiā & maledictis christianos uulgo exagrabāt: semissios & sarmentari-
os ridiculo nomine appellātes: ut a Septimio *Tertulliano* pditū ē: neq; alia
ratione sic eos uocarūt: q̄ quod ad stipitē dimidii assis reuincti sāmētis addi-
tis concremarentur: de quo supplicii genere Pamphilus quoq; *Eusebius* me-
minit. *Quin & Augustin⁹* sarmētis tradit: cōplures christianos consumptos
quo circa sarmentarios dicitabant: semisses autē illi homines a ueterib⁹ sunt

*Tertullian⁹**Eusebi⁹**Augustinus*

VatiniDonatus

nuncupari: qui breuiculi: atq; minutiores extarent: quasi ad mensuram dimidii assis: ut semodios: & semucias dicimus. unde P. Vatinius ad Cicero nem simius inquit: non semissis homo: contra me arma tulit. Sed & Tiberius Donatus in comentario Vergiliano ad Donatianum filium: semiueros dici refert: quasi ex semissibus constantes: quibus nihil haberi deterius potest. de usuris autem: quæ per beses: & semisses dicerentur: commode a nobis dictum est.

Anquiro & anquisitiones uocabula esse romana: & honesta: quibusq; authoribus id asseratur contra quorundam inscitiam.

Caput. XIII.

Is mihi grammatici quidam nuper mouerunt: cum Romæ agerent. nam inter alias eorum ludicras quaestiones: atq; ineptas: uerbum hoc: quod est Anquisitio: & anquirere perinde atq; insolens. & in honestum asserbant: neq; dignum: quod a Romanis hominibus: pro latino: & sincero haberetur. quod ego pro tempore dissimulandum potius q̄ exponendum putavi. Sed hoc quidem uerbum satis frequens apud ueteres cõperitur: & si alibi deprauatum sit: proq; eo inquisitiones repositum: nec enim Liuius tantum in romana historia usus est. Sed & M. Cicero: & Luuius Columella: M. quoq; Sergius comentariũ scripsit anquisitionum titulo: sicuti a Terentio Varrone obseruatum est: quo loco de accensi officio ac potestate differit: dictum uero eadem figura est qua & amputare: & ambustũ: & ancesum dicimus. nã amputare circumputare est: ut a Sex. etiã Pompeio exponitur: uñ aurum putum pro puro & purgato ab antiquis acceptum est. acquisitiones autem intelligimus cum diligenti peruestigatione aliquid circumquæramus: quod & Ver. Flaccus probauit. Hinc etiam annus deductus est: ab ipso temporis circuitu: ut ex Capitone Atteio refert Macrobius: quoniam an pro circum ueteres posuerunt: unde anteterminos: circumterminos: & an sanctum & ambire p̄ circũire: quæ gramaticorũ comentariis puulgata atq; detrita sunt.

Quã eodem die natalis Alexandri Macedonis fuit: & templi Dianæ Ephesiz concrematio: ac de authore ipso incendii cognitio non iocunda.

Caput. XV.

In ueterum libris seruatum est: eodẽ die natalem Alexandri Macedonis fuisse: & Ephesiz Dianæ tẽplum illud memoratissimũ incensũ: quod inter. vii. toto orbe pulcherrima referẽ. Id autẽ accidit olipiade. c. yi. ut anales tradunt. nomen uero eius: qui tantum facinus fuerit aggressus: fuit Herostroto: itaq; cum captus foret: atque interrogatus ab ephesiis: qua nam ratione adductus tantum scelus perpetrasset: non aliam ob causã respondit: quam ut maiorem nominis famã: atq; æternã celebritatem consequeretur: quo cõperto: decretũ ab oib; ephesiis factũ ẽ: neq; eũ ullis unq̄ tẽporib; nominaret. Neq; me latet septies fuisse id tẽplum restitutum: ut Mutianus

Mutianus

est author. Strabo autẽ uir in perquirendis ueterũ monumentis diligens: refertũ asserit: Tõgeq; præstãtius: ac maioribus ornãtis absolutũ Dinocrate tanti operis authore qui Alexandria: quoq; urbẽ cõstruxit: qua in re Athenodorus quidem ac Tymeus a Strabone aduocantur.

StraboStrabo

De doctrina Annei Senecæ philosophi: & eius sententiã allatã: quæ sint ab omnibus ediscendã & obseruandã.

Caput. XVI.

In Seneca Anneo cõplura passim cõperies: quæ animi magnitudinẽ: cõstantiamq; & grauitatẽ maximã indicet. nam de hominum eloquentia: & stilo orationis: nihil mihi dicendũ existimo hoc loco: cum nostri quidem critici ut incultum atq; inelegãtem merito notauerint. Quod si mores in eodem querantur: si uita præcepta: si æquitas: modestia: cõtinentia: ceteraq; uirtutes exigãtur: per doctẽ id quidẽ & grauitẽ laudatas ab eo: & absolutas inueniemus. cum uitia quoq; & libidines: omnemq; nequitiam magno studio reppulerit & constãter repræsserit: cuius modi sũt hæc: quæ nuper ueluti pythiæ oracula censui ediscenda: ac in memoria semper retinenda. Nihil est inquit turpius: quam grandis natu senex: qui nullum habet aliud suæ uitæ argumentum: quo se diu uixisse dicat præter ætatem. Item & illud de officiis & actionibus hominum: ita uiuendum inquit cum hominibus: tamquã deus uideat: sic loquendum cum deo tamq̄ homines audiant: quæ cum nuper Ioanni Canaccio rettulisset: omnibus quidem locis atq; tẽplis habenda obseruanda asseruit. homo non minori constantia animi insignis: q̄ egrã uita sinceritate: neq; mirum uideri debet: si diuus etiam Hieronymus hunc ipsum Senecã in christianorũ academiã ac sanctorũ catalogum pertrahere conatus est.

Hieronymus

Quam sit grauißimum scelus: Auaritiæ crimen: ac uerba ibidẽ ex epistola Cassii: & alia ex Sallustio ad id pertinẽtia.

Caput. XVII.

Vam multa & q̄ uaria scripta sunt a ueteribus contra auaritiam patam est: cum omnes prope authores magnis quidem conuitiis in se: stationibusq; tantũ scelus execrati sint. Sed Auidii Cassii uerba ex eius epistola repetenda sunt: quoniam si hoc malum priuato homine indignum est: certe in principe nefarium: atq; multandũ: sic igitur Auidius Cassius ad generum suum. miseram rem pub. atq; infelicem: quæ nimis diuites: diuitiarũq; cupidos patitur. Itaque. M. Antoninus Imperator uir & moribus & rebus gestis clarissimus: nihil in tota uita magis timuit: atque deprecatus est: quam auaritiæ famam: sicuti relatum est a Iulio Capitolino: nam quantum a tali crimine abesset: testes optimi sunt eius epistolæ:

Capitolinus

Sallusti uero autem uerius est: quod a Crispo Sallustio refertur in hunc modum: belua: fera: imanis: intoleranda est auaritia: quo intendit: oppida: agros: phana atq; domos uastat: diuina cū humanis permiscet: neq; exercitus: neq; moenia obstant: quo minus ui sua penetret: fama: pudicitia: liberis: patria: atq; parentibus: cunctos mortales spoliat: ex quo illa nobilis, ac uehemens execratio: si essent inferi auaritiæ cuniculi eos refodissent: quod ob eam rationem seruauit: ut facilius considerari possit: quantum ætate nostra in eorum dignitate ac imperio sperandum est: qui ad aurum & diuitias congerendas animum semper intendunt: cum sit hoc uitium præter cetera omnia uitio: fissimum.

Indigitare deos: qd sit: ac de indigitamētis: & qui dii indigetes uocati sint ex multis authoribus.

Caput .XVIII.

u Erba sunt in ueterum commentariis indigitare: & indigitamenta: de quibus non nihil dicendum existimaui: cum paulo sint obscuriora: & a non nullis inepte exposita. Indigitare igitur pro eo accipere debem⁹ quod est indigetem: & diuinum compræcando reddere. nam eos dicimus fere indigetes (ut a multis traditur) qui nullius rei egeāt. id enim est tantum deorū: ut xenophon Socraticus asseruit. Hinc illud per uulgatum: calendis maiis solitos ueteres bonā deā: Fauāmq; & Opem: & Fatuā ex pontificum libris indigitare. Virgines autem uestales cum indigitare Apollinē uellent (ut Auetio prætextato refertur) Apollinem medicum: Apollinem pœana dicebāt: quo loco celebrare: & compræcari a festo expositum est. Sed & Frontin⁹ urbem Romam ueteri uerbo indigetem uocauit: Romana inquit urbs indiges: terrarumq; dea cui par est nihil: & nihil secundū. dii præterea indigetes illi habiti sunt in pontificum libris: quorum nomen uulgari non liceret: ut authores sunt: Verrius: Dionysius: & Festus: q̄q̄ Aeneas quoq; idiges dicitus est: eidemq; templa cōstruata: cum in certamine contra Mezetium nusq; comparuisset. C. uero flaccus librum composuit de indigitamentis: eumq; ad caesarem misit ut Censorinus meminit: cum de nomine & potestate genitii differit: neq; illud ignoramus indigitamenta a quibusda; pro incantamentis: & ueneficiis exponi. Sed hoc ab indagando: ut puto: alterum ab indigendo deductum est.

XenophoFrontinusVerriusDionysiusFestus

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER SECVNDVS.

Remedium de soluendis amoribus cum mirifico exemplo Faustinae: ac de natali cōmodi Imper. qui omnium crudelissimus fuit.

Elatum est in græcorum commentariis qua nam ratione ac remedio uti homines oporteat in soluendis amoribus: neq; Magi tantum in suis libris hoc tradiderunt: sed etiam Cadmus milesius. qui inter alia historiae monumenta: libros aliquot composuit: de abolendo amore: sicuti scriptum est in Sudæ collectaneis: nos uero exemplum nunc apponemus de Faustina illustri scēmina: quæ cum Antonini imper. filia esset: & Marci philosophi uxor: Tū gladiatoris amore nimio ac supra fidem tabesceret: mirifico prorsus commento excogitatum est: ut a tanto amoris contagio eam redimerent. nā cū. M. Imper. ex ea rez percipisset: caldeis hoc & mathematicis exposuit: a quibus decretū est pro Faustinae salute: ut occiso gladiatore (quem illa maxime de peribat) eiusdē cruore epoto se subleuaret: ac statim cū uiro suo concūberet: quo facto (ut tradit) ipsa quidē Faustina amoris cōtagio liberata ē: ac ex eo quidē cōcubitu nat⁹ mox Antoninus cōmodus. qui Ro. imperium gladiatoris pugnis: ac sauisimis cædibus: ut homo sanguinarius adeo attriuit: ut gladiatoris nomē nō imperatoris meruerit: quod & Iulius capitolinus ad caesare; dioclitianum refert: quanq̄ nec ignoramus quidem hoc totum de ortu cōmodi augusti ueluti cōmētium ἡ ἱστορία a quibusdam referri: quando idē capitolinus ex uulgari fabel la circumlatum hoc asserat.

SuidasCapitolinus

De studio ac litterariis uigiliis Pici Mirandulæ. Tum inibi Apologus per elegans de furio Cresino ex pliniana historia allatus.

Caput .II.

f Actū est: ut Picum Mirandulanū nuper audire; de philosophia docte atq; egregie differētē ibiq; cū Angelus Politianus & alii complures eius ingenium atq; multiplicem eruditionem laudarent: ac mirabundi extolerent: non est inquit picus ut hac in re mihi aut ingenio nunc uelitis blandiri. Quin respicite potius ad labores & uigilias nostras: ac tum facile intelligetis gratulandum potius assiduis uigiliis: atq; lucubrationibus: quam nostro ingenio plaudendum. et simul aspiciat inquit supellectilem nostram atq; librorum Thesaurus: ostendebat autē; egregie instructā atq; copiosā ἡ βιβλιοθήκη: librisq; affatim oīgenis refertā: i quo recordatus equidē sū ueterē historia; Furii cresini elegātem sane & lepidam: quæ



Plin⁹

perinde a nobis hunc referetur atq; a C. Plinio posita est: quo loco de agris colendis præcepta exponit. C. Inquit furius cresinus e seruitute liberatus: cū in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis: uicinitas inuidia magna erat, ceu fruges alienas ueneficiis pellice: ret. quamobrem a sp. Albino curuli die dicta metuens dannationem: cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum protulit: simulq; filiam adduxit ualidam: atq; (ut ait piso) bene curatam ac uestitam, ferramenta egregie facta: graues ligones, uomeres ponderosos, boues saturos, ac postea dixit. Veneficia mea quirites hæc sunt: neq; possum uobis ostendere: aut in forum adducere lucubrationes, uigilias, & sudores: quo dicto omnium sententiis absolutus est. Sed enim illud in studiis do- lendum est doctioribus. Qd̄ & si gratum sit reperiri aliquos: qui admodum in disciplinis profecerint, non tamen extimatur: aut expenditur quantis uigiliis atq; laboribus hoc totū sunt assecuti: ex quo prudētissime Cicero abiit ad deos hercules inquit, numq; abiisset, nisi cum inter homines esset, eam sibi uiam in cælum muniuisset.

Cicero

De subselliis eorumq; uocabulis, & qd̄ maxime scimpodiū, qd̄ scamellū & qd̄ suppedaneum ex ueterum auctoritate.

Caput. III.

u Erum profecto illud est: Q. Ennii euz præter propter uitam uiuere: q̄ assidue in ocio oblitescit: quod ego semper cēfui quouis tempore effugiendum, tum his maxime uiris, qui alios iuuare uelint, ac posteritatem ipsā in aliquo possint instruere, ex quo cum nuper legerem ueteres quorundā cōmentarios, offendi in his uoces aliquot minime uulgaris: aut communes: quibus sedes earumq; species notarentur. unde libitum mihi est aliquid subiicere: quod aliqua in parte ad hoc pertineat: memoriamq; ipsam communiat: ne bono otio usq; qua; abutamur. sunt autem quæ impræsentia occurrūt hæc: Tripodes, subsellia, stratū, hemiciclum, Trochus, exedra, scimpodium, lectica, unde etiā lecticarij, & in urbe Roma castra lecticariorū celebrātur in transiberina regione a. p. uictore. Sed & cathedra, hipodion, & Torus: segestria quoq; scamellum, Siliquastrum, Sellæ, & bissellium: de his, n. uar. Terentius agit, in libris de latina lingua ad M. Ciceronem. Tum a sedendo multa scribit deflecti, nam a sedendo inquit, sedes, sedile, sellæ, & siliquastrum: & ab his etiā subsellium, sicuti subsipere, quod nō plane sapit, sic quod non plane sella erat subsellium: ubi autem duo forent, bissellia dicebantur, unde & pedianus Asconius subsellia inquit ea esse, quæ triumuiris

VarroAscon⁹Gelli⁹

quæstoribusq; darentur: illisq; etiā q̄ minora iudicia exercerēt, sellas autē fuisse curules, ac tribunales. Scimpodium uero Sellæ genus apud ueteres, quod in græcia frequens fuit, unde illud Gellius græciense appellauit: offendimus inquit Frontonem Cornelium in scimpodio græciensi cubantem:

cumpedes grauiter egrotaret. De scamello autem illud sciendum, quod a scamno quidem hoc deducitur, sicuti Var. & Priscianus docent. Iuniores scabellum dixerunt ex affinitate ut puto litterarum, quæ sit inter M. & B. nam quod in poemate Dauid legitur *προσκυνῶ τῷ ὑψηλῶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ ὅτι ἀριονιστίη*. ueteres interpretes, non scabellum ut Hieronymus, Sed suppedaneum interpretari maluerunt, quod Augustinus etiam & alii referunt.

VarroPriscian⁹Hieronym⁹Augustin⁹

In uitæ officiis habendam generis ac dignitatis hominū rationem, & qua prudenter ab Hadriano imper. factum sit contra ignobilem libertum, ac ibidem quoq; de Augusti Octauii prudentia & ciuilitate in re simili.

Caput. IIII.

n On iniuria factum est, ut Variū Antoninum aug. annales atq; historia ueterum plurimum accusent, quod inter alia eius portenta ac scelera, urbis Romanæ maiestatem contempserit, senatumq; ipsum, ut homo insolentissimus, uelut abiectum mancipium ita posthabuerit, ut honores, præfecturas, ac dignitates per seruos etiam ac libidinum ministros uendiderit, ac plurimos passim in senatum conuocarit, nulla ratione habita ætatis, non cēsus, non generis aut uirtutis. Aelius autem hadrian⁹ cum senatoriam grauitatem summis honoribus ac studio prosequeretur, aperte ostendit quantum Romanæ dignitati cōcederet: quod ab ipso spartiano describit. S; illud tamē eiusdē Imperatoris dignū profecto facin⁹ uisum est, quod hoc loco afferatur, nam cum libertum suum inter duos forte senatores medium ambulāntem aspiceret, passus non est, talem, tamq; iniquam senatoriæ dignitati afferri ignominiam, itaq; aulicum statim quendam delegauit, qui audaciam eiusmodi comprimens, illi colaphum infligeret, ac insuper adderet, noli impudens inter eos ambulare: quorum esse adhuc seruus potes, qua in re sapienter ab Hadriano cas. probatum est, non pertinere ad principum dignitatem atq; fortunam, amoris amplius, quam uirtuti concedere. quod octauius quoq; augustus prudētissime atq; ciuilitate obseruauit, qui suos omnes amicos in urbe pari iure, hisdemq; legibus atq; ceteros teneri uoluerit, quin & maxime conquestus est: qd̄ ipse Romanus populus liberis suis in theatro assurrexisset, ac si quando eos populo commendauit, ut homo grauissim⁹ semper adicere consueuit, si merebuntur, quod & Suetonius Tranquillus in historia Cæsarum refert.

SpartianusSuetoni⁹

De generibus fulminum quæ uidelicet postularia, quæ pestifera & peretalia sint, ac de procurandis fulminibus ex decemuiralibus tabulis, ac de fulguritis arboribus copiose explicatum.

Caput. V.

q Vi de fulminib⁹ & eoz potestate apd̄ ueteres scripserūt, p̄ multa qdem genera referūt ea; cū ad publica, tū ad priuata spectare assent, nam disciplina ipsa thuscoz. xi. esse fulminū gna existimauit. Ro. uero sacerdotes &



aruspices duo ex his tm feruarut diurna uidelicet Ioui/nocturna aut Suma no ascribetes. i uniuersu aute; triplici mo appellabat: postularia uidelicet: pestifera/& pentalia/sicuti sexto Papeius ex Verrio Flacco rettulit. & aneus quoq; Seneca insinuat/ postularia. n. ob ea causa; uocarunt/ quonia uoto; uel sacrificio; spreta; uel omisra religionem reposcebant/ pestifera secudo lo co ea nominarut/quib9 interit9/aut exiliu uel aliqua clades denuntiaret. pe rentalia uero ea omnia/ qua superiorum fulgurum ac prodigiorum offenta & significationes perimerent. atq; penitus abolerent/sed. n. & tempora pra stituta ac definita his erant/ ac potestas per ipsos fulguratores populo denu tiata/quod & C. Plinius ex Annei libris copiose probat. qui publica & pri uata fulmina non hisdem uiribus pollere affirmat/ nam priuata inquit non ultra. x. annum existimant portendere / praeterquam hac qua matrimonio primo uel natali die facta sunt. publica autem ultra annos. xxx. praeterqua; in deductione oppidorum. ueteres autem Romani ex etrusca disciplina sa cerdotes in urbe habuerunt/ qui fulmina ipsa procurarent/ac rite expiarent/ qui fulguratores etiā a .M. Catone appellantur / ex quo in decemuiralibus legibus adhuc modum de procurandis atq; expiandis fulminibus.

Festus
Seneca

Plinius

Cato

Cicero

Suetonius

Plautus

Sacerdotes caeli fulgura regionibus ratis temperant/
Vrbem / agros / & templa / libera & effata habent/
Prodigia portenta / ad etruscos & aruspices deferunt/
Procurant fulgura / & obsita pianto/
Procurare .n. fulmen / & expiare pontificia uerba sunt & suis sacris attribu ta / ut constat / quod a .M. etiam Cicrone exponitur / nam & Suetonius tran quillus Galbae iperatoris auum procurasse fulgura scribit / ac du sacra perage ret / direpta illi emanibus exta ab aquila / & in quercu; delata / quod ipsi Gal ba imperiu; psignauit / sed & fulgurales libri a ueteribus citantur / in quib9 copiose sit explicitum quopacto procurari fulgura deberent / quibusq; uicti mis possent expiari. unde & fulgur deus / & fulgurator Iupiter / ac eius tem plu in urbe apud authores celebre. Quin & fulguritae arbores hinc dictae sut / sicuti in Plautina fabula ex Philemonis Thesauro.

In agro inquit fulguritae sint alternae arbores.
Sues moriuntur angina acerruma.
Oues scabrae sunt tam glabrae quam haec est manus.
hoc autem modo fulgur / fulmen / & tonitruu exponi uideo / ut fulgur igne ostendat / fulmen emittat / Tertium comminatio quaedam sit / & sonitus si / ne ictu.

Quod .C. Plinius a graecis dissentiat de obitu poetae Sophoclis / ac de his etiā non nihil / qui pra nimio gaudio interierint.

Caput .VI.

Plinius

C. Plinius in libro historiae naturalis .vii. Sophoclem tragoediae poe / tam scribit mirifico mortis genere occubuisse / siquidem ex nuntio in / quit

Perentaha a pi mendo

Fulgur
fulme
Tonitruu

quit tragicæ uictoriae perit: qua i re graeci fere omnes authores maxime disse tiunt. nam & Samosatheus Lucian9: que Firmian9 diis hominibusq; inimi cum dicit: in huc fere modum τωρι τ μακροβίων. ad Quintillu de Sopho cle σοφοκλῆς ὁ τραγωδοποιὸς ῥάγω σαφυλῆς καταπιὼν ἀπωσμίην πέμπε ἢ ἔμεμῆ κορτα ζήσας ἔτη. astipulanē huic setetia & illi poetae Sotadis uersiculi: inqui bus erudite exponitur: quam ipsa plerumq; innocetia ab iniquitate supere tur: tum ipsum quoq; Sophoclem ait acino uux extinctum.

σωκράτην ὁ κόσμος σωποίνῃ σοφὸν ἴνα
ἢ κακῶς ἀμείλα τ σωσκράτην ὁ κόσμος
ἐμ τῆ φυλακῆ κώμῳ ὅτι πῶν τέθνηκεν.
φυλῆσ λα φαγῶν ὁ λιογένης ὠμὸν τέθνηκεν.
αἰσχύλω γράφοντι ἐπιπέπλωκεν χαλῶν.
σοφοκλῆς ῥάγα φαγῶν σαφυλῆς πνιγείε τέθνηκεν.

deniq; & illud graecis dieteris uulgatū est: tris tregediae poetas uario & mi rando fato perisse. Euripidem a canibus: Aeschylū a testudine: Sophoclem ex uux acino. Quod autem Plinius cōtra ceteros de obitu Sophoclis retu lerit: uitio magis memoriae factum id arbitror quā inscitiae. haud .n. teme re aliquid de tanto uiro pronuntiandum censeo: qui de omni uita & bo nis disciplinis quam optime sit meritus. nam & latini scriptores lōge in hoc dissentiunt. cū Maximus quoq; ualerius pro Plinio faciat. nam de Anacreō te Teio notius est: q̄ ut hoc pluribus debet exponi: eum .s. pari obitu ac Sophoclem ex acino uux suffocatum. Qui autē nimia latitia & gaudio pe rierint: compluris apud ueteres nominatur. sicuti Policrata insignis scemi na ex Naxo insula. Diagoras etiā rhodius: ac Philippides comediae Author qui in poetae certamine cum praeter spem uicisset / nimio gaudio exanima tus est. ex quo fortasse latini authores pro Philippide comico Sophocle acce perunt. quod alibi etiam notauimus.

Quid apd ueteres fuerint Brutiani serui / & qua ignominia: & q sint a Ro manis habitii brutii populi: quod ab illis defciuerint: tum non nihil etiam de comicis lorariis.

Caput. VII.

Elatum est in ueterum cōmentariis mirificum quidem exemplum / ac Romana seueritate cōdignum cōtra populos brutios. hi. n. quo tem pore Carthaginensis Annibal Italiā cū exercitu inuasisset: ac rom. p. alicubi minus sceliciter cum pœnis depugnasset: primi quidem ex omni Italia ad Annibalem defecerunt: sed cum superatus Annibal Italia excedere cogere / tur: bono atq; utili exemplo sen. p. q. r. censuit in brutios animaduertēdu: ac ita eos puniendos: ut nunq̄ deinde pro sociis rom. populi haberent: neq; nomina eorū (sicuti a te) in ordinē militiae scriberent. sed illud etiā statuerūt ut ad maiore quidē ignominia oēs Brutii: romanis in puincias tēdētib9: pa rerēt: ac ueluti mācipia quaedam uilissima seruiliter hisdē ministrarēt: adeo graui: & iniquo aīo sen. Romanus defectionē populorū ferebat. Hi autē Bru

Lucianus
Latantius

Cyp. grae

Plinius

Valer. Max

b



FestusCatoPlim?TerentiusGelliusFestus

tii Lucanis cōfines sunt quos & bilingues quidā uocarūt: qđ osce: & græce loqrenē: quod & Sextus ex Verrio flacco scribit: unde etiā brutianæ parmæ apud ueteres nobiles. M. autem cato: quem Plinius omnium bonarum artium magistrum optimum uocat. Q. Thermum acerrime insectatus est: qđ is imperauerit: atq; auctor fuerit: ut ipsi etiam decem uiri a brutianis uapularēt. Nam Brutianos intelligit eos: q; accincti loris: uerbera & plagas incuterent: cuiusmodi sūt in comœdiis & scænicis fabulis: qui lorarii dicunt. quorum quidem munus: atq; officium erat: ut seruos uicerent atq; uerberarent: qualis terentianus Dromo: quod & Gellius auctor diligens in atticis obseruauit: & Festus etiam Pompeius rettulit.

Quo cōmēto Pixodorus pro deo habitus sit: & de marmoris inuētiōe: ac de lapidicinis non nihil: ex Theophrasti libris.

Caput. VIII.

Per iocunda sane ac lepida historia traditur de Euāgelo deo in ueterum commētariis: quo uidelicet pacto ex inuētiōe marmoris cælo receptus fuerit. Is enim Pixodorus ante dicebatur. nam cum Ephesii ciues Tēplū illud egregium atq; magnificum Dianæ ex marmore construendum censerent: quod inter septem reponitur: decretū est: ut ex plurib; locis atq; insulis lapides ac marmora peterēt: ueluti ex Paro: Procōnesso: Heraclea: aliisq; insulis. Is autem Pixodorus in Thaso forte greges pascebat: & cum duo arietes certatim concurrerent: ac summo impetu congressi præterissent: alter ex his lapidem cornu proscidit: ex quo crusta colore maxime cādido euulsa ē: quam demiratus Pixodorus collegit: ac relicto pecore cursim ad Ephesios detulit: quod adeo gratum atque oportunitum ciues habuerunt: ut non modo diuinis honoribus illum colerent: sed *εὐαγγέλιον* pro Pixodoro nominātes. Sacra quot mensibus eidem ab ephesiis magistratibus fiebat: quod & Pollio uictruuius refert ad Octauium Augustū: quo maxime libro de machinationibus disserit: sed & Pixodori lapidicini diu post ab antiquis nominata sūt: sicuti etiam alia a Theophrasto celebrātur: in libro *περὶ τῶν λίθων* cuiusmodi Paria: Pentelica: Chiaz: Thebaica: & *ἐξ ὧν* inquit *ἀντὶ τῶν ἀνωμασμένων* *καὶ ἀνομομάται παρίων τὴν πεντελικῶν καὶ χιῶν τὴν θεβαϊκῶν καὶ ὧν ὁ περὶ ἀγροῦ* fuit alter etiam Euāgelus: qui libros de re militari diligēter conscripsit: quod Elianus i epistola ad Traianum imper. demonstrat. nam & Plutarchus cheroneus est auctor Philopomenem ipsum magnopere fuisse Euāgelii commentariis delectatū: sic ut frequēter eos in manibus haberet.

De ætate Constantii imper. & Narsetis: ac de epistola regis Saporis ad imper. Constantium: & quid ab eo respōsum fuerit ex Marcellini historiis.

Caput. VIII.

factū nup est: ut ego & Politianus in marciانا bibliotheca Florentiæ sederemus. cūq; alii nō indocti uiri adessent: habitus sermo ē lōgior de ætate & imperio Cōstātiū principis: de Narsete etiam: de Bellisario: de Iuliano bi-

zantio ac de Rege persarum Sapore. Idq; ipsum ex monumentis cum græcis: tum latinis: qđ hi uidelicet hisdem fere temporibus uixerunt: magnisq; & multis conflictibus in Italia: diuersisq; regionibus contenderunt: sed ego mox: cum Romanas forte historias legerem: offendi epistolā Saporis p̄sarū principis ad imper. Constantium: in qua facile apparet: quo animo rex Sapor atq; audacia fuerit: cum ad imper. Cōstātiū Augustum in hunc prope sensum per Narsetem legatum litteras scripserit. Rex regum Sapor & Solis & Lunæ frater Cōstātiū Augusto salutē. Latatus sum ad optimā te uiam rediisse: & incorruptum equitatis suffragium agnouisse: et satis expertus es: quantas olim clades nimia alieni cupiditas ediderit. Sed quoniam ueritatis quædam ratio libera atq; soluta esse debet: paucis absoluam: quod alias sapius recēsiui: uidelicet ad usq; flumē Sermona: & Macedoniæ fines maiores meos tenuisse: quod & Romanæ antiquitates testantur: proinde quod ad nos pertinet: audacter id repeto atq; effragito. est enim cordi Iusticiæ causam tutari: qđ do & a prima quidem adolescētia nihil unq; p̄nitendū admisi. Ideoq; & Armeniā & Mesopotamiā recuperare molior: quæ a uo meo p̄ fraudē: atq; insidiis erepta sunt: qđ si morem suadēti gesseris: probe quidē ac prudenter feceris: ut reliq; securius: ac sine ullo discrimine obtineas: in quo medicos ipsos eorumq; disciplinā sequutus fueris: q; aliquā partes corporis quafdam adurere: uel excindere cōsueuerunt: ut reliquis integris ac solidis uti liceat: quod & bruta quædam animātia factitant: quæ cum intelligent cuius rei causa iprimis petantur: atq; capiātur: illud ipsū sua spē amittūt. ut ipauida mox: ac sine ullo uitæ discrimine degāt. Idem de te p̄nuntio. qđ si hæc nra legatio irrita fuerit: uere p̄ximo instructis copiis: atq; omni exercitu accinctus: res nras (quæ tū ratio & fortuna p̄miserit) repetā: hætenus rex Sapor ad Cōstātiū Augustū. q; has litteras diligēter expedit: ac recto pectore (ut inquit Ammianus) libruit: Sed apponā impatoris etiam Cōstātiū respōsum: quo pars hæc melius possit cōsiderari. Victor terra mariq; Cōstātiū Saporis regi salutē. Tuæ sospitati gratulor: ut amicus: si hoc uelis: cupiditatem uero animi tui semper indefessā fusi usq; uagantē uehēnter insimulo: Mesopotamiā poscis: ut tuam atq; Armeniā: pro inde etiam suades: ut integro corpori mēbra quædam adimātur: quo salus de reliquo in tuto a me colloceat: sed accipe ueritatē nō obscurā qđē: aut ullis præstigiis obductā: sed apta: & p̄spiciuā: q; nullis oīominis aut p̄terretur: aut diminuitur. meus p̄tor p̄fectus opinatur: cum duce tuo de pace me quidē inconsulto differuit: quod hoc in cōmunē usum fore putabat. Id ego neq; abnuo: neque repello: modo cum dignitate fiat: neq; de maiestate quidquam præripiat. nam indignum atque absonum est inuidiā ac iniquitati contra me ansam præbere: cum tyrannis per totum orbem deletis Romani nobis obtemperent: simul & ignaui hominis foret: ea nunc prodere: quæ diu illibata seruauimus. ualeant igitur istæ formidines: quæ nobis intentantur: nos enim pro nostra cōsuetudine nō inertia: sed

b z

Brutianam
LorariiVictruuiusTheophrastusElianusPlutarchus

Ammianus



modestia pugnas magis exceperimus: quā intulimus. parati semper iure belli nostra omnia defendere quod ipsum experiendo & agendo cognouimus. Rarissimum quidem in praeliis rem. romanā titubasse: aut nunquā denique in partem deteriore prolapsam.

Quo artificio tonitrua in scenis olim ederentur: ac de Metelli pii in modico luxu atque libidine: ex Sallustii verbis: & quo modo imitatur ea poeta Vergilius: cum de Salmoneo agit.

Caput .X.

Mos olim fuit in scenicis fabulis Iouem quādoque tonantem inducere. sic ut eius numine pro re nata tonitrua quaedam ederentur: quod etiam num ex ueterum comædiis colligimus: nam & ludis in ipsa scena absolutis (ut inquit Festus) similitudinem quandam tonitruum imitari consueverunt: principio autem eos tonitus ad hunc modum faciebant: ut clauos ac lapides in labrum æneum conicerent: ex quo repercussu sonitus ille discurreret. Sed a Claudio mox pulchro inuentum est: ut ex coniectu dissono lapidum multo quidem maiores tonitrus ac uerisimiliores uiderentur: quod in libro. vi. de uerborum significato a Pompeio explicatur. Vnde sic etiam Plautinus Amphitruo.

Festus

Pompeius

Plautus

Sallustius

Macrobius

Virg

Hem quod hoc: quā ualide tonuit: dii obsecro uestram fidem. Sed quod in Sallustiana historia relatum est de Metello pio: eiusque in modico luxu atque superbia dignū sane uisum est: quod hoc loco apponere. is enim Metellus tam elati atque insolentis animi fuit: ut se ipsum: quasi Iouem coleretur: ac thure ad se litatum accedere: Quin & hoc instituit: ut instrumentis apte constructis: eius capiti corona cum tonitruum super poneretur: Sed hæc Sallustii uerbis repetenda sunt: sicuti in cœnis etiam Macrobianis leguntur. Metellus inquit pius a. C. urbino ad cœnam cum esset iuitatus: ultra Romanam ac mortalium etiam morem curabant: ex ornatis ædibus per aulea & insignia: scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis: simul crocosparsa humus: & alia in modum templi celeberrimi. præterea confidenti in transfennam demissum Victoriæ simulacrum: cum machinato strepitu & tonitruum coronam ei imponebant: tum uenienti thure: quasi deo supplicabatur. ex his autem considerari potest: qua ratione ueteres in scenicis ludis tonitruum simularent: unde etiam de Salmoneo Sallustiana quidem imitatione uidetur a Vergilio dictum.

Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas:
Dum flammis Iouis: & sonitus imitatur olympi:
Quattuor hic inuictus equis: & lampada quassans
Per Graium populos: mediæque per elidis urbem
Ibat ouans: diuumque sibi poscebat honorem
Demens: qui nimbos & non imitabile fulmen
Aere: & cornipedum cursu simularat equorum.

Quæ causa fuerit ut Mythologi scribant gigantum pedes in uolumen desinere: & Lampridii uerba exposita de Commodi imper. crudelitate.

Caput .XI.

Non pauci ex ueteribus fuerunt: qui fabularum mysteria: ac recondita eruditionem perquirentes: libros de his composuerunt: in quo etiam studio uetustissimi illi apud Græcos (ut inquit Strabo) & maxime Pythagorici elaborarunt: ne populo inuulgarent: quæ animis tantum initiatis promenda essent: quod & Vectius prætextat copiose apud Macrobium demonstrat. Nam & inter alia cum de Hercule & Gigantibus loquitur. Non temere inquit factum apud mythologos: ut gigantum effigiem sic formarent: ut eorum pedes in draconum uolumina desinerent: idque ipsum ea ratione factum refert: quo intelligamus: nihil eos rectum aut sublime cogitasse aut effecturatum: cum detorti eorum gressus ad inferna demergatur. neque enim quisquam ignorat: nullam ob aliam rem Gigantes ipsos confictos: quam ut impii homines atque insolentes: & quasi a quibusdam crederentur. Vnde in fabulis eos uoluisse aliquando deos ipsos de cœlo depellere: ausosque contra illos pugnare: quod in cœniscis (ut dixi) macrobianis: tum apud Plutarchum explicatur. quod & Seruius grammaticus intellexit: qui ex Vulcano asserit natum puerum Erichthonium: Sed per pedibus (ut inquit) draconibus: uti in Vergiliano cœmentario rettulit. Sed illud notandum est: quod in Actio Lampridio legitur: quo loco imperator Commodus libidinem atque sauitiam profecit: refert enim a Commodus ipso eos homines: qui pedibus debiles forent: nec ambulare admodum possent: in gigantum effigiem formatos: sic ut quasi dracones inquit effingerent: ac deinde sagittis eos conficere solebat: qua in re signasse illud uidetur: quod in modum obtorti anguis desinere gigantum pedes diximus. nam & in uetustis adhuc quibusdam monumentis (ut Pomponius latus monstrabat) maiores quidem effigies Romæ uisuntur: quæ ipsis pedibus obliquatos uidentur serpentes referre: quod illa tortuosa uolumina indicant: ex quibus impietas: ut ait prætextatus: eleganti figura demonstratur.

Strabo

Macrobius

Plutarchus

Seruius

Lampridius

Quam grauius ac fatyrice Iouis picus mirandula contra inertes & otiosos homines uerba habuerit: & quod Solon in suis legibus dannandos censuit: ac inibi elegantissimi uersus positi ex Enniana satyra contra istos otiosos oscitantes.

Caput .XII.

Vperforte cum Pico Mirandulano die consumpsit: quæ cum de uita & philosophia per multa grauius & copiose protulisset: illorum maxime ingenium atque animos subinde accusabat: quæ segniter admodum degeneri otio oblitescunt: quæ in re (ut fit) cum acriter ac seuerius declamaret: cepti mox diligentius considerare: factum ab eo non minus acriter: quæ prudenter: ut istiusmodi homines: imo hominum manci

b 3



tam acerbe: tam grauius: tam Satyrice sit insectatus. nam qd esse inuita ne /
quiuis aut scelestius potest: q tempus ipsum rem. s. preciosissimā sōno iner /
tiaq; turpissime transigere: qui enim desides: ignaui & oscitantes uiuunt: nō
hercle magis uiuunt: q; stolidæ pecudes: & meræ beluæ: neq; uiuunt enim:
sed spūm trabūt: sicuti pecudes solent: quo factum est: ut quidā ^{uoluntati}
Pœnas quidem acerrimas contra istos desides: atq; otiosos statuerint: eosq;
iure infames dixerint: siquidem & Solon ipse in suis legibus inertiam hanc
turpemq; ignauiam seuerissime culpauit: qui desidiam inquit sectatus est: is
accusatibus esto obnoxius. Vnde illud etiam. Q. Ennii non minus equidē
discendum censeo: q; dogmata & præcepta quædam ex philosophia intima
eruta: quod idem poeta in tragœdia Iphigenia his uersibus contra inertiam
posuit: ut Iulius celsinus apud Frontonem cornelium rettulit.

Otio qui nescit uti: plus negotii habet:

Quam cum est negotium in negotio

Nam cui quid agat institutum est: nullo negotio.

Id agit: studet ibi: mentem atq; animum delectat suum.

Otioso initio animus nescit quid uelit:

Hoc idem est. n. neq; domi nunc nos: nec militiæ sumus.

Imus huc: hinc: illuc: cum illuc uentum est: ire illinc lubet:

Incerte errat animus præter propter uitā uiuitur.

quod etiam in atticis lucubrationibus a Gellio refertur.

Qd bis maxime uerbis Politianus se oblectari dicebat: ut sunt reci
procicornes arietes: & bestia exungues & excornes: & alia ibidem:
addita.

Caput. XIII.

dicebat olim Politianus magna se uoluptate affici: atq; incredibili dele /
statione teneri: in his uerbis: quæ sunt reciprocicornes & lanicutes arie
tes: & item bestia exungues & excornes: quod eorum compositio scælix &
iocunda sit non improbius: & putida: sicut in aliis multis contigit. Arietes
autē reciprocicornes: & lanicutes: a Laberio poeta in mimis dicti sunt: quæ
tamen Gellius complura refert admodum licenter confinxisse: quod alibi
diximus. Bestias autem exungues & excornes Tertullianus uocat: pro his:
quæ sine unguibus: & cornibus forent: ut in libro de pallio habetur: cum
Vedii pollionis crudelitatem incessit: ut qui murenis homines etiam ipsos
deuorandos coniceret. Theodorus uero Gaza de pedes: de plumas: & depi /
les per eleganter in usum romanum intulit: uir unus (ut ego existimo) æta /
te superiori: qui cum omni antiquitate i optimis disciplinis cōparari possit.

Disputatio de re pub. habita: ac de imperio uenetū: & apologus elegans
de pinu & cucurbita.

Caput. XIII.

I N hortis oricellariis cum nuper aliquot egregie docti homines conue /
nissent: ubi de honestis litteris optimisq; disciplinis sæpe & copiose agi
tur: forte incidit mentio de ueterum institutis: de regenda ciuitate: ac de ue
netum clarissimo: atq; summo imperio: qua in re cum multi multa (ut fit)
differuissent: ibidez senex quidam in officiis rei pub. homo accuratus & pru
dens: uolo inquit uobis de uenetum imperio perelegantem referre apoio /
gum: quæ a Francisco olim Barbaro audiui: qui nra ætate: magna uir eloquē
tia & consilio fuit: is enim cum de statu atq; dignitate Philippi ducis medio
lanensis: & re pub. ueneta ageretur: in hunc modum locutus est. Scio ego
quantum momenti positum sit in fortunæ uiribus: quātum ponderis in ra
tione & diligentia hominū. nam quo maiora sunt imperia: eo fauiores quā
doq; casus atq; calamitates habent. Sed apologum audiat. Sata est olim
inquit cucurbita iuxta arborem pinum: quæ grandis admodum & ramis pa
tulis extabat: cucurbita uero cum multis pluuiis atq; cœli temperamento
creuisset: lasciuere incipit: & ramulos audacius porrigere: iam serpebat in pi
num: iam surgere: iam ramos & frondes inuoluere audebat: ampliora folia
candentis flores: prægrandia poma: & uirescētia ostentans: Itaq; tanto fastu:
atq; insolentia intumuit: ut pinum arbore: ausa sit aggredi: & uides inquit:
ut te supero: ut amplis foliis: ut uiore præsto: & iā iā ad cacumē profurgo.
tum pinus: quæ senili prudentia & robore pollebat: nihil mirata est cucur
bitæ insolentis audaciam: sed ita ad eam respondit. Ego hic multas hyemes:
calores: æstus: uariasq; calamitates peruii: & ad huc integra consisto. Tu ad
primos rigores minus audaciæ habebis: cum & folia concident: & uior om
nis abierit: sic & in Italia inquit Barbarus: per multæ quidem sunt cucurbi
tæ: quæ pinum aggredi magnopere conantur: sed habent tamē plus animi:
quā roboris: quo circa breui exarescunt: aut decidunt: pinus autem uexari:
atque turbari potest: extirpari autem aut ficcari nisi longissimo tempore
nequit.

De oraculo a Maximino imper. instructo contra christianos: & ibidem
de constantia christianorum: quibusq; uerbis contra Rom. præfides
uterentur.

Caput. XV.

f Atis compertum est ex annalibus ueterum: quantum rom. olim
imperatores decretis publicis: atq; edictis christianorum religio /
nem repellere: atq; extinguere conati sunt. Sic ut nullum crudelita
tis genus omissū fuerit: in quo christiani homines uexati: atq; dissecti nō fue
rint. Sed ut cætera nunc omittant: Maximinus quidem cæsar non minore
astu: quam sæuitia usus est: in persequendis lacerandisq; christianis. siquidē
louis simulacrum (quod in urbe Antiochia celebre fuit) sic instrui curauit:
commentoq; callido aptari: ut in edendis oraculis: quæ tu; magno cultu ha
bebantur: responsum de christianis hoc promeretur: Ne homines christo di

b iiii

Apologus pulch

Gellius

Gellius

Tertullianus



cati degerent in urbibus: neq; ullis etiam locis iuxta urbes. Sed procul ut no-
xium genus: atq; ueneficum fugarentur: quo factum est: ut uagi palantesq;
& reiecti ab omnibus forent: tam etsi pro religionis merito atq; maiestate id
accidebat: ut quo plures: sauiioresq; forent persecutores: eo maior: & aplior
religio haberet: nec enim quicq; principum sauitiam atq; feritatem magis
extimulabat: q̄ firmitudo illa & inuicta atq; impenetrabilis christianorum
constantia: quæ quamlibet libidinem atq; immanitatem longe exuperaret:
cū foret hæc oratio christianorū: ut a Septimio Tertulliano scriptuz est. o Ro-
mani præsidēs: cruciate: torquete: dānate: allidite: atterite nos: probatio est
nostræ innocentia uestra iniquitas.

Tertullia

Qui grāmatici de origine uerborum scripserunt: & unde hæc uerba: au-
dus & inuidus dicta sunt: perelegans & erudita enucleatio.

Caput. XVI.

m Agno studio ac diligentia quæsitum est a ueteribus grāmaticis de ori-
gine ac significato uerborum: qua in re Nigidius: Verrius flaccus: Pe-
dianus: & M. Varro plurimum operæ posuerunt: quoniā in consideranda
atq; intelligenda uerborum origine: uaria fere atq; diuersa ab authoribus tra-
dita sunt: quod & Fabius Quintilianus testatur: & Academici probant. ego
autē secreto opere de hoc pluribus disserui: nunc exponendū putamus: uide
originē traxerint hæc uoces Auidus: & Inuidus: qm̄ grāmatici quidam iunio-
res nō minori inscitia: q̄ improbitate in his aberrant: cū probi auctores tā ele-
ganter tamq; erudite de his egerint: affirmāt enim a uidendo deductum esse
utrunq; uocabulum: nam auidi a non uidendo nominati sunt: propter ni-
miā cupiditatem: ut Ver. Flaccus existimauit: qd̄ a littera priuandi uiz obti-
neat: sicuti amentes dicimus: qui mentem non habent: inuidos autē & inui-
diam simili ratione inquit Cicero dici: quoniam ex nimia uidendi cura liue-
scant: quod in tertia (ut puto) Tusculana comperies: ab inuidēdo inquit: re-
cte dici potest inuidētia: ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod
uerbum ductū est: a nimis intuendo fortunam alterius. quod & poeta Acci-
us in Menalippo testatur.

*Quintili**Ver. flacc**Cicero*

Florem quis nam liberum inuidit meum.

Cicero

Qua in re. M. Cicero nō Accium modo excusat: sed etiam egregie cōmēdat
qd̄ inuidere cū accusandi casu protulerit: quoniā ius suū. poeta retinuit.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER TERTIVS.

Qd̄ Plato philosophus inuidiæ morbo laborauit: & qd̄ in-
sensus Xenophōti. atq; Democrito fuerit: cuius etiā libros
extingui cupierit.

P

Er multa ad huc supersunt indicia ex ueteruz scriptis: quibus
copiose probari potest: Platonem philosophum emulationis
ac inuidiæ morbo maxime laborasse: aliorumq; laudes iniquo
animo accepisse: siquidem inter eum ac Xenophontem tacitæ
cuiusdam emulationis liuor extitit: cum nullibi Plato de ipso Xenophōte
tanto uiro meminerit: eiusdem uero discipulos ac sectatores loquentis indu-
xerit: quod animi male affecti atq; insinceri argumentū præbuit: ut Gellius
dicebat. De abderite autem Democrito: qui longe in phisicis præstitit: idem
factū est a Platone: sicuti Aristoxenus refert: na; cū Plato inquit locos quos
da; tractaret: in quibus contra Democritū sentiebat: prudens tamen ac sciēs
nusq; illū citauit: etsi alios fere philosophos nominaret: tu; quod est aplius
idem Plato quæcunq; habere potuit Democriti commentaria traditur colle-
gisse: ea; cum cremari uoluisset: ab Amyda & Clynia uiris pythagoricis pro-
hibitus est: asserentibus eos Democriti libros nō posse omnes extingui: cum
apud multos passim exempla eorum seruarentur: quaz rem & Laertius dio-
genes ex ueterum commentariis recenset: nam & Georgius cretenis: qui
trapesuntius appellari maluit: per multa Platonis philosophi uitia colle-
git libris de hoc compositis. unde lo. Alariensis ridicula uoce illum cenoti-
monem & erinnym appellat: quod & nicenus Bessarion alicubi asseruit.

*Gellius**Laertius*

Disputatio habita inter Hieronymum Sauonerolam: & picum mirandu-
lam de philosophia ueterum cum christiana academia. & quid item
uetustissimi de ipso deo sēferint idest Moses: Mercurius: Zoroastres &
Pythagoras.

Caput. II.

q Vam uera sit: atq; ex re conficta a Luciano eloquentiæ imago apud cel-
tas populos nuper equidem considerauit: cum lo. picus mirandula me
ipsum: Laurentianumq; sua oratione quocunq; uellet perduceret: tāta eniz
in eo uiro & uocis suauitas & rerū omnium cognitio adest: ut etiā; sicut ille
Luciani ὁκμῶς Mercurius facile omnis populos atq; homines suis sermoni-
bus capere: oblectare: atq; afficere possit. nuper autem confedimus in marcia
na academia apud Hieronymum sauonerolam: qui atate nostra in omni p-
pe philosophia maxime præstat: sed inibi Laurentianus (ut fit) ex uetere phi-
losofia cu; per multa de ipso deo ac eius potestate rettulisset: ac de animæ

Lucianus

Plato
Aristot

uiribus: cumq; in hoc non re: sed uerbis dissentire christianos affirmaret. modeste (ut solebat) ac placide Hieronymus. Caue inquit Laurentiane: ne uerba pro rebus accipias. Nam qui ueteres philosophos in academiam christianam pertrahunt: per facile quidem uel falluntur ipsi: uel alios fallunt. Plato enim ad animi insolentiam: Aristoteles uero ad impietatem instruit: quo magis te inquit Laurentiane hortamur: ut relictis ipsis philosophiae spaciis atq; umbraculis ad Salomonis porticum deficias: in qua certissima uita ratio atq; ueritas continetur: quibus dictis cum lo. picus subrisisset: et ad te inquit haec etiam pertinent crinite: qui tam studiose adhuc pene adolescens: tamq; assidue omnibus prope disciplinis incumbas: sed ea inquit de deo & animis decreta: cum diu a me euigilata atq; perpensa fuerint: puto me posteris etiam probaturum: christi religionem magna ex parte cum ueteri philosophia consentire: modo haec omnia diligentius atq; probius intelligantur: cum nulla unquam religio fuerit: quae deum ipsum aeternum rerumq; omnium absolutissimum non dixerit: sicuti & animam quoq; imortalem. Sed principes inquit in omni mortalium uita extiterunt aliquot & iudicio: & rerum cognitione maximi: ut Moses: Pythagoras: Mercurius: Zoroastres: Solon: qui omnes pari consensu: non modo haec crediderunt: sed maxime affirmarunt. nam siquid est antiquitati concedendum: omnis certe illa ueterum theologia pari sententia id ipsum asseruit. Hermes enim qui apud aegyptios floruit: & qui maximus philosophus: maximus sacerdos: & maximus rex fuit: certe cum Mose ipso consentit: eiusq; opinioni magnopere accedit. nam & Pythagorae diuina illa philosophia quam magice nuncuparunt: magna ex parte ad moesis disciplinas pertinebat: ut qui ad hebreos quoq; eorumq; doctrinas in aegyptu usq; perrexit: pluraq; illorū sacra: atq; mysteria intellexit. nam Platoni etiam eruditio (ut constat) ad hebraicam ueritatem fere accedit: ex quo plures eum germanum Mosem dixerunt: sed graecae loquentem. Zoroastres autem ille Oromasi filius cum magicem quidem percoleret: nihil aliud accipiebat. quam dei cultum atq; diuinitatis studium: quo ille occupatus naturae uires omnemq; potestatem egregie apud persas perquisiuit: ut sacra illa & sublimia diuini intellectus arcana cognosceret: quam partem uel Theurgiam multi uel Cabalam alii: uel magicem etiam dixerunt: Sed enim omnis antiquitas tantum uidetur hebreis atq; aegyptiis concessisse: ut ueritatem ab illis acceptam per uarias orbis regiones: atq; diuersos populos circunducere: atq; illustrare uoluerit. quod eo animo a quibusdam effectum est: ut magis addere aliquid: ac inuenire ipsi crederentur: quam sumpta ab aliis approbare. quibus relatis Hieronymus Sauonerola lo. picum complexus: & unus tu inquit es pice aetate nostra: qui omnium ueterum philosophiam: ac religionis christianae praecipua & leges percalleas: ut haec tua quidem rerum pene omnium cognitio: antiquioribus illis Hieronymo: Augustino: Basilio Gregoriisque: ac Dionysio merito conferri possit: nam alia ibidem multa lo. picus de christo: legibusq;

eius ac religione copiose differuit: ex chaldaicis atq; syriacis thesauris: quod alibi commodius recensui.

Quae apud nostros quattuor idiomatum genera fuisse tradantur: id est Priscum: Latinum: Romanum: & Mixtum: & quo maxime tempore floruerunt: ac de ethruscis etiam litteris non nihil.

Caput. III.

Idignum obseruatione uisum est: quod in quorundam commetariis legitur: de latina eruditione: & quo maxime Idiomate: quibusq; temporibus maiores usi fuerint. Relatum igitur est quattuor fuisse apud nostros linguarum proprietates: hoc est Priscam: Latinam: Romanam: & Mixtam: quod ex Varronis auctoritate grammatici ueteres tradunt. Prisca est: quae uetustissimi Italiae populi sub Iano uidelicet & Saturno regibus usi sunt: cuiusmodi carmina quaedam incondita: parumq; nostris intellecta adhuc supersunt: ut Saliarum & Argeorum sacra: de quibus Var. etiam Terentius meminit. Latina uero: quae sub Latino: & regibus Tusciae ceteri quidem populi in ipsa latio loquebantur: quae tabulae decemuirales scriptae sunt: ac sacrae leges: & publica quaedam edicta. Romana quae post exactos reges Rom. populi gesta complexa est: nam & hanc ipsam inter poetas. M. Plautus: Neuius: Accius Pacuuius: Ennius: & P. Vergilius maxime coluerunt: ex oratoribus autem & historicis. M. Cato: Sisena: Quadrigarius. Val. antias: Caesar & M. Cicero: Mixta uero: quae aucto imperio & libertate ammissa uarios populos ac nationes in iura ciuitatis admisit. Quo factum est ut Romana uirtus: ac loquendi iuxta integritas passim cum moribus degeneraret: ex ueteri sententia. Moribus antiquis res stat romana uirisq;

Neque autem me latet: latinam quidem doctrinam ex multiplici: uarioq; Idiomate constare: siquidem: & Osca: & Sabina uocabula a multis olim recepta sunt: ut punica nunc omittamus: nam & Q. Ennius Osce locutus est: tum ethruscas alii fabulas exposuerunt: sicuti Liuius & M. Cicero alicubi testantur.

De nominibus Romanorum: & quae a Sabinis praenominae acceperint: ex fcedere cum Romanis factum: tum qua die Romani nomen assumerent.

Caput. IIII.

Pud Macrobiū & alios ueteres non pauca sunt obseruata de potestate: & ratione nominum Romanorum. Vnde uidelicet assumpta uel deducta sint. Sed enim Romani homines: non uno tantum nomine uel cognomine censebantur: sed pluribus etiam: quae nostris grammaticis tradatur. sicuti uidere quorundam exempla possumus. nam sic utiq; de Attico leges: eum quidem bis appellationibus fuisse uocatum ut diceretur. T. Caecilius: Satus: Pomponius: Atticus: solebant enim Romani: uel ab illis cognomen accipere a quibus heredes relinquerentur: quod alibi demonstrari: nec. n. illud ignoramus: tria praesertim nomina romanorum a poetis designari: unde illud.



Ausonius Trisequitum turmæ: tria nomina nobiliorum.

Eutropius Sed hac in re putavi obseruandum: quod ab Eutropio scriptum est: in Rom. historia ad Valentem Augustum: quod equidem non satis memini: an apud alium auctorē legerim: post multas inquit contentiones inter Sabinum populum & Romanum factum est fœdus: ac iure societatis in eandem sententiam conuenere: ut rex. T. Tacius simul cum Romulo imperium teneret: Sabinique & Romani unus populus efficeretur. ex quo ad hoc inquit confitendum: Romani tum cœperunt Sabinorum nomina suis præponere: Sabinum autem romanorum: ut nouæ quidem amicitia: nominum iura adiicerent. quo factum est: ut nemo deinceps romanorum absque prænomine haberetur: neque uero illud ignoratur: in ueterum commentariis lustricos dies illos a romanis dictos: quibus nomina infantibus imponerentur. nam & Nundinam deam (ut asserit uetius prætextatus) Romani colebant: a die nono appellatam: quo uidelicet ipsos infantes lustrarent: ac nomen imponerent: etsi octauo die fœminis: maribus autem nono: ut in cœnis macrobianis legitur.

Macrobius Qui maxime apud Latinos: de Sacris ac Pontificiis uerbis scripserint: & quomodo reus & damnatus inter se differunt: tum ex iure ipso Pontificum uerba exposita.

Caput. V.

Macrobius Vi apud ueteres de iure pontificio & antiquis sacris scripserunt: per eodem modo uisi sunt: atque egregie uerborum proprietates: ac potestatem explicare: ea cum primis referentes: quæ ad sacras uoces: quæ ad funerales: & Saliarum res pertinerent: cuiusmodi auctores a Macrobio celebrantur: Uetius prætextatus: ac Flavianus: ut Labeonem Antistium: & Veranium mittamus: qui libros de pontificalibus reliquerunt: Sed enim cum ritus ac ceremonias sacrorum inuestigarent: uerborum quoque rationes atque originem mirifica diligentia conquisierunt: quod in his nuper uocibus obseruauimus: quæ ad reum & damnatum pertinent: non minus uero: quam subtili iudicio examinatis: siquidem utrumque uocabulum in uotis nuncupandis: atque persoluendis frequenter in ueterum libris comperies. nam illum proprie reum dixerunt: qui suscepto uoto in sacris se se numini astringit: damnatum uero dicimus: qui se a promissis eximit: & uota persoluit: quod in Macrobianis quoque cœnis ab Eustathio eleganter disputatur. unde illud etiam in ueterum legibus legitur.

Macrobius Qui reus uoti esto accedunto ad sacra: Qui damnatus esto sacrarite persoluunto. Nam & P. Maro: qui ius Pontificium optime calluit: egregie id obseruauit: quo loco inquit.

Di quibus imperium est pelagi: quorum æquora curro:
Vobis latusego: hoc candenti in littore taurum
Constituam ante aras uoti reus: extaque falsos
Porriciam in fluctibus: & uina liquentia fundam.

Lustrici dies

Reus uoti

Damnatus uoti

De uiribus atræ bilis: ac de Eurylocho: & poeta Malacho: quæ grauiter eo morbo ad insaniam uexarentur.

Caput. VI.

q Vide moribus & uita philosophorum scripserunt: Eurylochum tradunt qui elientem Pyrrhonem audiuit: miris modis atræ bile uexatum fuisse: quæ græce *μωλχολία*. dicitur: atque sic peritum eo morbo: ut cum in elide uariis & diuersis multorum quæstionibus ageretur: ac respondendo esset fatigatus: pallium abiecerit: & Alpheum fluuium tranauerit. Illud quoque de eodem Eurylocho: eiusque furore traditur: sic aliquando istigatum *κατὰ μετρίαν* ut sumpto uero cum carnibus usque in forum illud insequeretur. fuit autem Eurylochus acerrimo quidem ingenio: cuiusmodi fere hi sunt: qui atræ bile sunt affecti: quod ab Aristotele philosopho atque aliis approbatur. Nam & Phaurinus academicus: qui Pyrrhoniorum libros composuit: her oicam hanc affectionem appellabat: dicens *ἡ μαισχερόν τι τὸ πάθος τοῦτο ἠρωϊκόν* quæ Hercules: Lysander: Ajax: Alcmeon: ac Bellerophon eodem uitio laborarunt: ut Socratem nunc & Platonem mittamus. nam Malachus quidem poeta excellens fuit: sed eodem in absoluendo carmine præstantior: cum mente penitus foret alienatus: sicuti etiam de Bacchis: & Sybillis (ut appellant) creditum est. Quin & Augustinus copiose affirmat poetas ipsos non proprio: sed alieno ore carmen effundere. quod a Platone probatur in eo libro: cui titulum fecit de furore poetico: sed enim de atræ bile cum plura scribat Aristoteles in problematis: frigida inquit stolidos & ignauos reddit: calida ingeniosos & amantes: nimia uero attonitos & timidos: sed hæc alibi commodius explicauimus.

Quo habitu & forma esset Romana toga: ac de aliis uestibus: quæ cuique populo ascribantur: tum alia inibi non in iocunda addita.

Caput. VII.

f Cripta sunt a ueteribus per multa de uestibus: & eorum genere: sicuti a Suetonio Tranquillo: Cornuto & aliis: qui diligenter quæsierunt: quibus etiam uocibus apud uarios populos signaretur: sicuti græcorum pallium: Sardorum mastruga: Brachæ Gallorum: Germanorum rhenones: Romanorum toga: de quibus a me alibi dictum est. sed hoc loco notandum mihi uidetur de romana toga aliquid: quo habitu: quaque ratione accipienda atque intelligenda sit: cum nuper de re hac quæstio inter doctiores haberetur: ad hunc igitur modum romani uestem hanc habuerunt: ueluti etiam nunc in ueterum statuis & marmoribus conspiciuntur: quæ Togatæ ob id imagines appellabantur: erat autem uestis usque ad Talos: unde talares etiam togæ a quibusdam dicitur. Idque seruatum est romæ: usque ad ætatem Octauii Augusti. quod a Fabio Quintiliano diligenter est obseruatum. nam deinde breuiores fuerunt: sic ut ad media crura essent demissæ: rotundam uero & apte cassam uolebant: ne enormis uel indecens uideretur: siqua ex parte minus iusta. nec eadem fuisse proportio: sinus etiam faciebat: qui cum altiores cinctura extarent: decem

Aristot

Augustinus

Plato.

Aristotele. *sedho. n. 5. problema. 1. 1. 1.*

Quintilianus



ter & honeste in partē sinistram duceretur . ita enim desiderat Fabius in oratore: quoniā sedeat aptius . merito autem reprehensus est . C. Plinius qui talarem togam dixerit a Cicerone gestari solitam: ut ea uarices uelaret . cum cōsuetudo tum foret: togas ipsas ad talos usq; demitti: sicuti græcorum palliū erat: in superiori autem parte: humerum operiri debebat: iugulum ut attingeret potius q̄ uelaret: ne togæ ipsius dignitas & latitudo: quæ in pectore uidebatur in angustum deducta p̄deretur . Erāt & manicæ in toga usq; ad ipsas pene manus: neq; tamē ad imos digitos: quarum latitudo æqua & decēs magis decorem q̄ uenustatem præferbat: ut cum brachium in agendo tollerēt cæteris togæ partibus optime responderet: ita enim romani togā fere habuerūt . nam in Mena Pompei liberto togam nimis defluentem: atq; redūdantē: uirulento carmine insectatur Horati⁹: cum sex ungarū esset: eaq; amict⁹ Menas populo stomachante per sacram uiam incederet: neq; enim licebat in urbe: præterq̄ libero homini: hac ueste uti: siquidem & ætatis & hominū in habitu uestiū ratio est a senatu po. q. r. seruata . nam & pueri prætexta toga usi sunt: sicuti ex his notissimū est: quæ Vectius prætextatus in Macrobianis cænis de prætexta & bulla aurea copiose disseruit: uirili autem toga uti a sexto decimo ætatis anno incipiebant: etsi quidā temere dissentiunt: Octavius . n. Augustus . xii . agens annū auiā luniā defunctā pro cōcione laudauit: & quadriennio post (ut ait Tranquillus) uirilem togam assumpsit . uiri autem Romani . ut est auctor Gellius: primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt: postea substrictas & breues tunicas citra humerū desinentes habebant: ex quo Scipio ille aphyricanus Pauli filius: cum in Gallū Sulpitiū esset inuectus: cū Cheridota illum tunica accubuisse nō sine stomacho affirmauit: & re uera facta est aliquando mutatio in rom . ciuitate de indumentis gerendis: siquidem Octavius Augustus ædilibus demandauit: nequem ciuem in foro aut circo pateretur consistere nisi positus lacernis togatos: & cū forte p̄ cōcione uidisset penulatorum turbam indignabundus & clamitans: En inquit romanos rex dominos: gentemq; togatam .

Quam iniquo animo pu. Vergilius fuerit contra Grām̄tistas atq; inep̄tos litteratores: ac eiusdem elegans dictum super illo enigmate: Tris pateat cœli spaciū non amplius ulnas.

Caput . VIII.

Raditum est a multis . P. quidem Vergilium bonis ingeniis ac eruditis plurimum gratiæ & fauoris ostendisse: cōtra autem litteratores: ac male doctos homines: mirum est q̄ affecto & infenso animo fuerit: qđ i his maiorem audaciam ac impudentiam: q̄ maturitatem & iudicium uideret: ex quo prolatis etiam uersibus: hoc totum aperte asseruit: sicuti Iunius Philargirius: & Seruius honoratus referunt: sed quod in uersiculo Vergiliano acciderit de cœli spacio grām̄tasticis conquirētibus dignum sane uideri potest adnotatione: in hoc . n. carmine ex bucolico ludico:

Plinius

Horatius

Suetonius

Gellius

Prætexta

Bulla aurea

Virilis toga

Seruius

Tris pateat cœli spaciū nō amplius ulnas.

Cum Cornifici⁹ & alii quidam grammatici dubitarēt: anxieq; a poeta pquirerent: siquid forte remotius subisset: perlepide responsum est a Vergilio: se in ea re grām̄tasticis omnibus crucē fixisse: in qua se assidue distorquerent: qđ ipse etiam Pedianus a Vergilio audiuit: quēadmodum Iunius idem Philargirius i Vergiliano commentario refert: qui tamen Pedianus respōdisse traditur: mihi certe nullam crucē: Non . n. sum id anxie quæsiturus . Quantū uero doctrinæ Vergilianæ ac eius fœlicissimo ingenio concesserit Pedianus: cum ex aliis multis declarari potest: tum qđ idem Pedianus librum quoq; contra eius obrectatores composuit: qui . p. Vergilio & historiæ falsitatem & furta ex Homero obiebant: cū in utroq; nō defensionē modo: sed grām̄ & laudem singularem merito inuenerit . quemadmodū Eustathius: ac Fulrius albinus erudite & copiose apud Macrobiū testantur.

De his hominibus: qui se ipsos in puteum iaciant: & qđ in causa: exemplis de Laurentiano & aliis adductis.

Caput . IX .

q̄ Vastum nuper est a uiris prudētiorib⁹: quo nā fato acciderit: ut hoc ipso anno in parte Galliæ (quæ a nostris Lugdunensis dicitur) nō pauca quidem fœminæ se ipsas in puteos & in undas coniecerint: etsi nullo (ut apparebat) corporis morbo uexaretur . in quo nihil certum: aut etiam dignū est allatum: præterq̄ quod hoc totum pleriq; potestate siderum: ac cœli de fluxu fieri arbitrati sunt: unde furore perciti homines: uiolēta nece occumberent . nec enim defunt exēpla apud ueteres: quibus aperte colligitur plurimos tali morbo affectos se interimisse: quod a ueteribus tamen in deorū iram & quasi ultionem refertur: nam de his qui graui morbo: aut peste tenentur uulgatius est: q̄ ut de hoc tradendū sit . cum Galenus quoq; & Hippocrates in medicina præstantes uinciendos præcipiant egrotos: sicubi pestilenti: uel grauissima febre infestantur: quod in his maxime accidit: qui pestilentia laborant: sicut in celebri illa Atheniensium traditur: in qua per multi se ipsos passim in undas iaciebāt . quod a poeta Lucretio eleganter explicatur.

Multi præcipites lymphis putealibus alte
In fluuios partim gelidos: ardentia morbo

Membra dabant: nudum iacentes corpus i undas.

testis mihi: & Pontanus: uirginem Neeram i salentinis paucis añ añis se se i puteum deiecit: Sed hoc ex nimia indignatione factum constitit: qđ ab eo se repudiatam uideret: cui pro cōiuge pacta erat . Sed enim quod nuper accidit i Petro leonio mirificum certe uisum est: quando is & i philosophia uir excellens: ac prudentia prope egregia: i puteum se in florentino suburbano imersit: quod etiam mox Laurentiano Florentino contigit: cuius ego academiam aliquando accessi: eiusq; disciplinæ auditor interfui: cum Aristote

Pedianus

Macrobius

Galenus

Hippocrates

Galenus & Hippocrates uincula

Lucretius



lis opera: atq; Hippocratis cōmentarios magna eruditione exponeret: sed in obitu hoc Lauretiani: consensum est a medicis fuisse illum atra bile sic per- citum: ut Hippocratis uinculo necesse fuerit illū alligare. quanq̄ hoc ipso anno fœminæ aliquot in Cortoniēsi agro idem factitarunt.

De populis qui humana carne uescantur: & q̄ Hieronym⁹ de Scottis gente britannica scripserit.

Caput. X.

f Requens mētio est apud ueteres authores de populis Anthropopha-
gis. q̄ uidelicet iccirco sunt a græcis appellati: q̄d humana carne uescā-
tur. Nā apud Scythas (inquit Plinius) plura genera sunt: quæ humanis cor-
poribus uescuntur. Et in medio prope orbe terrarum Sicilia & Italia: gentes
fuisse olim huius mōstri Cyclopa & Lestrigonas dictos constat: sed idē rela-
tum est etiam a Hieronymo de Scottis: q̄d hi populi ab hominibus esitādus
non abstinerent: quod hercle mirum est: cum ad ipsam Hieronymi ætatem
id agerēt. sic. n. refert idem: quo loco uarios populorum mores ac ritus per-
cēset. quid inquit loquar de cæteris nationibus: cum ipse adolescentulus in
Gallia uiderim: Scottos gētem britānicam humanis uesci carnibus: & cum
per siluas porcorum greges & armentorum: pecudumq; reperiant: pastorū
nates & fœminarum papillas solent abscindere: & has solas ciborū delicias
arbitrari. Idem etiam Scotti quasi Platonis rem pub. sequentes: nullam p-
priam habent cōiugem: sed pro libidine inquit more pecudum lasciuiunt.
quod a me de Scottis eo libētius est obseruatum: quoniam & doctiores qui-
dam opinati sunt: de his quidem populis nullam Romanis imperatoribus
cognitionem fuisse: in qua sententia & Hermolaus barbarus fuit. Nostra au-
tem ætate compluris cum Carolo Francorum rege Italiam inuaserunt: qui
sub eius signis militarent: sunt enim in dirigendis maxime sagittis uiri acres
atq; egregii.

De lapide caristio mirifica obseruatio: q̄d ex eo uestes contexantur: atq;
in ignem positæ a maculis emundentur.

Caput. XI.

d E Caristiis columnis: atq; marmoribus complura ab his traduntur: q̄
de lapidicinis scripserunt: de illo autem genere lapidis: qui ad Caristiū
celebratur: cum alii multi: tum præcipue Strabo mirāda quædam describit:
cum netilem hunc atq; textilem esse referat. Quin ex hoc ipso lapide manti-
lia inquit Strabo egregie contexit: atq; absolui. quæ si forte contraxerint sor-
des: & in ignem deferantur: facile quidem emūdari: atq; omnis maculas to-
lli: ac si in lauacro fuerint: quod ego ob id obseruādum existimaui: ut aper-
tius intelligamus: nihil tam mirum uideri in maiestate naturæ: quin illud
ipsum magno cōsensu credi oporteat: etiam si male docti homines: atq; an-
tiquitatis imperiti uel talia impudenter contemnunt: uel inepto risu tamq̄
mendacia explodunt. Locus

Plinius

Hieromy

Strabo

Strabo

Locus in epistola. M. Tullii ad Trebatiū expositus de philoctete: quāq;
imprudenter aquibusdam deprauetur: ac falso itidem exponatur.

Caput. XII.

m Vlti hætenus fuerunt: qui in cōmentariis Angeli politiani: q̄bus mi-
scellanea titulū fecit: cōplura uelut absurda: & iperite exposita adno-
tarunt. nam cuiq; insitum prope est: aliena magis detrahendo reprehēdere:
q̄ sua docendo comprobare. nos autē eos homines laude dignos: atq; cōmen-
tatione censemus: qui legendo: scribendo: atq; cōmentādo p̄ multū uigila-
runt: etiam si non sunt omnia in bonis disciplinis cōsecuti: q̄d ea ratione di-
ctū uolumus: ut eorū inscitia: atq; ineptā audaciā reprimam⁹: qui in hoc lit-
terarū certamine uolsellis (ut inquit Varro) nō gladiis pugnāt: sed his missis.
M. Ciceronis loc⁹ exponendus ē in epistola ad Trebatiū iurecōsultū: quo lo-
co de Philoctete agit ur: cui similit̄ dicit Trebatiū in locis uariis p̄ agrādus. deī
de q̄d in Britānia inquit non minus q̄ Philoctetē te p̄buiisti plane non repre-
hendo. quibus uerbis Cicero significat Trebatiū ipsum parū certo loco cōsi-
stere: sed p̄gre uagari: & spectacula cōplura quæritā ad exēplū Philoctetis:
ut ex græcis quoq; fabulis colligimus: in quibus Philoctetes inducitur: post
acceptā iniuriā p̄ uarias urbes ac regiones deferri: sed eiusdē Ciceronis uerba
repetenda sunt: ex epistola ad. Q. Fratrem: ut aptius intelligamus: q̄ sit hoc
loco absurda mentio de Philotheoro. de re pub. inquit: nimium te labora-
re doleo: & meliorē ciuē esse: q̄ Philoctetem: qui accepta iniuria illa spectacu-
la quærebat: quæ tibi acerba esse uideo: ex his autem uerbis: nemo est q̄ non
uideat Philoctetē esse legendū: nō Philotheorum. quādo & ueteres quoq;
codices huic sententiæ astipulantur: quod ego cū Politiano rettulissim⁹: ige-
nue quidē & amice professus est: nō fines modo se hac in re: sed ipsam quoq;
possessionem cōcedere.

Veterū consuetudo relata de Bactrianis populis & Atriis in furtis mul-
ctandis ex authore Bardesane: ac de aegyptiis etiā & lacedemonib⁹: q̄ ipu-
ne furta cōmitterent.

Caput. XIII.

c Omplura passim ap̄d ueteres de furtis legunt: quibus legib⁹: atq; sup-
plicis mulctari oporteat: sed illud ex libris Bardesanis de fato apponē
dū putauī. ap̄d Bactrianos igt̄ populos q̄ pauca furant: s̄putis de honestari
solēt: taliq; ignominia dēdecorant: ap̄d Atrios itē: q̄ minima furant lapidib⁹
obruunt. q̄d & Pāphilus Eusebius recēset: quo loco de fato cōtra chaldeos:
& mathematicos dixerit: Lacedemones autē uiri & acres iprimis & sobrii: pa-
trio iure ac legibus furādū usū pmiserūt: neq; id ipsū ob turpiore q̄stum: aut
ad sumptū libidini suppeditādū: uel opulentiā cōgerendā: sed p̄ ipsa (ut inqt
Gellius) disciplina & exercitio rei bellicæ: qm̄ sedulitas illa & sollertia furā
di ingenia & animos iuuenū acueret: atq; ad insidiarū astus excitaret: & uigilā-
di tolerātiā obfirmaret. apud aegyptios item uetustissimos illos furta oīa

pulchra

Varro

Cicero

Cicero

Eusebi⁹

Gelli⁹



Cato

fuisse permilla & impunita traditum est: qua i re illud M. Catonis ueluti ex delphico seruatum est in originibus de furtis: fures inquit priuatorum fur / torum in neruo atq; compedibus atatem agunt: fures publici in auro atque purpura.

Triginta milia deorū a poeta Hesiodo celebrari: & a M. Varrone.ccc. lo / ues: & q̄ ridicula foret ueterum de diis opinio.

Caput. XIII.

f Cripit Aenomaus librum de falsitate oraculoꝝ: i quo flagitia omnia Apollinis: & Vatum deceptiones detexit. quo autem loco refert im / peratū fuisse ab Apolline methymnēsis: ut ligneum Dionysii caput cole / ret. xxx. inquit milia deorum in orbe terrarū haberi: idq; ipsum a Vate He / siodo fuisse assertum. Septimius uero Tertullianus in apologetico cōtra gē /

Tertullian

tiles: trecētos inquit Loues: seu mauius Iupitros a M. Varrone dinumeratos: eosq; sine capitibus itroductos: quo circa non inepte dictū uideē a quibusdā philosophis: fuisse eos maxime demētes atq; insanos: qui reb⁹ oibus & ad se deos putauerint: & uaria flagitia: quæq; obscenissima dictu sunt p̄ numini

Augustin

b⁹ coluerit: quod ab Augustino etiā & Firmiano lōgis uolumnib⁹ atq; ma / gnis cōiitiis incessitur: deridet atq; explodit. itaq; ociosū est inquit Tertul / lianus p̄ omnia deoꝝ nomina uelle decurrere: qui colerentur a ueteribus: cū totta m̄q; uarii: noui: ueteres: serui: barbari: græci: romani: peregrini: capti / ui: adoptiui: proprii: cōmunes: masculi: foemina: rustici: urbani: nautici: mi / litares enumerentur.

Lactanti

Qui sint apud ægyptios Sarabaytæ sacerdotes: ac de eorū moribus: atq; improbiſſima simulatione ex Augustino: & Hieronymo authoribus.

Caput. XV.

f Ermo habitus est in marciana bibliotheca a Pico Mirandula & Politia no de quibusdam hereticis: eorumq; disciplinis: atq; opinionib⁹: tū de Augustini egregia & singulari doctrina: in examinādis refellendis atq; eicien / dis illorum erroribus: qui christianorum mentes: ueluti proserpens hedera: facile implicant. Inter alia uero complura quæ situm est: qui nam forent Sara /

Augustin

baytæ sacerdotes: quoniam in Augustini epistola mentio de his obiter facta sit: qua in re cum nihil responſum fuerit: putauit hoc loco ea subicienda: quæ de his relata sunt: ab eodem Augustino ex Hieronymi traditione. Ta /

Hieronym

les sunt inquit Sarabaytæ sacerdotes: ut eorum genus omni affectu atq; stu / dio sit deuitandum: ipsi deniq; in ægypto positi sunt: in foraminibus petra / rum habitantes: induti porcoꝝ & boū pellibus: cincti funibus: palmaꝝ spi / nas ad calcanea portantes ad cingulum ligatas: discalceati: & sanguine cruen / tati: cauernis exeuntes ad festū Scænophegiæ pergunt Hierosolymā: & fāc / ta sanctorum intrantes: paupertatem & abstinentiam prædicant a se seruari: tum barbam spectante populo ibidem acriter peruellunt: itaq; nummis tali

astu & cōmento adeptis in suam regionē remeāt: et i latitia & dapibus epu / lantur. Hos inquit Sarabaytas Augustinus: nolite obsecro imitari. quia nō beatos illos: sed in magnis suppliciis dannatos merito esse prædicamus: ui / dentur enim pro his ab Augustino & Hieronymo accepti: qui cum uultum seueritatis uenditent: atq; seueritatem egregiam præ se ferant: in recessu scele / ra omnia & flagitia retinent. Cuiusmodi homines & a Paulo & a cæteris ma / gnopere exagitantur: siquidē Catones & Curios simulant (ut inquit ille) ui / uunt autem bacchanalia.

PETRI CRNITI COMMENTARIORVM DE
HONESTA DISCIPLINA.
LIBER QVARTVS.

Dignum memoria de rege Pisistrato: quo astu atq; cōmento contra aduer / sarios sit usus pro firmando imperio: tum de eius quoq; tyrānide non ni / hil ex uerbis Solonis.

d Ignū obseruatione ac memoria est: qđ in historia de rege Pisistra / to: & eius dissensione cum filiis notatur: tum q̄ callide ac prudē / ter (ut hō græcus) omnē prorsus odii ac simultatis suspicionē: apđ populū Atheniēse substulerit: nā cū forte idē Pisistrat⁹ (q̄ athenis imperauit) in dicēda sentētia minime obtinisset a liberis assensū: ex ea re factū est: ut inter eos orta simultas crederetur: quod emulis atq; aduer / santibus (ut fit) maxime gratum pro uoto cōtingeret: sperantibus ob eam forte seditionem atq; discordiam futuram in regno nouitatem: uerum Pisi / stratus comperto emulantium animo: ut eximia uir prudētia: ciues omnes conuocauit: atq; ad eos in hunc modum uerba habuit. Succēsui equidem p̄ tēpore inquit o Atheniēses meis filiis: qđ ipsi paternæ uolūtati (ut par fuit) minus acquiescerent: sed uisum mihi deinceps est officium esse meum: ac pie / tatis paternæ mun⁹: ut ego ipse in liberorum sententiam concederem: debe tis igitur scire sobolem quidem ac liberos regis cum patre conuenire: & in omnibus esse concordēs: quo commento atq; astutia effecit: ut omnibus pla / ne Atheniēsis spes tolleretur futuræ nouitatis: Idem quoq; Pisistrat⁹ mi / ra quadam arte & ingenio tyrannidem occupauit (sicuti a Solone & aliis p̄ multis scribitur) nam blande primum uocare populum atq; illicere cœpit: dein sibi ipsi uulnera infixit: & in publicum simul progressus: atq; uocife / rans ea se ab hostib⁹ accēpisse: quadringētos sibi custodes dari exorauit: iu uenes admodum acres & robustos: quib⁹ armatis stipatus: rei. pu. Atheniē / sium statum euerit: ac regiam potestatem arripuit.



Quo studio ac diligentia factum sit a Romanis ut libros Magonis de agro colendo in latinū conuerterent: tū aliud exēplū de Cor. Taciti historia: quo honore a Tacito imper. habita: & i bibliothecis locata fuerit.

Caput. II.

n Otandum & illud est: quāta cura & studio factū sit a Romanis: ut ea omnia diligenter obseruarent: quae ad ipsā uitā cultumq; & mores hominum pertinerent: nec enim leges tantum & sacra quaedam ab Atheniensibus perlegatos acceperunt: sed cōmentarios etiam de agricultura & eius praecipis: ab ipsis Carthaginensibus senat⁹ auctoritate in usū Romanū trāstulerunt. nam cum Mago ille pœnus: qui cōtra Romanos imperator excellēs fuerit: libros de re rustica duo de triginta condidisset: decretū est a Romano senatu: ut ea quidē uolumina ex punica lingua in latinū sermonē cōuerteretur: quo maior etiā utilitas: atq; commoditas colendi agri romanis uiris trāderet: quod ipse. C. Plinius ad Vespasianum Augustū scribit: qui inter alios quoq; Magoniani operis iterpretes: Decium Syllanū fuisse asserit: cui de mandato fuerit: ut Magonem ipsum in Romanam orationem trāfferret: siquidem non modo nobili genere Syllanus hic fuit: sed etiam sapientiae (ut inquit Plini⁹) cōpositissima: facit ad hoc & aliud exēplū de Tacito imper. Romano: is enim Corn. Taciti uiri consularis historiam de Rom. imperatoribus: non modo in omnibus bibliothecis iussit collocari: sed etiam edicto cavit: ut decies quot annis ad usum publicum transcriberet: atq; in bibliothecis pariter poneret: in quo apte probat: nō illū mō sui generis & familiae sed etiam historiae rationē habuisse: qua rerū omniū memoria & utilitas ad ipsos posteros propagatur: quod & Flavius uopiscus ad Bassum rettulit.

De censorum potestate: ac de triplici pœna in Romanos: & qui dicerent i ararios relati: ac ibidē subscripta uerba ex antiq; legib⁹ de ipsis cēforib⁹.

Caput. III.

p Rudēter a Romanis factū est i moderādo impio & morib⁹ corrigēdis: ut ea in re magistratus eiusmodi haberetur: qui cōsilio & diligētia singulari hoc officiū p̄starēt: quales in urbe cēfores fuerunt: qui praeter alia multa cum agerent: ad regēdos etiā ciuitatis mores creati mos fuit: sed in erogandis pœnis: atq; mulctādis delictis: quod apud Asconiu pedianū repio. notā dum mihi hoc loco uidetur cum in quoq; ordine: Rom. ciues per ipsis meritis cuiq; condignam pœnā statuissent. nā q; senatores essent: his quidē pœna fuit: ut senatu amoti eiceretur: qui autē Romani equites delinquebāt: eis dē cēfores publicū eqū adimebāt: sicuti nimis iterdū obesīs cōpulētisq; eqtib⁹: uel quibus male curati equi strigosioresq; fuissent: qui uero plebei forent: eorum nomen pro delicto in certum tabulas censorū auctoritate referebatur: neq; amplius in centuriā suā albo scribebatur: sed ararii fiebant ac pro capite dumtaxat tributū nomine as praebant: ex quo per multos legimus in ararios fuisse relatos: sicuti & apud Liuium & alios ueteres habemus: qđ

ego ob id apposui: ut eorum facili⁹ errores a studiosis agnoscantur: qui etiā doctiores haberi solent. sed & uerba ipsa libet hoc loco adicere ex antiquis legibus: quo apertius cēforū dignitas atq; potestas intelligatur. nam & Cicero hac eadem refert.

Censores: populi: ciuitates: soboles: familias

Pecuniasq; censent: urbis: templa: uias.

Aquas: ararium: uectigalia tuent.

Populiq; partes in tribus distribunt.

Exinde pecunias per ciuitatis ordines partiunt.

Equitum: peditumq; prolem distribunt.

Celibes esse prohibent: mores populi regunt:

Probrum in senatu non relinquunt:

Bini sunt: magistratum quinquennio habent:

Reliqui magistratus annui sunt.

Ollaq; potestas semper esto.

Quod a me alibi copiosius scriptum est: cū censorū potestatē: aliosq; magistratus Romanā ciuitatis diligenter explicarem.

Quantum bonis praceptoribus discipuli debeāt: ac de Alexandro Macedone erga praectorem Aristotelem: tum de eius quinquaginta libris de animalibus digna profus memoria.

Caput. IIII.

q Vantum debeant homines honestis ac eruditis praceptoribus: abunde quidā ueteres principes & Romani & Graeci demonstrarunt: qui suos quidē praectores: non modo sūma & egregia obseruatione coluerunt: sed honoribus etiam maximis: atq; dignitatibus prosecuti sunt: nā parētib⁹ & diis et p̄ceptoribus (ut inquit Plato) uix hercle p̄ merito illud uetus ἀμτι σολαργίμ obseruari potest: cum tāto muneri nullā satis gratiā referantur.

Alexander autem Macedo Philippi filius: qui foelicissime imperauit: cū Aristoteli philosopho debere se ingenii eruditionem intelligeret: non semel quidem suum animum: atq; obseruantiam praectori aperuit: ratus suum esse officium ex iure ipso humanitatis tanto praectori uicem aliquam optime de se merenti referre. non enim tantum Aristotelis nomini patriam contulit: ac tāta rerū claritati benignū (ut inquit Plini⁹) animi testimonium misit: sed etiā naturā sacra: & causas perquirētī opem maximam tulit: ne tā diligētī studio & honestissima disciplina sua decissent emolumēta: sicuti cū libros illos quinquaginta de animalib⁹ cōposuit: q̄a graecis πολιτάλαββλία sunt appellata: quoniā octingēta quidē talenta (ut inquit atheneus) impesa in his sunt: in quo rex maximus aperte demonstrauit: non esse minus posteritātē commētariis instruere: quam uniuersi orbis populos atq; prouincias de uincere: sed hoc totum copiose. C. Plinius declarat ad Cæs. Vespasianum in hunc modum. Alexander inqt magnus cū esset inflāmatu mira cupidine

Cicero

Plato

Plini⁹

Plini⁹



animalium naturas noscendi: cōmentationem hanc Aristoteli delegauit: summo in omni scientia uiro. tum aliquot milia hominum in totius Asiae Graciaeque tractu parere illi iussa sunt: eorum uidelicet: quos uenatus: aucupia: piscatusque alebant: quibusque uiuaria: armenta: aluaria: piscinae: auaria in cura erant: nequid usque gentium a tanto uiro possit ignorari. hos enim omnes percontando quinquaginta ferme uolumina illa praecleara de animalibus condidit. Hac Plinius de Alexandri studio & affectu erga praecceptorem Aristotelem. quod equidem uel ob eam praecipue causam putauit obseruatum: quoniam in quorundam cōmentariis eundem inuenio Alexandrum: mutato animo fuisse contra praecceptorem: eumque deinde capitali odio fuisse infectatum: quod esse uerum & illud admodum insinuat: quoniam alexandri mors ex ueneno illo Stygiae aquae: non sine infamia Aristotelis excogitata creditur.

De praefectis siluarum apud Rom. & de maioribus ac minoribus prouinciis: ac inibi illud Vergilii expositum: Si canimus siluas: siluae sint consule dignae contra aliorum sententiam.

Caput. V.

P. Vergilii uersus notissimi sunt in poemate bucolico: quod inscribitur Pollio.

Virgini Non omnes arbuta iuuant: humilesque miricæ:
Si canimus siluas: siluae sint consule dignae.

Quo loco nostri interpretes: ut alia multa: paulo indoctius atque ieiunius hoc ipsum exponunt: dicentes siluas dignas consule. id est consulari dignitate: ut ad pollionem consulem referri possit: idque ipsum nullo prorsus auctore scribunt. sed enim maior subest eruditio: ac sensus remotior: qui ex ipsis romanorum legibus: atque decretis elicitur. Nam cautum fuit apud Romanos: uti cons. quidem ipsi curam collium atque siluarum haberent: ut hac ratione materies non deesset: qua uidelicet nauigia publica possent a praefectis fabrum confici. sicuti & seruatim adhuc in ueneta re. pub. uti praefectos habeant: quibus cura haec siluarum sit demadata: ut quot annis fata illa & arbores ex decreto publico excindantur: ne materies non copiosa construendis nauigiis suffragaretur. Quin & illud in ueteribus libris notatum: quod ipse Ancus martius: qui Numae nepos ex filia fuit: primus apud Romanos siluas ad usum nauium publicauerit: & Salinarum uectigal instituerit. fuit autem consuetudo apud Romanos: ut postea quam in urbe consules creati essent: prouincias sortirentur: quas instructis copiis: & parato exercitu deuincerent: quod sicubi hoc casu aliquo defuisset: tum minores obibant. erant. n. aliae maiores: & consulares prouinciae: aliae rursus minores: & in quis. Cons. haud amplam laudem: atque dignitatem consequi possent: ueluti cum siluarum & collium negotium agerent. ex quo Tran-

Suetonius quillus Suetonius de Caesaris consulatione. cum Bibulo inquit: consul creatus est & ob eam causam: opera optimatibus data est: ut prouinciae futuris consulibus mini m

negotium. i. siluarum callesque decernerentur: qua maxime iniuria caesar instructus omnibus officiis: Gn. Pompeium affectatus est offensum patribus: sed hoc idem ex nostris etiam iureconsultis edificatum: qui prouincias minores nominat: & siluarum curam in illis reponunt: quibus facile constat: quid ipse poeta Vergilius: iuris civilis (ut ait Flavianus) doctissimus insinuet: quam sententiam & Niger noster Iacetus non improbat: uir ingenio maxime candido: & elegantias ueterum probe doctus.

Quod in solstitiali tempore frondes in quibusdam arboribus conuertantur: & quae bruma augeri minuique sit obseruatum a Stoicis ex lunae uiribus.

Caput. VI.

I Eruatum est a ueteribus euenire in quibusdam arboribus: ut in solstitiali tempore frondes conuertantur: uel in brumali etiam reuifescant. *M. Varro* autem Varro in libro ad uxorem Fundaniam discrimina haec admiranda appellauit: quibus anni tempus discernatur: & ex uersura foliorum dies solstitialis fuisse appareat: quod in olea: populo alba: & falice accidere testatur: quae cum in aliis auctoribus relata essent: putauit ea subicienda: quae. *M. Cicero* ex stoicorum obseruationibus recenset. quo loco de extispicis & diuinationibus agit: probatum est inquit a Stoicis in ipsa bruma musculorum iecuscula augeri: pulegium aridum florescere brumali die: item inflatas rumpi uesciculas: & femina malorum quae in his mediis inclusa sunt: in contrarias partes se uertere. iam & neruos in fidibus aliis pulsatis resonare alios: ostreis & conchiliis omnibus contingere: ut cum luna pariter crescant: atque decrescant. arbores etiam hyemali tempore simul cum luna consenescent: & in marinis aestibus accessus: & recessus lunae motu gubernantur: *Plutarchus* autem Plutarchus in commentario hesiodico: apud pelusiotas populos rettulit: minime capax estimari: quoniam inter olera id solum contra lunam aucta: ac damna minuendi uires: & augendi contrarias habeat. *C. item Plinius* & *A. Gellius* similia quaedam obseruarunt: sed haec etiam in promiscuis quaestionibus exposuimus. *Gellius*

De Philemone poeta comico: eiusque mirando interitu: ex Luciani historia & aliorum commentariis.

Caput. VII.

I Epida quidem historia est ac scitu digna de Philemone comico: eiusque mirando interitu: sicuti in graecorum commentariis reperitur. Is enim Philemon in scribendis fabulis eleganti ingenio & peruenusto habitus est: quoniam in scena ipsa a plerisque (ut scribitur) Menandro etiam praelatus est: sed cum idem Philemon aetate iam edita prouectior esset: eiusque fucus ad cibum paratae in conspectu foret: asello eas comedente puerum aduocauit: ut asinum abigeret: sed is tardius cum superuenisset: & comestas omnes uideret: urbanissime inquit: Et nunc da merum asello: quo audito coepit adeo poeta Philemon risu & cachinno diffluere: ut ex eo ibidem statim perierit: *Lucianus* autem Samosatensis *Lucianus*



περι των μακροβίων. ad hunc modum de Philemone φιλήμων inquit
ο κωμικός ομίως τω κρατίνω επλά η ενερμηκορτα ετη βιους κατέκωχο μεν επι
κλίμης ηρεμωμ θρασάμινος δε όνον τα παρασκαλασμέμα αλω σύκα κατεδίορτα.
ώρμισω μεν ερελωτα καλέσας δε τ οικέτηρ η σύμ πολλω η εσρώ γέλωτι ε
των προσδουναι τω όμω ακρατλ εροφδ μ αεσπριεϊς υπό τ γέλωτος απέθανε.

Sudas

Val. Max

Hoc idem & in Sudæ collectaneis: & apud ueteres multos passim reperitur.
neq; autem me latet: alios quoq; nimio risu periisse: quod alibi commodius
diximus. De ipso autem Philemone & in Maximi Valerii exemplis mentio
habetur. Et si poetæ nomen temere a quibusdam sit deprauatum.

De mulso apud ueteres in sacris: ac Titii uerba posita de hoc: Tum Ro-
muli Pollionis dictum ad Octauium Augustum: & alia obiter non inuocanda.
Caput. VIII.

EMulso & eius potione per multa in ueterum libris scripta sunt: neq;
apud eos modo qui de generibus potionum diligenter quaesierunt: sed
apud illos etiam authores: qui sacra deorum & libationes rettulerunt: oēs
autem in hoc fere conueniunt: mulsum quidem pro uini genere accipiendum:
quod esset melle commixtum. unde in sacris Herculis & Cereris mulsum
hoc precipue celebratur: sicuti Vectius praetextat in caenis macrobianis ostē-
dit. nam Cereri sacris haud uinum quidem libari fas erat: ex quo iocus ille
Plautinus per quā lepidus in Aularia de cerealibus nuptiis. Quin & .xii. Cal.
Ianuarias sacrum hoc Herculi: & Cereri fiebat: quod in Romanis etiam fa-
ctis apparet: in hunc uidelicet modum: siue pregnate: panibus & mulso.
hincq; erudite ac prudenter excusari uideo. P. Vergiliū: qui scienter dixerit.
Cui tu lacte fauos: & miti dilue baccho.

Macrobi

Plautus

Virgili

Haud enim ignorabat: uir utriusq; iuris optime consultus: uinum ipsum mi-
tescere: cum mulsum fieri ocepisset. C. autē Titius uir doctus: & qui Ro-
manos luxus acerrima oratione lacerauit: de hoc etiam mulso mentionem
fecit: sicuti Furius Albinus ex oratione illius apud Macrobiū recenset. uix
inquit pra uino substinent palpebras: eunt in consilium: ibi haec oratio: quid
mibi negoti est cum istis nugatoribus: potius q̄ potamus mulsum mixtum
uino graeco: edimus turdum pinguem: bonumq; piscem: lupum germanū:
quibus apparet Scipionum aetate (nā tum is Titius uixit) solitos esse Roma-
nos graecum uinum & mulsum potitare. sed & L. Scipio (ut est author Li-
uius) in bello contra Sannites: discrimine ipso: quo templa diis immortalib;
uoueri mos erat: uouit loui uictor si legiones hostium fudisset: pauillum
mulsi prius q̄ temetum biberet se facturum: quod ipsis diis cordi fuit. Illud
autem mulsi genus pro optimo habitum est: quod ex uetere uino costaret:
nam & multi (ut inquit Plinius) longam senectam mulsi tantum nutritu ci-
tra alium cibum tolerauerunt. ex quo nobile illud exemplum de Romulo Po-
llione: qui supra centum annos uixit. nam cum forte diuus Augustus illum

Macrobi

Liuius

Plim

rogaret: qua nam ratione uigorem illum & animi & corporis tam foeliciter
custodiret: in tus mulso respōdit foris oleo. appellatur & a qua mulsa apd
eundem Plinium aliosq; medicos: quæ melle addito diluitur: cuius potus
maxime utilis alstiosis: & his: qui humilis exilisq; animi sunt: quos graeci
tous μικροψυχους uocant: lenit etiam trāsitum spiritus: & contra tussim ua-
let: aliaq; per multa: sicuti eorum tradunt commentaria: qui remedia mor-
bis excogitarunt.

Plim

Cōtra tussim

Quid apud ueteres sit: urbem Romā fuisse ad equilibrium positam: &
quod equilibrium uertitur a. M. Tullio: quod est graece ισονομία tum non
nihil etiam de differentia inter urbem & Romam: ex doctrina iurecon-
sultorum.

Caput. VIII.

Criptum est a Iulio Solino de urbe Roma: eam fuisse primo quadratā
uocatam: quoniam ad equilibrium esset posita: in quo a uiris doctiori-
bus quaesitum est: quid eo loco Solinus intelligat: cū uoce duriuscula: sitū
ac positionem tam Augustæ urbis ad equilibrium factam rettulerit: sed. n.
putamus non aliter hoc accipiendum: q̄ ut ipsam dicamus Romam ad aqua-
lem regulam: & quasi ισονομικος in quadratam spem constructam: quod &
Sex. Pompeius ex Verrio testatur: ratione loci ac mœniū habita. Vnde Plu-
tarchus etiā uir in pquirendis Romanis antiquitatib; diligēs ῥώμην τετραγωνον
uocat: nam & in cæteris quoq; ædificiis dicimus aliquid ad equilibriū cōpo-
situm: quod aqua ratione absolutum: & undecunq; perfectum appareat: tā
& si hanc uocem quæ est equilibrium: ex tabulis decemuiralibus scimus p-
fectam: quo loco lex talionis contineretur: quando & Sex. cecilius pœnā ta-
lionis ad equilibrium factā exposuit: hoc ē πρὸς τὴν ἰσονομίαν habita iniuria
rū ratione: ut ipsam uidelicet: talionem quasi adamussim: & libellā æqui pa-
rent atq; expēdant: Hac enim uerba sunt legis.

Solinus

Pompeius

Plutarch

Si membrum rupit meū: e pacto talio esto: quod & Gellius uir Romanus ex
Phauorini philosophi disputatione recensuit: sed & M. Cicero ισονομίαν
latino uerbo exponens equilibritatē appellat i libro de natura deorum: cū
de atomis illis democriteis agit: confugis inquit ad equilibritatem: sic. n.
ισομίαν (si placet) appellem: tam & si scia in uulgatis quidē codicibus equa-
bilitatem perperam scriptum. Nostri uero iureconsulti (ut id etiam referat)
inter urbem & Romam differentiam haud inelegantem ponunt. ut urbem
uidelicet locum dumtaxat intra mœnia intelligamus. Romam uero & ipsa
etiam suburbia: quæq; iuxta urbem circumuisantur: eoq; id asserūt: ut inte-
lligi facilius possit: quæ aut romæ: aut in urbe iure legationis cōprehendan-
tur: nequid in circiscunda familia discriminis aut fraudis nasceretur: de Ro-
ma autem quadrata eiusq; ratione cōmodius egimus: ne illud. Q. Ennii car-
men minus a nostris intelligatur.

Gellius

Cicero

ισονομία
æquilibritas

Et quis tum curat Romæ regnare quadratæ.

Ciceronis locus



Pompei Cum primo hęc faxo apposita foret: inspem quadratā constituto: ut Pompeius & Dionysius testatur. quod & noster Ber. Oricellarius in suis cōmentariis de urbe Roma diligenter exequitur.

Dionysius De Pythagorica philosophia: ac de Iani frōte quadruplici: ac de Manasse rege: eiusq; statua cum facie quincuplici.

Caput. X.

q Vi de ueterum Theologia cōmentarios scripserunt: pleraque uolunt de diis eorumq; simulacris allegorice itelligi. sicuti & Pythagorici philosophi: qui arcana illa cœlestis disciplinæ: ac rerū mysteria: quodā quasi uelamento obdixerunt: ne temere prophanū uulgus ad ea accederet. quod

Macrobius apud nos Macrobius: & Fabius Planciades demōstrant: ut græcos mittam: qui multo copiosius hanc partem absoluerunt. sed libitum mihi ea referre:

Planciades de Iano eiusq; simulacro: quæ ex Bassianis cōmētariis Vectius pratextat: re censet: qui eum ait appellatum fuisse bifrontem: quoniam & superū & inferum Ianitor habeatur: quod in fastis etiam Ouidianis patet. Sed & quadruplici facie eundem finxerunt: & quadriformē (ut ait Bassus) uocarunt: qđ

Ouidius uniuersa climata sua maiestate cōplexus est: & i quattuor orbis partes cōspicit: sicuti hoc ipsum Iani simulacrum demonstrat: ex quo saluari carmine ut deorum deus celebratur. Augustinus cum de Romanorum diis differit: lanum inquit ipsum bifrontem: & quadrifrontem etiam tanq̄ geminum fecerunt. & quoniam plurimi dii selecti erubescenda perpetrando amiserant frōtem: quāto iste innocentior esset: tāto frontosior appareret. Manasses quoq;

Augustus rex hebreorum: cum statuā sibi poneret: quincuplici facie ornatā uoluit: quo maior in eo prudentia: & maiestas (ut puto) signaretur. quod Eusebius Pamphilus ex Manethi annalibus tradit. nam cū is propheta Esaiā interfecisset: statuam sibi posuit quinq; facies habentem: quod in sacra etiam historia legitur.

Eusebius Quomodo accipiendū sit apud Varroñem limbus. xii. signorū: & unde cœlū & mundus dicant: simulq; uersus additi ex Varronis Menippeis: q̄ uenustissimi.

Caput. XI.

q Vi de cœlo & mundo scripserunt: copiose quidem exponunt: qua origine: quo motu: quibusq; partibus censi debeant: ut Plato & Aristoteles. M. quoq; Cicero in libro de uniuersitate: quem magna ex parte a Platone in latinum sermonem transtulit: abunde hoc totum differuit: quæ res cum sæpenumero se ad considerandum offerat: putauit fore non indignum si. M. Varronis uersiculos referre: quos i Menippeis satyris seu Cynicis: nō minori elegantia: q̄ doctrina inseruit: cum cœlum ipsum: ignemq; & mundum pro eodem habendum tradat: sic enim in Dolio satyra: ut Probus etiam Valerius testatur in Vergilii cōmentario.

Probus Mundus inquit domus est maxima omnium.

Quam quinq; altitonæ fragmine zonæ cingunt:
Per quam limbus pictus bis sex signis
Stellimicantibus: altus in obliquo at here luna
Bigas accēptat posthumi: cui seplasia foetet.
Vocatur a cœlatura cœlum: græce ab ornatu κόσμος
Latine a puritia mundus.

In his limbum scribit per orbem cum duodecim stellimicantibus signis de ferri: uocat autem limbum hoc loco Terentius Varro: circulum illum siue partem: quæ græce zodiac⁹ dicitur: qua uoce & Plinius utitur. quin apđ eundē Varronē Cossinius inquit: capellarum dētes inimici sationis: quas etiā astrologi ita receperunt in cœlum: ut extra limbum. xii. signorum excluderint.

Qđ autem a cœlatura cœlum: & ab ornatu κόσμος græce dicitur: cū multi referunt: tum. C. Plinius: qui hunc ipsum Varronis locum: ut alia multa sequitur: ad hunc modum scribit: quem κόσμος græci nomine ornamti appellarunt: cum & nos a perfecta absolutaq; elegātia mundum: cœlumq; haud dubie cœlati argumento diximus: ut interpretatur. M. Varro: adiuuat & rerum ordo descripto circulo: qui signifer uocatur in. xii. animalium effigies: & per illas solis cursu congruens tot sæculis ratio.

De quibusdam legibus: & eorum præmio: qui hostes multos interemissent: ex libris Aristotelis: & quæ Firmianus cōtra Ennium: & Ciceronē protulerit.

Caput. XII.

r Eferuntur ab Aristotele & aliis per multæ leges: de illorum præmio & dignitate: qui certando ac strenue dimicādo ex hostib⁹ aliquot occidisset: sicuti de Sparthanis populis: Persis Thracēsisq; & aliis: sed ea libitū est in præsens annotare: quæ ipse Aristoteles in politicis prosequitur: de his. s. ciuitatibus ac nationib⁹: quæ suas leges atq; instituta ad militare disciplinam augendam & confirmandam statuerunt. sic ut ex cruore hostium ac cadibus maior animi uirtus atq; dignitas habere. ceu apđ Persas inquit: Thracēs: Scythas: Macedones & Gallos complura sunt instituta. sed. n. lex aliquādo apud Macedones fuit: qua cautum eos homines capistro cingi: qui nullum hostē interemissent: apud Scythas autem & illud decretum est: ut hi tantum in celebri conuiuio circumlatam pateram accepturi essent: qui ex hostibus aliquot occidissent: Iberi autem (gens admodum bellicosa) tot erigere obeliscos circa sepulchrum consueuerunt: quot ex numero hostium necassent: sed & Carthaginenses pro expeditionum numero: in quibus meruissent: anulorum ornatum retinebant: quo factum est: ut complures tū maxime insignes sint habiti: qui animo acres atq; feroces: multos in præliis cū magna strage obrucassent. apud nostros autem Romanos Scipio ille aphricanus magnopere apud poetam Ennium gloriatur: qđ per sanguinē hostiū & cades: uiam sibi ad cœlum aperuerit: quod ipse quidem Cœlius firmian⁹

Plim?

Varro

Plim?

Varro

Arist

Lactanti?

Cœli argu
mento cœlat



uelut impium ac scelestum facinus uehementer exagitat. Enniumq; & Ciceronem ea in re uanitatis & impudentiæ arguit: cū in hunc modum de se idē Scipio apud Ennium loquatur.

Si fas cædendo cœlestia scandere cuiq;

Mi soli cœli maxima porta patet.

O quantis in tenebris Aphricane inquit Firmianus uersatus es: uel potius: o poeta: qui per cædes & sanguinem patere in cœlum ascensum putaueris: cui uanitati & Cicero assentit: est uero inquit Aphricane: nā & Herculi eadē ista uia patuit.

Cicero

Petronii Arbitri carmen appositum: in quo ciconiam pietaticultricem & gracilipedem dixit. tum inibi de alitis eiusdem pietate non indigna relatio.

Caput. XIII.

I Egebamus nuper Venetiis ego & Ioannes uenetus Petronii Arbitri Satyricon opus contra declamatores: in quo cū alia multa nos magnopere affecerunt: tum illud præcipue carmen: in quo de pauone & ciconia ludēs illum babilonico aureo amictum: & ciconiā pietaticultricem: gracilipedē: choralistriam: & exulhyemē appellauit: sed ascribemus eiusdē uersus: eoq; libentius id agendum est: qđ in uulgatis fere codicibus: nō pauca deprauata: atq; interlisa diligens lector comperiet.

Tuo palato inquit clausus pauo nascitur.

Plumato amictus aureo babilonico.

Ciconia etiam grata peregrino hospita

Pietaticultrix: gracilipes: choralistria:

Auis exulhyemis titulus tepidi temporis:

Nequitia nidum in cacabo fecit meo.

neq; defunt apud ueteres: qui referāt: ipsam quidem Ciconiā imaginē exculpi olim solitā super sceptris Regum: quo eorum pietas atq; iustitia indicaretur: illud enim uetus *ἀντιπαλαρῶν* peruulgatum est: de ingenio: atq; pietate

Ambrosius? ciconiā erga parentes: quod etiā diuus Ambrosius cōfirmat: qui romanorū inquit usu alitem hanc pietatis nomine honestatam.

De legatione gallorum ad regē Alexandrum: ac de illorum congrua & opportuna responsione: contra ambrosiam regis insolentiam.

Caput. XIII.

q Vanta celebritate nominis: atq; magnitudine impauit Alexander Philippi filius: uniuerſa atiquitas memorat: quādo nemini par fœlicitas: & animus in obeundis bellicis rebus: atq; superādis periculis cōtigerit. quo factum est: ut plereq; nationes atq; populi: muneribus summis atq; honoribus: illum decorare atq; augustiorem reddere conarentur. sed quæ de Gallorum legatis scripta sūt ab authore Strabone: uisum mihi est: ut hoc loco ad notarem: ad hanc enim prope sententiam de Gallis: Alexander inqt ille Ma

Strabo

cedo Philippi filius: in ea nobili expeditione: quā cōtra populum Thracēse suscepit: cum Triballoq; præterea gentē inuasisset: Getas ipsos accessit: eorū que urbem in suam potestatem redegit. itaq; paulo mox a Syrmō Triballorum rege: & aliis per multis munera capiens ad suos remeauit: sed interim ad Alexandrum mittuntur amicitia eius consequēdæ nomine Gallorū legati: qui eam regionē prope Adriam incolebant: eos uero Alexander pro regis dignitate cū comiter atq; amice accepisset: in celebri (ut fit) cōuiuio legatos rogauit: qđ illud præcipue foret: quod illi præ ceteris extimescerēt (putauit enim de se ipso responsuros) qua in re Galli (ut homines sunt ingenio simplici atq; barbaro) nihil aliud responderūt o rex: qđ ne cœlū supra nos corruat: in quo delusa est insolescentis regis ambitio: & iportuna interrogatio.

Poetæ Vergilii uersus appositi de Numa rege: qđ canus in adulescentia fuerit: & qđ Strabo id ipsum de L. Tarquinio rege rettulerit.

Caput. XV.

P. Vergilii uersus sunt in libro æneidos VI.

Quis procul ille autem ramis in signis oliuæ

Sacra ferens: nosco crines: incanaq; menta

Regis romani: primus qui legibus urbem

Fundabit: curibus paruis: & paupere terra

Missus in imperiū: quo loco de Pompilio Numa intelligendū est: quoniam

sic ipse author Vergilius uidetur sensisse: itaq; Honoratus Serui⁹ canū fuisse

se Numā a prima ætate asserit: eoq; nomine dictum a poeta Vergilio incanaq;

menta: quod equidem non recolo me unq; legisse apud alium quemq; ex ueribus.

Strabo autem author grauissimus: & in priscis monumētis diligēs:

Tarquinium refert fuisse a pueritia canescentē: urbes inquit. xii. cōditæ sūt

a rege Tarquinio: in quo tam egregia floruit sapientia: ut ab ineunte pueritia:

canum fuisse referant: neq; autem me latet periphraſticos posse accipi

canos in homine: pro senili prudentia: & in iuene canitiem pro sapiētia: Sed

utcumq; sit: minime hoc prætereundum existimaui: quod hac in re obseruatum est a Strabone de rege Tarquinio: cum præsertim Vergili⁹ idem Numā

tribuerit.

Virg

Seruius

Strabo



PETRI CRINITI COMMETARIORVM DE
HONESTA DISCIPLINA
LIBER QVINTVS.

Quam multiplici doctrina præstet Io. Pico Mirandula: & iudicium ab eo egregie factum de hebreis: græcis: atq; latinis doctrinis: earumq; differentia.

Caput. I.

e Gimus nuper ego & Laurétianus cū Io. Pico Mirādula: qui ut homo in optimis quibusq; disciplinis maxime occupat⁹: cōplura doctē & copiose rettulit: de principiis ac uarietate scientiarū: tū de multiplici philosophiæ cognitione & authoribus: ap̄ diuersos populos atq; regiones: Sed iter alia multa de hebreis: græcis: ac Romanis: quantū equidē memoria possū repetere in hūc modū disseruit. In hebreorū inq; philosophia omnia sunt uelut quodam numine sacra: & in maiestate ueritatis addita: ceu prodigia quædam & arcana mysteria. In Græcorū uero disciplinis: ingenium: acumen & omnigena eruditio apparet: ut nulla unq; gens fuerit: quæ & dicendi copia: & ingenii elegantia cum illis possit conferri. in Romana uero academia ea fere omnia: quæ ad ciuitatem & uitæ mores pertinet grauitate & copiose sūt explicata: ac magnifice dicta. sic ut grauitas maxime Romanis & imperii maiestas: græcis ingenium & acumen: hebreis doctrina secretior & quasi diuinitas (ut Pic⁹ dicebat) ascribi possit. quod ipsa Mosis uolumina: & uaticinia illa prophetarum magnopere probant: ad hanc igitur sētētiam noster Pic⁹ de ueterum disciplinis atq; ingeniis differebat. Sed enim *Cicero* M. quoq; Cicero de græcis ipsis eleganter quidem hæc protulit in oratione pro. L. Flacco. Hoc ego dicā de toto græcorum genere: tribuo illis litterarum doctū multarum artium disciplinam: non adimo sermonis leporem: ingeniorum acumen: dicendi copiam: deniq; etiam si qua sibi alia summunt: non repugno: testimoniorum religionem & fidem nunq; ista natio coluit. *Quintilianus* & lamblicus inter platonicos nobilis: græcos ipsos leuitatis atq; incōstantiæ accusat: cum ægyptios uel hebreos (quos appellat Barbaros) in deorum cultu atq; obseruantia: constantes atq; egregios asserat: sed eius uerba subscribāt: cum grauitate & copiose hoc totum in suis mysteriis expresserit. Par est inq; in deorum cultu ritus ueteres tamq; sacros & optimos sēper custodire: eosq; intactos & inuiolatos seruare: neq; omnino addatur: aut etiam adimatur. hinc enim factum est inquit: ut numina ipsa & uota: comminuta ac debilitata appareāt. quod ex ipsa quidem p̄uaricatione: ac nouādx religionis studio per multa immutata sint: & in dies magis imutentur. nam & græci ipsi suo p̄te ingenio rerū nouarum studiosi: in quālibet partem facile ad quæq; momenta uertuntur: ut qui leues sint & instar nauis: in qua nihil fabuli infederit: nihil omnino seruant: quod a maioribus acceperint: sed immutātes

subinde omnia uetera eiciūt: & ex igenita leuitate alia atq; alia cōmutant: in re nulla cōstantes: barbari autē inquit ut moribus firmi atq; integri sunt: sic etiā in hisdem sermonib⁹ atq; sententiis maxima cōstantia perseuerant: quofit ut ipsis diis merito supra alios infederit: & orationes offerat illis maxime acceptas: quæ nulla ratione ab aliis possunt immutari.

Creditum esse ad gratiam & formā coferre cibū ex lepore: tū lepida historia de Alexandro Seuero Imper. additis uersiculis non inuenustis.

Caput. II.

f Actum prudenter est a Constantio Augusto imperatore: qui principū Romanorum mores ac uitam describi curauerit: eoq; studio & affectu res eorum gestas legebat: ut nihil ad imperium Romanum: eiusq; maiestatem seruandam magis pertinere iudicaret. siquidem non gesta modo principum in his debent explicari: sed etiam mores ac dicta copiose referri: nequid a posteris desideretur: quod ipsam humanitatem eiusq; cultum istruere: atq; cōmunire possit. Illud autē de Alexandro nuper Seuero imper. libenter legi: qui leptitanus fuit: elegantissq; poeticis & omni eruditione plurimum delectatus: quod i urbe olim de forma eius ac decore dicterio non illepido circūlatum est: sed enim ex ueterum iocis cum hi homines formosi ac uenusti p̄yii. dies credantur: qui leporem comedāt: ac idem Seuerus Alexander quottidie lepulos esitare: locus emerit in uulgus: imperatorem ex cibo lepore formā sibi & gratiam aucupari: sed apponemus ipsos uersiculos: quo facilius rei festiuitas atq; iperatoris responsum appareat: in quib⁹ non carminis probitatem: sed urbanitatem potius uir mediocriter doctus agnoscat.

Pulchrum qd̄ uides esse nostrum regem:

Quem Syrum sua detulit propago:

Venatus facit & lepus comestus

Ex quo continuum capit leporem.

quibus Alexander eleganti responso talionem rettulit: & quidem græcis uersiculis: sed latini tantum reperiūtur: quod equidem sciam: in hūc modum.

Pulchrum quod putas esse uestrum regem:

Vulgari miserande de fabella:

Si uerum putas esse non irascor.

Tantum tu comedas uelim lepulos:

Vt fias animi malis repulsis

Pulcher: ne inuideas liuore mentis.

Valerius autē *Martialis* ut homo hispanus eleganti hoc epigrammate gellia *Martialis* deformitati illudit: cum formam de leporis cibo uenditaret:

Cum leporem mittis: semper mihi gellia mandas

Septem formosus Marce diebus eris.

Si uerum dicis: si uerum gellia mandas



Plini?

Edisti nunq̄ Gelliatu leporem.
C. quoq; Plinius: quo loco de remediis morbor; agit: ex diuersis animatib; de lepore inquit ex Catonis sententia eiusq; assumpto cibo fieri somniosos: tū uulgo etiā psuasum cōciliari ex eo corpori gratiā: & si per q̄ friuolo (ut inq̄) ioco receptum id esse putauerit.

Qd̄ optimi oratores in dicendo exciderint: tū de Francisco Barbaro: & Sothino Senesi iureconsulto: qui & apd̄ pōtificē maximū: & apd̄ uenetum principem dicturus obticuerit.

Caput. III.

n Otum est omnibus: quantum & Demostenes & Theophrastus ingenio & eloquentia apud grācos prastiterint: ut in tota pene grācia uix unus aut alter pari iure cum illis conferri possit: sed hi tamen (ut ueteres memorant) dum uerba aliquando facturi essent: subito pauore affecti: a sermone defecerunt. nam Theophrastus apud populum atheniensem dicturus p̄ pudore (ut creditur) obticuit: idē quoq; Demosthenes apud Philippum regem Amyntæ filium fecit. quod & nostra ætate aliquando accidit: nam uiri aliquot & doctrina: & in rebus gerendis prudentia non uulgari inter orandū exciderunt: sicuti ex populo Senesi Barth. nuper Sothin⁹ iuris cum ciuilib; tum pōtificii cōsultissimus: qui Alexandro pōtifici maximo suæ ciuilib; nomine gratulaturus: in media prope oratione excidit: quam illi Ang. Politianus dictauerat. Quin idem post Sothinus anno superiore (cum Venetiis agerem) apud Augustinum Barbadicū uenetiæ rei pub. principē dictur⁹: conari cœpit orationem: sed nihil tamen exprimere potuit. Franciscus autē Barbarus uir & consilio & eloquētia maximus: apud Philippum mediolani ducē uerba factur⁹: cum in hunc modum cœpisset: Magnum est nomen tuum princeps maxime in uniuersa terra: ac paulo mox orationis oblitus: quā dī dicerat: cœpit a capite repetere: & cū deturbat⁹ ægre consisteret: interim dux Philippus: ut homo sapiens & modestia singulari: quasi eū interpellaret: aprebenſa Barbari manu: familiarius aliud atq; aliud ab eo cœpit percontari: quo usq; illum animo labantem firmavit: & ad capita orationis deduxit: qua in re non minus apparuit ducis maximi modestia: q̄ ueneti oratoris uerecundia.

De Mollitie Hortensii oratoris ac Demosthenis: tum per lepida hystoria de Hortensii mūditiā: qui diem collegæ dixit: qd̄ illi togæ structuram deturbauit.

Caput. IIII.

f Criptum est ab his: qui oratorum mores & uitam explicarunt: fuisse Demosthenem inuestitu cultuq; corporis nimium affectatæ uenustatis atq; elegātis: quod illi etiam probro & quasi dedecori ab inimicis ē obiectum. uerum de Q. Hortensio paria admodum referuntur: qd̄ is quidē uel apud Romanos ipsos tā accurato & molli habitu & uestib⁹ uteretur: ut risu dignum

Theophr.

Demosthe

H

Demosth

Q. Hortē

dignum sit: ne stomacho dicam: tanta illū mollicie: luxuq; pene fœmineo uixisse. In ea p̄sertim ciuitate: quæ uitæ grauitatē ac modestiam egregie supra ceteras coluit. mictō. n. qd̄ idem Hortensius frequens ad speculū accederet: faciemq; ex eo quariret: ne toga ulla in parte nō belle posita uiferetur: & fluentes sinus molliter agēs: qui lateris modū elegantius q̄ romanū uirū deceret ambirent. sed illud certe dignū obseruatione: eundē quidē Hortensiu sic ex professo uenustatem coluisse: ut cū ad speciem munditiemq; cultior & ornator aliquādo incederet: diē collegæ dixerit de acceptis iniuriis: qd̄ is in locum angustiore illi obuius: togæ structuram offensu fortuito destruxerat: eamq; de loco deturbauerat: quod in suo quidē collega (ut ait Macrobi⁹) uelut capitale est insectatus: adeo se Hortensius ad omnem uenustatis mollicie de industria cōponebat: ne dicam effœminabat. ex quo. L. etiā Torquatus in quadam causa apud iudices: dionysiam illum saltatriculam & bistriorem appellauit: qd̄ inter agendum argutiis & manuum gesticationibus p̄ nimis uteretur: quam rem copiose alibi enarrauimus.

Qui maxime dii extra urbem Romam templa habuerūt: & qua ratione: tum qd̄ hidem romani ex Solonis legibus sepulchra extra urbem haberi uoluerunt.

Caput. V.

i Neorum libris: qui de diis ac religionibus scripserunt: cōpertum est ægyptios quidē populos Saturni: ac Serapis tēpla extra urbē habuisse: cū aliorū tamen deorū p̄nulta in urbibus & oppidis uiferent: cui⁹ rei causā hāc referunt: qd̄ his uidelicet tantū duobus diis sanguine & uictimis litarēt: ceteris uero omnibus Thure & p̄cibus: quod Horus ægyptius apd̄ Macrobiū etiam testatur. neq; enim pertinere ad urbis fortunas & dignitatem uisum est: eius numinis templum intra mœnia conspici: cui sanguine litarēt. Rom. autem popu. ratione prope consimili quosdam deos censuit extra urbem statuendos: illisq; templa extra pomerium facta sunt: sicuti Esculapio: Vulcano & aliis: ne uidelicet pestis uel incēdia urbē ingrederēt: eāq; male afficerēt. ex quo deos quidē ipsos coluerunt: sed extra urbem: n̄ excluderunt: quod a Plutarcho in Romanis q̄stionibus explicatur: nā Romulus primo Vulcani tēplū p̄cul ab urbe cōstituit. Aristoteles uero i omni doctrina excellēs: tēpla qd̄ deorum intra mœnia h̄nda existimat: alia porro extra mœnia: sicuti & i media inq̄ urbe tēplū Gratiæ: quo oēs itelligerēt quātū ad officia humanitatis p̄tineat: grām benemerētī aliquā referre. sed & sepulchra item: quæ sacra fere habita sunt. s. p. q. r. extra urbem diu habuit: quod ip̄æ. xii. tabulæ demonstrāt: qbus cautū est: ne itra pomeriū cuiusq; sepulchra forēt: in quo secuti uident atbeniensiu leges & instituta: q̄ pari credo ratione nullum profus sepulchrū in urbē admiserūt: quod ipsum ex lege Solonis decretum est: quæ in hunc modum præcipit. Ne sepulchra in urbe sunt.

d

Macrobi⁹

Præmissis

Macrobi⁹

Plutarch⁹

Aristote



Cicero

in tabulis autem nostris decemuiralibus ita scriptum: in urbe ne sepelito: ne ue urito. quod & M. Cicero in suis legibus copiose profequitur: ut in epistolis etiam scripsimus.

De Traiano Aug. cum praefecto militum: eiusque sermone ad eum: ac de eiusdem Imperatoris gestis ac uictoriis maximis.

Caput. VI.

SudasEutropius

d E Traiano Imperatore: eiusque rebus gestis per multa quidem memoria digna ab antiq[ui]s scribunt. n[on] & hic ipse Plutarchus philosophus praep[os]ito re habuit: cuius disciplinis ingenii cultu[m]: moresque honestissimos adeptus: ut a Sen. p. q. r. tanto imperio dignissimus haberet. sed illud interim de Traiano libitu[m] referre: quod in Suda collectaneis obseruatum est. cu[m] is igitur coram romanis magistratibus aliquando adesset: gladiu[m]: quem gestabat: e uagina eduxit: nudumque τὸ ὑπὸ ἀρχῶν exhibuit dicens: en accipe gladiu[m]: quod si hic quidem princeps dignus est: utere p[ri]me: sin aliter eodem contra me: sed ipsa graeca nescio quo pacto cultius: atque grauius rem expriment: ἀέξει τὸ ξίφος τοῦτο ἢ ἰμὲν καλὸς ὑπάρχω ὑπὲρ ἐμοῦ ἢ δὲ μὴ κατ' ἐμοῦ χρεῖσται. tam acceptu[m] uero eius Imperium militibus fuit: ac tanto amore & affectu semper habitum: ut fines romani Imperii longe lateque diffunderit: quod apud graecos multi: & Eutropius apud nos in Romanis annalibus ad ualentem Aug. refert: nec enim Daciam modo prouinciam (Decibalo uicto) subegit: quae decies centena milia passuum incircuitu continebat: sed Armeniam quoque recepit: & Assyriam: Mesopotamiam: & Arabiam in prouincia forma rededit: ut Indiam deinde inuaderet: cum Seleuciam: Ctesiphontem: ac Babilonem clarissimas urbes occupasset: regibus partim captis partim interemptis. unde Traiano Imperante uetus dignitas: ac illa quasi maiestas Romani fastigii ad Augustum decus aucta est. nam & illud passim ab omnibus probatum est: ipsum quidem Traianum militarem gloriam ciuilitate animi ac singulari modestia superauisse: ex quo illud celebre dictum: ne sis Traiano melior: Augusto foelicior.

Cautum ex. xii. tabulis contra eos: qui alienas segetes excantare & pellicere tetassent. Et Plinii uerba notata & exposita: inibi que prodigiū maximū ascriptum de agris Vectianis.

Caput. VII.

Plinius

i N decemuiralibus tabulis notatum fuit apud ueteres: eos quidem capitū obnoxios iudicari: qui alienas segetes excantassent: aut ullis ueneficiis & carminibus pellicere ausi essent: in quo & si uideo reprehendi Sarnas atque alios auctores: quod in eorum libris incantationes quasdam rettulerint: uidetur tamen haud quaquā fuisse hoc indignū obseruatione: cu[m] Romana illa seueritas de re hac in duodecim cauisset: ita. n. in his relatū: sicuti: & C. Plinius Testimonio probatum.

Ne pelliciunto alienas segetes excantando:
Ne incantanto: ne agrum defrudanto:
Ne frugem aratro quasitam nox furtim depascunto:
Puberes si secanto: Cereri eos suspendunto.
Impubes arbitratu pratoris uerberanto:
Ac noxam duplionem decernunto.

Quod ego uel obid afferendū putauit: ut eiusdem Plinii uerba facilius intelligantur. qui cum de incantamentis agat: & uerborum uiribus. in. xii. inquit tabulis etiam scriptum qui fruges excantassent: & qui malum carmen incantassent: ex his. n. aperte cognoscimus excantare segetes atque pellicere sacra esse uocabula: & eiusmodi incantationibus propria: sicuti porricere exta: procurare fulmina: legere ossa: & alia eius generis permulta: de quibus suo loco diximus. putamus. n. maxime ad honestam eruditionem pertinere: non modo uires ac potestatem rerum uerborumque cognosse: sed et himon: & proprietatem: quod & fabius imprimis Quintilianus praecipit. nam & poeta interdū ueteres sic ea suis caminibus inserunt: quae ad sacra ritusque pertinent: ut neque sefus alicubi: nec eruditio admodū deprehendat: sed libet etiā (quonia de incantamentis & ueneficiis egimus) portentis adicere: quod a Plinio ipso notatum est de agris Vectianis aate Impe. Neronis permutatis. prodigium inquit super oia quae unquam audita sunt: uideri hoc debet: cu[m] in agro marrucino Vectii Marcelli qui eques Romanus fuit: & Neronis procurator: uniuersum oliuetum uiam publicā transgressum sit: atque ipsa praedia ex loco in contrarias sedes proferta sunt: quod in gestis etiā Neronis idē se Plinius exposuisse profiteatur: & si uerecū

Quantum pro ueritate inuigilandum: ac de Indorum philosophis: eorumque studio pro ueritate ac poena perpetui silentii contra mendaces.

Caput. VIII.

p Latonis sententia est: nihil magis spectare ad officium philosophi: quam ceteris omissis ueritati assidue incumbere: quoniam haec tam alta posita est: tamque in tenebris obuoluta atque recondita: ut nihil sit aequae difficile: quae eam indagando peruestigare ac peruestigatam cognosse: ex quo (ut in aliis per multis) in hoc etiam cum ueteribus philosophis placita christianorum consentiunt: asserentium nihil in tota uita aut esse amplius: aut melius: quam diuinae ueritatis patrocinium subire: & in eius maiestate conuiescere: sed in Chaldeorum doctrinis atque Gymnosophistarum disciplinis: tam celebre atque excultum eius studium fuit: ut eorum dogmata & leges eiusmodi homines maxime obnoxios facerent: qui in aliquo essent mendacio deprehensi: nam in re. pub. ipsa Indorum primus quidem ordo ac dignitas eorum censebatur (sicuti a Diodoro: & aliis traditur) quae philosophiae sacris occupati: optimis quodē disciplinis incuberent: hi autē ab omni profus seruitio ac imperio alieni

d z

QuintilianusPliniusPliniusDiodorus

erāt: & quasi diis accepti defunctorū iusta curabāt: tū reg: causas pquiretes: singulis āni principiis cōueniebāt: pluuiasq; & uentos: calores: & frigora mō bosq; futuri anni p̄dicentes: uniuerso populo in cōmunē usū cōsulebāt: qđ si quis falsa pr̄nuntiasset: haud id quidē ip̄one faciebat: sed p̄petui silentii p̄na multabatur: sic ut p̄ tota uita nihil oio proloqui liceret. nā & Socra- tes aperte dicebat: uerum quidem hominem prater cetera omnia mendacii osorem esse. Quin in Symandii regis monumento: iudicū quoq; imagines sculptæ fuerunt: quibus ab ipso collo ueritatis effigies p̄debat: oculisq; pe- ne clausis: ac libris circumpositis conspicua: de qua re cōmode alias scripsi- mus: cum de hieroglyphis aegyptiorum ageremus.

Quam erudite Pythagoras hominum atatem i quattuor partes diuisit: atq; inibietiam de Seruio Tullio: qui Rom. ciuium tris atates notauerit: ex Tuberone & Gellio.

Caput. IX.

e Gregie profecto & erudite factū est a philosopho Pythagora indistin- guēda a notandaq; hominū atate: in quattuor. n. partes uitā ipsā distri- buit hoc modo τὰ δὲ ἐικοσιμυαρίσκιαι ἐικοσιμυεοί ἐκοσι τὴν ἑβδόμεναι ἐικοσιμυ- autē atates idē Pythagoras q̄ttuor anni tēporib⁹ cōdigna similitudine cōpa- rabat: u; uerno tēpori pueros: ætati adolescētes: aut uino iuuenes: hyemi se- nes: accipit autē adolescētes puberes: sicuti etiā iuuenes uiros. quā rē & Dio-

Laerti⁹

genes Laertius in libris de uitis philosophorū recenset: Seruius autem Tul- lius qui Rom. populi rex prudentissim⁹ est habitus: cū censū urbis cōstitue- ret: ac illas classes pro atate ordinaret: in tris quidē partes ciues suos diuisit: ut essent ad ānū usq; .xvii. pueri: & inde ad ānos. xlyi. iuniores: supra illam uero atate seniores: quod ipsū a Tuberone In Romana historia notatum ē: sicuti & Gellius quoq; in atticis rettulit. Var. autē Terentius: qui est habit⁹ togatorum doctissim⁹: quinq; partes hominū uitæ attribuit. itaq; omnē gra- dū: p̄ter extremū in ānos. xy. diuidit: primo. n. ad ānum. xy. pueros appel- lat: quod impubes: & pueri sunt: secūdo ad. xxx. annū adolescētes tradit ab adolescēdo nominatos: tertio iuuenes dictos ad annū usq; .xly. eo qđ rē p. quidē domi & foris egregie possēt iuuare. Quarto sēiores: qđ ea maxime atate senescere corp⁹ hominum incipiat: indeq; in exitum usq; uitæ senect⁹

Gellius

Varro

ndicitur: qđ eo maxime tempore hominum corpus senio labore: de quo Cē- sorinus uir romanus copiose ad. Q. Cerellium scribit: quo loco Hippocra- tis etiam medici Solonis & Stasæ opinionem rettulit: in hominum atate si- gnanda atq; definienda: quæ apud authores facile diligentiores comperient:

Cesorin⁹

Quo commento atq; Sæuitia Iulianus Imper. contra Christianos de- sœuiret: ac de eius libris contra Christum: & qui maxime illis respon- derunt.

Caput. X.

e Vitebius Pamphilus: Augustinus: & alii copiose memorant: qui potif- timum Romani principes: & qua sœuitia christianos: eorumq; religio- nem sunt infectati. Non enim ferebat. S. P. Q. Rom. ad usq; cōstant inos ipe- ratores Christianum nomen surgere: aut amplius euagari. uerum de Iuliano Imper. qui bizantius fuit: mirificū profus cōmentum: atq; adeo callidum traditur: quo Christianos populos ab instituto: atq; incepto suæ religionis depelleret. non. n. ui: non cædibus: non tormentis (sicuti p̄ multi fecerunt imperatores sœuissimi quidē atq; sanguinari) sed alia ratione aggressus ē: ut eos ad ueterē: romanāq; religionē conuerteret. nā platis præmiis: ac digni- tatib⁹: tū blandimentis etiā atq; p̄suasionibus sic effecit: ut is multo plures occupauerit: q̄ qui crudeliter eos: atq; imaniter p̄sequendo attriuerit. quod & Ruffinus etiā ad Chromatium scribit. Idē tamen Iulianus Augustus: edi- cto cavit: ne Christiani homines puinciæ: p̄curationes haberent: neq; ius di- cerent: qđ ipsa (ut dicebat) Christianorū lex uti gladio p̄hiberet. Quin & cin- gulū militiæ nemini profus cōcessit: qui romanis diis ac numinibus nō imo- lasset. nā sacra illa Romana tā reuerenter: ac religiose coluit: ut uulgo etiā uictimarius diceretur: sed & pari edicto cōstituit: ne Christiani ipsi gētiliū scholas: atq; gymnasia adire possent: quo min⁹ in bonis studiis atq; discipli- nis proficerēt: quod ab ipso etiā Marcellino Ammiano referē: ut Augustinū Hieronymū: ac Ruffinum mittamus: Ammianus. n. & si sub ipso Imper. Iuliano meruit: atq; in acie uersatus est: nescio tamē quo pacto de Christianis ipsis modestius multo: q̄ aut Zosimus: aut Cor. Tacitus loquitur. Illud quoq; notādum ē de eodē Iuliano: fuisse illū græce ac latine apprime doctū. tum inter alia multa libros. vii. uerbis petulantissimis cōtra Christum effu- disse: cum parthicam expeditionem urgeret: quibus (ut est auctor Hierony- mus) fortissime responderunt: Methodius: Eusebius: atq; Apollinaris: sed hæc alibi copiose disserui.

Eusebi⁹
Augustin⁹

Ruffinus

Cingulū m
ilitiæ

Marcellin⁹

Zosimus

Cor Tacit⁹

Hieronym⁹

Methodi⁹

Eusebi⁹

Apollinaris

Quæ egregie doctus in omni philosophia Vergilius fuerit: quo modo ea quæ de inferis & campis Elysijs scribat: ex Gobria mago transtulerit: apđ academicū Xenocratem.

Caput. XI.

p Ro cōperto apđ oēs est. P. Vergiliū omnium ppe philosophorū decre- ta atq; opiniones egregie calluisse: quod ipsum: cum locis multis pro- bauit: tum in libro maxime æneidos. vi. in quo satis abundeq; uidetur asse- ruisse: quantum uidelicet humanas omnis atq; diuinas disciplinas didicerit: Sed quæ de Cocyto: & Acheronte fluuijs rettulit: tum de Minoe ac Rada- manto: qui (ut appellat) quæsitores apud inferos sint: ac de campis Ely- sijs: ubi beatorum animæ sempiterno æuo fruuntur. Ea quidem omnia ex ipsius philosophiæ penetralibus eruta sunt: atque e media academia assumpta. & si grammatici nostri ex græcorum fabulis atque poeticis com- mentis accepta dicunt: nihil præterea aliud quærentes: nisi quod

11

Aetates



Xenocrati obuium: decañtatum: atq; expositum sit: nos autem apud Xenocrate aca-
demicum: qui Platonem audiuit: relata hæc a Socrate legimus. Is enim ex
Gobria mago de animæ pœnis atq; beatitudine: hoc idem se accepisse tradit.
sed apponamus Vergilii carmen: ut facilius intelligatur: q̄ Gobriæ relatio-
ni accedat.

Virgili Hic locus est: parteis ubi se uia findit in abas
Dextera: quæ Ditis magni sub mœnia tendit.
Hac iter Elysum nobis: at leua malorum
Exercet pœnas: & ad impia tartara mittit.

Et Paulo mox.

Virgili Respicit aneas subito: & sub rupe sinistra
Mœnia lata uidet: triplici circumdata muro.
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton: torquetq; sonantia saxa.
Porta aduersa ingens: solidoq; adamante columnæ:
Vis ut nulla uirum: non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ ualeant: stat ferrea turris ad auras:
Tisiphoneq; sedens: palla succincta cruenta
Vestibulum exsomnis seruat noctesq; diesq;.
Hinc exaudiri gemitus: & sæua sonare
Verbera: tum stridor ferri: tractaq; cathenæ:

Sed ea nunc apponamus: quæ sapiens Gobrias apud Xenocratem referat
ex aneis tabulis: cum Xerxis atate insulam delon custodiret. Didici inquit
Gobrias ex tabulis aneis mortalium animas (ubi corpus exuant) in occultio-
rem locum sub terram demigrare. In quo lunonis regia est: quam poeta no-
Virgili ster Vergilius infernâ uocat: siquidem inquit Gobrias: cum terræ ipsius ele-
mentum mediam orbis partem teneat: cœlum uero in specie orbis sit: eius
quidem mediam partem dii cœlites nacti sunt: alteram uero inferiores. par-
tim fratres cœlicolarum: partim nepotes. uestibula autē ipsa eius regionis
quæ Plutonis est: claustris: aneisq; cathenis undiq; uinciunt: eos uero qui
prætermeant fluuius Acheron primo: & mox Cocytus excipit. Deinde autē
ad Minoem & Radamantum ducuntur: in eam uidelicet regionem: quæ ueri-
tatis titulū præfert: ibi enim assident iudices cuiusq; uitâ examinantes: ubi
neutiq; locus ē mēdacio relictus: sed. n. quibuscūq; boni demones inuita ipa
aspirauerint: ad Elystos cāpos: idest piorū locū se oēs recipiūt: ubi uer qdē
assiduū: uariis omnigenisq; fructibus uiget: ibidemq; lati fōtes p̄nitentibus
undis blāditer obmurmurāt: & prata uirētibus herbis: uariisq; depicta colo-
rib⁹: neq; desūt philosophantiū cœtus: poetarūq; & musarū: chori suauissime
cōcinentes: iocūda & grata cōuiuia: tū potantiū uenusti ac hilares cœtus: lati-
tia uero inuiolabilis: & uitæ suauitas maxima: nec. n. figoris illic aut ass⁹ ni-

mium: sed cœli perfectio: & salubritate aeris: & calore solis oīa æque amœ-
na atq; temperata: & hæc est beatorum sedes: ubi expiatis animis diuina sem-
per mysteria celebrantur: ac deinceps eorum præterea inquit animos lustra-
ri conuenit: qui circa Herculem & Dionysium accedunt: tum ex Cereris cul-
tu atq; studio spem quidem fœlicis itineris cōcipere: qui uero in flagitiis atq;
sceleribus fede uixerint: statim a furiis per ipsum tartarum raptantur in
Erebū & chaos: ubi impiorum regio est: Danaidumq; puellarum irritus la-
bor: ad explenda aquis Cibra nequicq; nitentium: ibidemq; Tantali si-
tis: Titii uiscera: Sisyphi saxum perpetuum quidē reuolubile: iam & feræ tru-
ces sæuientesq; se ultro corporibus circumplicant: accēs: ibidem faces: quæ
igne perpeti carnes oburunt: hominesq; impii & scelesti omnigenis pœnis ac
supplicis assidue discruciatu uexantur: atq; hæc hætenus Platonicus Xeno-
crates ex Gobria rettulit: ut manifesto ex his cōstet: ueram esse Macrobiū sē-
rētiam: qui. P. quidem Vergilium dixerit omnis prorsus philosophiæ fuis-
se consultissimum.

Qui sint apud M. Ciceronem Pentelici hermæ: ac de p̄telicis columnis
atq; lapidicinis diligenter multa exposita.

Caput. XII.

u Ideo & illud esse in quæstione apud doctiores: quo modo accipiēda
atq; intelligenda sunt uerba hæc. M. Tulli in epistola ad Pompo-
nium Atticum: Hermæ illi tui pentelici cum capitibus aeneis me
maxime delectant: in quibus exponendis non pauci admodum imperitissi-
me incurrunt: ego autem pentelicos hermæ ita existimo accipiendos hoc lo-
co: uti Mercuriolos lapideos intelligamus ex marmore uidelicet pentelico:
quoniā eiusmodi sigilla Cicero in Gymnasio (ut inquit) ac Xistis collocare
cupiebat: ut qui talibus monumentis atq; antiquitatum laudicis miro stu-
dio teneret. lapis uero pentelicus ex lapidicinis pentelicis eruebat: de quibus
non Plinius modo & Strabo: sed etiā Theophrast⁹ in libro de lapidib⁹
diferit: quo loco celebres tradit lapidicinas illas: quæ thebaica: chia: paria:
ac p̄telica nominent. sed & Pausanias p̄telicas lapidicinas i attide consti-
tuit: quæ forent in magno præcio. Plut. autē Cheroneus cū capitolii magni
tudinem: atq; ingentes illas exstructiones describit: columnas inquit illuc
ex urbe athenarum deuectas: quæ pentelico lapide constarent: quas ipse co-
lumnas (ut inquit) athenis conspexerat: sed imperante Cas. Domitiano ad
usum atq; ornamentum louis capitolini in urbem delatæ sunt: is enim Do-
mitianus incredibili sumptu: atq; magnificentia capitolium instaurauit: cū
memorabili illo incendio magna ex parte fuisset concrematum: de Mercuri-
riis uero qui hermæ a græcis dicantur: q̄ frequentissime apud græcos authores
mentionem comperias: ut Plutarchum: Thucydidem: & Pausaniam: q̄ ab
atheniensibus referret primum fuisse institutum Mercurios ipsos inter omnia
d iiii

Macrobi⁹

Virg

Cicero

Cicero

Plim⁹

Strabo

Theophrast⁹

Pausanias

Plutarch⁹

Plutarch⁹

Thucyd

Pausani



Quam docile animal: ac placidum sit elephas: & quod per funes incedere discat: tum de funambulibus ac funerepis hominibus.

Caput XIII.

d E elephantis eorumque uiribus: ingenio: & docilitate: cum multa a ueteribus prodita sint: non nulla (ut fit) quibusdam audientibus retulimus: quod ea uidelicet animantia inter cetera bruta fere obsequio & docilitate praestent: sic ut ad magistri imperium scribere: & per funes ambulare traditum sit: quam rem uelut incredendam & penitus fabulosam non sine risu quidam exceperunt: maioribusque sibilis contempserunt: quod ego apud ignaros homines: sordidisque & uilissimis officiis occupatos pro tempore distimulandum existimaui. sed in tanta rerum animantiumque uarietate: nihil tam summum: aut tam mirum uideri debet: quin & esse id possit: & credi iure optimo oporteat (ut est auctor Aristoteles) pro mirifica & singulari naturae maiestate: quod in his praesertim accidere par est: quae optimis quidem auctoribus ac honestissimis testimoniis nituntur. Nam quod elephantis ipsi per funes incedere: atque ambulare discant: non aliis equidem uerbis probari a nobis debet: quam Anni Seneca: qui ad hunc modum in epistolis: leonibus inquit manus magister inserit: osculatur Tigrim suus custos: Elephantem minimum archiops iubet subsidere in genua: & ambulare per funem. C. uero Plinius & aduersus funibus eos subire testatur: & regredi magis pronis. Sed & Mutianus auctor summus affirmavit: elephantem fuisse: qui ductus graecarum litterarum didicerit: solitumque perscribere graecis uerbis: ipse Egius haec scripsit: & spolia Celtica dicaui. M. item Cicero nullum esse animal refert: quod & magnitudine sua & docilitate praestet elephantis. eos uero homines: qui per funes ambulare soliti sunt: graeci οχοινοειταε uocant: a nostris autem funambulibus: seu funerepis dicuntur: qua uoce apud Latinos Terentius poeta: & Messala in oratione ad Seuerianum proconsulem carthaginis.

De Mythraeo: qui pro sole apud Persas colitur: deique illius simulacrum: ac de Mythriacis sacris copiose explicatum.

Caput XIII.

1 Egebatur nuper in hortis Oricellariis historia de Comodo Antonio imperat. qui inter alia scelera atque flagitia (ut traditur) etiam mythriaca sacra homicidio polluit: quo loco dubitatum est a quibusdam non indolis uiris: qui aderant: quae nam sacra haec forent: aut cui potissimum numini dicata. quod a nobis exponendum est paulo copiosius pro nostro studio: atque diligentia in ueterum disciplinis: & primo quidem referemus de ipso Apolline: qui Mythra dictus est apud Persas: ac paulo post de sacris mythriacis. Persae igitur (ut a multis refertur) summo cultu atque honore solem habuerunt: quem Mythram uocarent: quod & Strabo in persicis: & Herodotus:

aliique compluris testantur: simulacrum uero eius in hunc prope modum finixerunt: ut effigies foret leonis uultum praefere: tiaramque prisco habitu gestas quae utrisque manibus cornua bubula comprimeret: cuius rei sensus atque interpretatio ab his fere explicatur: qui mythologica profecuntur. neque illud ab re uideri potest: quod a Papinio poeta in thebaide scribit: cum solis potestate atque nomina refert.

Adsis o memor hospitii: iunoniaque arua
Dexter ames: seu te Roseum titana uocari
Gentis achameniae ritu: seu praestat Osyrim
Frugiferum: seu persei sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mythram.
Sed & Capella Mineus in philologiae nuptiis Mythrae nomen repetit his uersibus.

Te phœbum perhibent prodentem occulta futuris:
Vel quia dissoluis nocturna admissa Isacum:
Te Serapim Nilus: Memphis ueneratur Osyrim:
Dissona sacra Mithram:

Mythriaca uero sacra ita fere habita sunt: ut in sacro antro sacerdotes conuenirent: atque Apollinem magna ueneratione prosequentes: mithra appellarent: tum bouem ex antro correptis cornibus educerent: eumque sacerdotes ueluti Mythrae uictimam imolarerent: simul & hymnos aliaque cantica decantarent: de quo & Suda in collectaneis: & Placidus etiam grammaticus pluribus dissertarunt.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER SEXTVS.

De Bellisarii principis epistola ad regem Totylam: cum is de urbe Roma diruenda cogitaret: quibusque uerbis ab infando consilio de uastanda urbe eum deflexerit.

d E Bellisario principe eiusque imperio & gestis copiose alibi scriptum: cum tam egregia facinora gesserit: ac tam multiplici tamque uaria fortuna uixerit: sicuti in romanis annalibus: & Procopii historia legitur: sed hoc loco uisum mihi est non ingratum fore legentibus: si eiusdem epistolam subiiciam: quam ipse Bellisarius graece scriptam ad imperatorem Totylam misit: cum is urbem uictor cum exercitu esset ingressus: ac non parua moenium partem tum diruisset: nam & pulcherrima quidem aedificia: & quae dignissima in urbe forent incendi uolebat: Romamque

Aristot

Seneca

Plin

Cicero

Terentius

Messala

Apulei

Strabo

Herodot

Stati

Stati loc

Martian C.

Suda
Placidus

Procopius



ipsam $\mu\eta\lambda\acute{o}\beta\omicron\tau\omicron\nu$ (ut inquit) Procopius efficere: ni tantū facinus suis litteris Bellifarius inhibuisset: ad regem Totylam græce scriptis in hunc modum: Prudentis inquit uiri officium est: urbes augere uacuasq; ornamenti implere: quod ipsum ad eum maxime spectat: qui probo ciuiliq; animo agere cōfueuit: si qua uero sit urbs: quæ summo ornatu: eximiaq; pulchritudine polleat: sicuti Roma nunc est: non ne id ingenii perditissimi: atq; obnoxii dixeris: sicubi diruere illā conetur: sed enim Roma ipsa omnium quidem urbium: quæ sub cælo sunt: maxima & memoratu dignissima: nō uiri unius opere: non breui momēto ad id magnitudinis atq; pulchritudinis excreuit: sed regum plurimorum uirorumq; clarissimorum uirtutib⁹: longo tempore: summa diuitiarum copia: artificioq; incredibili: nec enim breui huiusmodi urbem: quam nunc uides: Romani extruxerunt: monumentum sane cūtis posteris eorum uirtutis. ceterū cū ita se res habeat: illud scire debes: qđ alterum necessario sequitur: aut enim hoc in bello uictus succūbes: aut ānue te fortuna superabis: qđ si ad te uictoria ipsa declinarit: Romamq; deleueris: haud rē aliam: sed tuam propriamq; o Totylas perditū ibis: si autem eam seruaris: regiam certe omnium pulcherrimam atq; ditissimam possideris: si uero a nobis deuiet⁹ fueris: seruata urbe atq; incolumi: gratias immortales a uictore debes expectare: sed ea diruta nulla prorsus humanitate contra te agetur: ut cunq; autē hac in re te gesseris statim fama subsequetur: quā scias quidem eiusmodi futuram: qualem tu ipse: uel opera tua probabunt uale. haecenus Bellifarius. qua in re illud notandum: qđ ipse quidem Totylas (ut inquit Procopius) cum epistolam hanc sæpius perlegisset: ac æquo animo eiusmodi admonitionē accepisset ab icepto ope diruēda urbis desistit: neq; mox quicq; contra urbem molitus est: quod abunde in historia ipsa Procopii scriptum est.

Procopi⁹

Quam sit ca utim loquendum apud principes: tum de rege persarum Cambyse: & Traxaspe nobile exemplum: & quō præstant apud psas qui amplius bibunt.

Caput. II:

n Vper habitus sermo est inter doctiores quantum in uitæ officiis proloqui: & quo tempore deceat: quoniam nihil fere magis in uita noxium atq; perniciosum est: q̄ intempestiue aliquid proferre: præsertim apud principes: a quib⁹ id totum facile potest effici: quod libitū illis sit: ad hoc autē exēpla aliquot i medium pro re sunt allata ex græcis atq; romanis historiis: ut de Callisthene philosopho: & poeta Philoxeno: aliisq; complurib⁹: sed exemplum de rege persarū Cambyse ac Traxaspe: uisum profecto est dignū ingenio barbaro atq; truculento. cuiusmodi Cambyse fuerit regum quidē persarum sæuissimus: nam cum is Traxaspe: qui regi carissimus erat: nimitū uini auidum regem: & usq; ad ebrietatem perfundi uideret: eum liberius sūmonuit: ut parcius mero indulgeret: parum dignū referens in rege accusari

ebrietatem: quem uidelicet oculi hominum atq; aures sequerentur: quibus uerbis iratus Cambyse: & ostendam inquit tibi ex ipso uino regem haud si bi excidere: neq; mente labi: aut oculis caligare: sed & manu & oculis probe officium suum præstare: & simul cœpit liberius bibere: atq; capacionibus potulis se ipsū uino proluere: ac iam factus umolētus: huc inquit o Traxaspe fili⁹ tuus procedat: tū iubet adolescentē sublata supra caput sinistra manu procul consistere: & interim capit arcum rex: intēdensq; illū: probabo nūc inquit falsum esse quod obiurgas: & incor ipsum adolescentis aciem simul ac spiculum direxit. cumq; illud pro libidine fixisset: prope accessit: ac discisso adolescentis pectore: spiculum inquit (ut dixerā) incor ipsum aspicias? nūquid o pater mihi excido? aut inictu aberro? pater autē Traxaspe: factus iā suo malo in loquendo prudentior: fortunatq; regis & sauitis obsequēs: nec ipse inquit Apollo certius atq; aptius arcum intendisset: quam rem non Herodotus modo halicarnasseus in persica historia: sed Anneus etiam Seneca rettulit. consuetudo autem apud Persarum populos fuit: ut hi nobiliores crederentur: atq; in agendis officiis aptiores: qui cum se uino admodum pluerent: mente ipsa consisterent: neq; a ratione decederent. ex quo Cyrus regis Darii filius: cum ad Lacones epistolam de se scriberet: non modo se ipsū in magica disciplina f̄stare fratri Artaxerxi asseruit: sed i potādo mero adeo excelluisse: ut cum ceteris foret bibacior: mēte tamē cōsisteret: quod a Plutarcho etiam Cheroneo traditur.

Herodot⁹
Seneca

Non esse populo inuulganda: quæ archana in sacris sunt: ac Vergili carmen expositū ex eleusinis sacris: procul o procul este prophani: & item de Numenii somnio digna obseruatione historia.

Caput. III:

e Gregie Plato & prudenter alicubi docet: non esse illa populo aperienda & inuulganda: quæ sacra & archana in mysteriis sunt: quoniam indignū prorsus ac fœdum sit: ab eiusmodi hominibus ea illotis manibus tractari: quæ initiatis duntaxat animis ac expiatis patere debēt: ex quo merito laudati sunt Pythagorici philosophi: qui propria dogmata & præcepta iter suos tantum seruantes nemini alteri indicabāt: quod Hebraei etiam in sacris legibus diligentissime obseruarunt. P. autem Vergilius: qui mores uarios ritusq; ac religiones optime tenuit: non temere illud ad Sibyllæ nomē retulit.

Plato

P. Virg

Aduentante dea: procul o procul este prophani:
Conclamat uates: totoq; absistite luco.

Id. n. ex eleusina Cereris initiis assumptū a poeta est: in quibus (ut ueterum probat autoritas) eos duntaxat admittebant: qui forent initiati. quod ab ipso præcone agebatur: procul este prophanum uulgus acclamante: unde illud Flacci perelegans: Odi prophanum uulgus & arceo: quando & Vale,

Horati⁹



rius Soranus non aliam obcausam dicitur obiisse: q̄ quod patrios deos: eorumq; nomē cōtra ius romanæ religionis inuulgauerit, qua in re libet etiā Numenii pythagorici somnium apponere: quo facili⁹ intelligatur nihil scelerius aut scelestius habendum: q̄ mysteria & occulta religionis in uulgo perdere, sed enim Numenius ipse (quamq; in philosophia uir excellēs) in cotamen offensam numinum subiuit: qd̄ eleusina uidelicet sacra interpretari: ac uulgo promere ausus sit, quo factum est: ut in somnio deas quidem eleusinas uiderit forma & habitu meretricio ante apertum lupanar prostrantes: cumq; hui⁹ rei causam diligenter Numenius quaereret: cum bile admodum & irata fronte illi respōderūt: ab adyto se ueteris pudicitiae abeo abstractas: seq; omnibus passim prostitutas: itaq; facile mox Numenius culpam agnouit: cū nihil esse petulantius diceret: q̄ de rebus diuinis: ac religionis archanis citra uerecundiam agere, habes hoc & in primo Macrobii cōmentario ad Eustathium filium in quo de re. p. M. Tullii disputat.

Macrobi⁹

De Gallonii sūptu & dapibus uerba in oratione Ciceronis exposita: atq; ibidem Luciliani uersus appositi: cum Horatiana imitatione de Gallonii accipensere.

Caput. III.

I Egebatur nuper Oratio. M. Tullii pro. P. quintio: & cum quidam bene litterati atq; eruditi adessent: orta est addubitatio de historia Gallonii: & eius luxu in his uerbis: nō ut dominantur illis qui relicta uirorum bonæ disciplina: & quæstum & sumptum Gallonii sequi maluerūt. Quisigitur hic Gallonius apud. M. Ciceronem sit facilius dubitatur ab eruditis: q̄ explicatur: nos autem in Lucilianis uersibus pridem legim⁹, Publium hūc Gallonium fuisse postremæ gulæ hominem: & in cupediis & lautioribus cibus assidue uersatum, unde obeam rē a Lælio uiro sapienti gurges est appellatus. nam & flaccus Horatius eundem Gallonium fuisse præconem aliquādo testatur: atq; eius mensam accipensere magno infamem: quod ex Lucilii poetæ satyra mutuatus est: uersus autem Lucilianos (quoniam lepidissimi sunt) libitum est adiicere: sicuti & M. Cicero in libro de finibus refert ex satyra ad Lapathum.

Cicero

Horatius

Cicero

Lælius præclare & recte Sophos: illeq; uere
O publi gurges Galloni: es homo miser inquit;
Cœnasti inuita numq; bene: cum omnia in isto
Consumis squilla atq; accipensere cum decumano.

Tertullia

Sed & Florens Tertullianus Curii aleam: Apicii gulam: & Gallonii sumptū: & Antonii ebrietatem incesit: ut ex his omnibus facile quisq; intelligat quid in oratione. M. Tullii Gallonii sumpt⁹ significet: qui romæ etiā inspeximus hāc de. C. Gallonio & uxore, inscriptionē: i marmoreo lapide:

D. M. GALLONIAE, C. F. QVAE EPICCHARIS, C. GALLONIVS, C. F. VLP. MARITTIMOS ET PATER FECIT.

Quibus uerbis Caracalla Imper. cum Iulia nouerca pudore uendito sit congressus: quantumq; flagitii & malorum ex nimia imperandi licentia oriatur.

Caput. V.

n Otum carmen est: & apud ueteres olim in urbe celebratum.

Cui plus licet: q̄ par est: plus uult: q̄ licet.

Hoc enim in uita mortalium fere accidit: ut cum imperio ipso licentia maior in dies fiat: unde omnia prope scelera ac flagitia reiectis legib⁹ oriuntur: quod ipsum infinita quidem exempla testantur: quæ in græcis ac romanis annalibus passim leguntur: sed illud uisum mihi est dignum relatu de Antonino Augusto Caracalla: eiusq; coniugio. nā cum Iuliam nouercam haberet: eaq; egregia forma & eleganti præstaret: forte accidit: ut corporis partem p̄sente Antonino impe. paulo incautius nudaret: qua conspecta: cum in eā procliuius exarsisset Antoninus: uelim inquit si liceret: Iulia uero (ut ingenia mulierum sunt) arrepta statim occasione si libet licet respōdit: leges dat Imperator nō accipit: quibus auditis Antonin⁹ idem Caracalla ad obeundū scelus audacior factus est: ac nuptias cum nouerca Iulia celebrauit: & ad paricidium (ut inquit Spartian⁹) adiunxit incestum: siquidem Iuliam duxit uxorem: cuius filium paulo ante occiderat: ex quo p̄ lepido scommate Helii pertinacis illusus est: cum eundē non Parthicū mō Alamanicū & Arabi cū Impa. sed Geticū etiā appellauerit: neq; autē ad huc Mario maximo assētimus: qui eam meliorem esse rem pub. atq; tutiorem dicit: in qua princeps ipse malus est: q̄ in qua sint amici principis mali: nam facilius est (ut apparet) a bono principe malos corrigi: q̄ malum principem a bonis superari: & si huic sententiæ Iulius quoq; Capitolinus parum accedat: sumpto de Imperio Domitiani Augusti exemplo: quod alibi etiam latius explicauimus.

Spartian⁹

Capitolin⁹

De studio philosophi Euclidis i bonis disciplinis: ac de Hieronymo etiā q̄ uehementer & assidue inuigilaret: tum quibus præceptoribus atq; uerbis doctrinam acceperit.

Caput. VI.

p Robe factum est a ueterib⁹: qui Euclidis philosophi studium atq; eruditionem summis laudibus sunt profecuti: præter enim assiduam ei⁹ diligentiam atq; labores maximos in percipiendis disciplinis: in audiendo etiam Socrate promptum & alacrem animum probauit: sicuti philosophus taurus rettulit: uir inter Academicos Hadriani atate excellens: nam cum ipse Euclides propter atheniensium decretum contra Megarenses non posset



athenas se conferre ad audiendum Socratem: quoniam capitale foret: si quis Megarensium ab atheniensibus esset comprehensus: non tamen putauit magis periculi rationem habendam: quam studiorum: sed muliebri ueste indutus: & Pallio (ut inquit Gellius) uersicolore amictus: capiteque obiectus sub ipsa nocte a Megaris atenas itabat: ut per noctem saltem audire Socratem: atque aliquid discere liceret. tum etiam sub lucem eadem ueste inceptus: in patriam Megaram remeabat. Hieronymus autem noster in omnibus prope disciplinis uir summus: non minore studio ac diligentia honestis artibus incubuit: nam & Romae prius: & in Byzantio mox: atque Antiochia: demumque apud Solymos plures ac uarios praeceptores audiuit: sed cum iudei ipsi ex ueteri lege neminem possint Christianum edocere: impetratum est tandem a Hieronymo ut hebraeam eruditionem horis saltem nocturnis liceret adire: eoque nomine Barbanum quendam audiuit: qui si quando a ceteris iudeis deprehendi metueret: Nichodemum alium: & ipsum iudeum in praeceptoris officio substituebat: tantumque adeo & uigilando assidueque componendo consecutus est Hieronymus: ut plura quidem idiomata egregie didicerit. quod ipse etiam Augustinus in libro ad Cyrillum de Hieronymo testatur: qui eum scribit non hebraicam modo: Graecamque: & Chaldaicam: sed Latinam: Persicam: Arabam: ac Medam percepisse: et si plerique affirmant: hunc ipsum librum minime Augustino ascribendum. illud certe notissimum: quod idem quidem Hieronymus. in humanioribus litteris Aelium Donatum: atque Victorinum audiuit. In facris uero Gregorium Nazianzenum: Apollinarem Antiochenum: & Didymum alexandrinum: sicuti ex iudeis Barbanum: quem diximus. hunc enim Hieronymus nocturnum praeceptorem appellat: sed hoc totum copiose Hieronymus refert in epistola ad Pammachium & Oceanum: modeste tamen (ut hominem decuit) posteritatis causam atque religionis agentem.

De. xvi. caeli regionibus: & quae humina cuique sunt ascripta: ex Mineo Capella relatum: & alia obiter addita.

Caput. VII.

De ueterum diis atque numinibus complura quidem & latine: & graece scripta leguntur: nec enim defuerunt: qui libros integros huic operi dicauerint. nos autem ea nunc obseruanda putauimus: quae caeli regiones designauerunt: quibusque locis propria numina sunt attributa: sicuti prisca illa theologia existimauit. uniuersum igitur caelum in regiones. xvi. signauerunt: ut quaternario numero quamlibet partem absoluerent: primo enim ipse Iupiter optimus maximus collocatur: quem a iuuando patrem genitoremque omnium dixerunt: cui collegas. xi. faciunt: ut a. Q. Ennio scriptum est. Qui uero subsecuntur dii: a Capella Mineo Iouis milites appellantur: nam post ipsum Iouem: dii Coesentes: Penates: qui & Patrii & Genethlii: Salus: ac Lares: Ianus

etiam & Nocturnus: & Opertanei. tertio loco Praedatus: Quirinus: Mars: Lares militares: Iuno: Fides & Lympha: diique Nouensiles: secuntur deinde Iupiter: Secundanus: Opulencia: & Minerva: quibus Discordia: Seditio: ac Plutonem addunt: mox autem Lympha siluestris: Lar caelestis: Mulciber: & militaris Fautor: Sexto loco Ceres: Tellus: Terraque pater: Vulcanus: Genius & Iouis filii Pales: & Faunus: & solis filia Celeritas: Septimo Frater ipsa: quae Mercurio solet in rebus omnibus obsecundare: in octauo Verus: & Venuleia: ut apud Verrium notatum. Nono uero Iuno hospita: & Genius: in decimo Neptunus: Neurita: & Lis. In. xi. Coesus: unde coesualia Romae celebrata: & Coesi ara nobilis: in. xii. Fortuna: Valetudo: Pauor: & Manes: in. xiii. Saccus deus: unde quidam sancire: & sagmina deduxerunt. In. xiv. Fata: seu Parca: hoc est. Decima: Nona & Morta: ut Caelius tradit: siue ut alii uolunt Clotho: Lachesis: & Atropos: quae Iouis maximi sententias excipiunt. In. xy. autem sede Saturnus: Iuno caelestis: Veiovis: ac dii publici: & in ultima Nocturnus & Ianitores terrestres: quod ipsum: cum ab aliis: tum a Mineo Capella seruatum est: in Mercurio atque Philologiae nuptiis: neque de Multiplici uariis Iouis nomine differendum est: cum uel trecentos quidem Ioues. M. Varro enumerauerit: ut auctor est Florus septimius. M. autem Cicero in. xvi. partes caeli ipsum scribit diuisum. quod ex etruscis commentariis sumptum est: quorum uidelicet disciplina diligenti cura examinabat: qua maxime caeli parte fulmina ipsa & tonitrua mitterentur: quod Anneus item Seneca & C. Plinius testantur: sicuti copiose in epistolicis exposui.

De litterarum notis in ueterum causis: tum de filitio in iudiciis: & Plautinus iocus expofitus.

Caput. VIII.

Oris fuit apud ueteres: ut in quaestionibus & causis per agendis iudices ipsi: quibusdam litteris rem denotarent: si qui. n. absoluebatur: aut condemnabantur notas ad id proprias apponbant: ueluti etiam in causa ampliatione: quod a Pediano Asconio diligenter obseruatum est: nam si quis forte a ludicibus damnatus erat: id ipsum. K. littera notabatur: si erat absolutus. A. apponebatur. signum uero ampliationis: cum res ipsa in tempore diffunderet. N. L. adiciebant: quod ex eo non liquere signabatur: eoque modo causa ampliationem nasci asserbant. quod autem interfit inter comperendinationem ampliationem egregie idem Pedianus explicat: qui legem quoque Glauciam ob id latam scribit de ipsa comperendinatione: ut sententia diceret: si esset absoluentis reus: uel amplius pronunciaretur: si uideretur dannandus: cum causa obscuritas foret: quod & M. Cicero locis pluribus insinuat. de silentio autem in causis pauci ex ueteribus meminerunt: et si apud comicos facilius id comperias: unde iocus ille maxime Plautinus a Blepharone prolatus de gemino Amphitrione.

Gellius

Hieronymus

Augustinus

Hieronymus

Capella

Capella

Varro

Tertullianus

Cicero

Seneca

Asconius

Compendiatus
Amplatio

Pedianus

Cicero

Plautus



Dextro eodem in loco: signo eodem: apparet probe
 Ut primum tonuit: cicatrix ruffula: sublurida:
 lacent rationes: si let iudicium: quid dicā nescio.
 Hinc etiam (ut dixi) silentia in iudiciis: cum nihil utiq; appareat: quod ex
 re: uel coniectura aliqua iudicari possit: de his uero litterarum notis: agi-
 tur etiam in Probi Valerii commentario: quem de notis: earumq; ratione
 composuit.

Probus

Quā Rom. homines initio imperii cōtēperit meliores disciplinas: & quā
 do ipsa poetices i urbē accessit: tū fuisse grassatores dictos a Romanis poe-
 tas: & Horatii uersus expositi. Caput. VIII.

Elata sunt in Romanis annalib; Sen. Conf. contra rhetores. tum edi-
 cta etiam cōtra philosophos: quibus cautum: ne in urbe eiusmodi ho-
 mines agerent: quoniam putabant surgente imperio eor; animos mollesceret
 & quasi corrumpi: qui ad otium magis & animi quietem diuerterent: q̄ qui
 armis & in bello assiduos ac strenuos se demōstraret. nā Rom. tū popu. eū
 uix; præcipue laudabat: cū bonū colonū & strenuū militē uocabat: sed eos
 quoq; homines improbatos primo a Romanis cōperio: qui carmē scriberēt:
 ac poetica facultati incumberent. quod obeam maxime causam putauit ob-
 seruandum: qđ in quorundam libris legitur: romanos quidem ipsos maxi-
 mum honorē semp habuisse professioni poetica: proq; sūma dignitate accē-
 pisse: si sua gesta a poetis describerent: quā rē & M. Cicero alicubi asserit: sed
 exēpla quadā: ac melior; autoritas tradit cōtra accidisse: siquidē āno urbis
 cōditæ circiter. xx. & C. D. i urbē est inuētū hoc ipsū poetices studiū: quo
 uidelicet tēpore: secūdu bellū cōtra pēnos a Romanis icōptū est: quod idē
M. Cicero: atq; alii cōplures referunt. ex quo Licini Portii carmen hoc est:
 quod a Gellio quoq; affertur.

CiceroCiceroGellio

Punico bello secundo musa pennato gradu
 Intulit se se: bellicosam in Romuli gentē feram.
 Quo loco Licinius poeticam ipsā inuasisse urbem significat: quod eiusmo-
 di tum poetæ audacius atq; improbius mores romanos notarent: cuiusmo-
 di Neuius fuit atq; Lucilius: quod ab Horatio Flacco peleganter asserit
 est his uersibus.

Horatius

Libertasq; recurrentes accepta per annos
 Lusit amabiliter: donec iam sæuus apertam
 In rabiem acti cœpit iocus: & per honestas
 Ire domos impune minax: doluere cruento
 Dente lacefisti.

Cicero

Sed & M. Cicero scribit: datū fuisse uitio. M. Nobiliori a Catone: qđ is. Q.
Ennium poetam (cū cōsul foret) in Etholiam prouinciam secum duxisset.
 nam & idem Cato (qui censorius dict; est) in libro quem de moribus fecit:
 multo

multo explicati; atq; aptius docet nullum fuisse honorē poetis: cui; uerba
 subiiciā: sicuti a Gellio etiā i atticis adducunt. Romani inq; nri equos cari; Gellio
 q̄ coquos emebāt: poeticae artis honos nō erat: si quis in ea re studebat: aut se
 se ad cōuiuia applicabat: grassator uocabat. ex qb; apte cōstat nō mō poetas
 ipsos primo in urbe pro ineptis reiectos: sed etiam grassatores uocatos: uide
 illud Horatianum

Horati

Græcia capta ferum uictorem cœpit: & artes
 Intulit agresti latio: sic horridus ille
 Defluxit numerus saturnius.

De sœuitia. L. Syllæ: & Vedii Pollionis: qui seruos in piscinas cōiiceret
 ad murenas: & de Octauii Augusti animo cōtra eam feritatem.

Caput. III. X

Criptū est in ueterū cōmentariis de sœuitia & crudelitate. L. Syllæ: ac
Vedii Pollionis: qđ is quidē. L. Syllæ tāta animi crudelitate æstuauit:
 tamq; auide humanū sanguinē (ut ait Seneca) bibit ut. vii. milia romanor;
 ciuium interimi atq; cōtrucidari iusserit. sicuti Appianus: aliq; permulti re-
 ferunt. sed illud de Pollione Vedio nimium q̄ multatæ ac prodigiosa feri-
 tatis iudicari potest. is enim Vedius cum piscinas magno studio ac diligētia
 haberet: solitus est seruos suos occidere: eosq; piscibus uorandos præbere: ut
 hominum cruore pastos comisset: quod hercle in Romana quidem ciuitate
 non scelestum modo: sed in primis nefarium haberi debet: Octauio prefer-
 tim imperante. de qua re Septimius Tertullian copiose scribit: in libro quē
 de pallio fecit: Anne uero Seneca cum Cæs. Neronem ad clementiā instrue-
 tet sic inelamat: o Vedium mille mortibus dignum: qui deuorādos seruos
 murenis obiiciat: quas erat esurus. qua in re illud etiam accidit dignum octa-
 uii Augusti prudentia & mansuetudine: nam cum is apud eundem forte Ve-
 dium cœnaret: ac puer qui ministrabat cristallinū fregisset: statim Vedius in-
 terimi illū: murenisq; obiici iusserat: sed cum ad Augusti pedes confugisset:
 auxilium & opem implorās absolutus est: quam rem libitum est Annei uer-
 bis repetere: ex libro quem de ira scripsit ad Novatū: cum diu; iquit Augu-
 stus: apud Vedium pollionem cœnaret: fregit unus e seruis cristallinum: ex
 quo rapit eum ad mortem Vedius iupsit: nec uulgarem quidem: nam mure-
 nis obiici iubebatur: quas ingens piscina continebat: quis non putaret hoc il-
 lum causa luxuriæ facere: sœuitia erat: sed euasit e manibus puer: & ad Cæs-
 ris pedes confugit: nihil aliud petiturus: q̄ ut aliter periret: ne esca piscium
 fieret: in quo adeo motus est nouitate crudelitatis Cæsaris: ut illum quidem
 dimitti: & cristallina potius omnia perfringi iuberet: piscinamq; compleri.
 Hinc etiam. C. Plini tradit: fuisse a Vedio Pollione in murenis sœuitiæ do-
 cumenta excogitata: qui eques romanus fuit: cum in earum uiuariis dānata
 mancipia immergeret.

SenecaSyllaAppianTertullianSenecaSenecaPlini

De lecanomantia ueterū quō & quibus sacris fieri consuevit: ac de uoce
& natura demonum: & alia itidem ex loāne Zeze repetita.

Caput. XI.

Plinius

Pfellus

*λεκαμαν
peluis*

Hermolaus

Zeze

i Nter genera & potestates diuinationum: quas ueteres coluerunt: pars
etiam illa reponitur: quæ fieri per peluim solebat: aut per solium (ut
quidam dixerunt) græci eam frequenti uocabulo lecanomantiā apellāt: de
qua & C. Plinius alicubi differit: sed paulo tamen pressius: ut eā rep̄bende
re potius: q̄ explicare uoluerit. in græcis uero cōmentariis p̄ multa cōperies:
in quibus hanc ipsam lecanomantiam illi præcipue exponūt: qui academiæ
dogmata sectati sunt: quoniam de geniis fere demonibusq; & diuinandi ra
tione: supra ceteros philosophos diligenter & accurate disputant. cuiusmo
di sūt illa: quæ a Michaele pfello: de natura & uiribus demonū: ex Marci di
sciplinis referūtur. fit etiā iquit uaticinatio p̄ peluim: quæ lecanomantiā dici
tur: quæ & rustici sæpe utūtur: quæ admodū p̄ aerē quoq; & p̄ frōdes rerum
p̄dictiones fieri solent: sic ipsa quidē diuinatio p̄ peluim cēsetur: maximeq;
apud assyrios populos in precio est: siquidē magna ex parte cum demonib;
cōuenit: qui a tali materia haud prorsus abhorret: uaticinantes igitur peluī
aqua plenam accipiūt: quam cū demones irreperint: leniter primo illapsi
resident: sic ut subsilire quidam spiritus uideatur. nam & si aqua ipsa in pe
luim fusa: secundum eius substantiam a ceteris aquis minime differat: ad
bibitis tamē quibusdam carminib;
ex eorum potestate maxime præcellit:
ut aptior multo sit ad illum fatidicū spiritum excipiendū. id autem est de
monum proprium: ut cum attracti: aut illecti in peluim sunt: ex eo quidē
lapsu perexiguus sonus: ac significationis expers audiatur: deinde ī ipsa un
da oberrās: & quasi lusitans exilem sibilum infusurrat: quo futura præno
sci possint. is enim spirit⁹ uocem prætenuem emittit: quo ipsi demones mi
nus intelligantur: & obscuritate rei facilius hominum uotis imponāt. & re
uera perexilis uocula demonum & exigua est. quod olim noster quoq; ue
netus Hermolaus dicebat: uocem se demonis prætenuem: & pene subsibi
lantem audisse: qua ille de Aristotelis forte entelechia interrogat⁹ sibi ipsi:
& Georgio placentino responsitauit. loānes autem Zeze: uir doctrina mul
tiplici totiusq; antiquitatis curiosus: de ipsa uaticinandi parte in Homerica
iliadis commentario scribit: ea referens quæ ad istiusmodi uaticinationes cō
ueniāt. nam & ueterem & nouam lecanomantiam tradit: & in quibus po
tissimum differant: uetus enim qualis illa Vlyxis. noua autem: quæ ex aqua
ἐμ λεκάη & in qua aurum: argētum: electrum: æra: & lapides: aliaque id ge
nus ueniebāt: nullæ uero adesse mulieres: aut aliqui cum mulierib;
coinquinati poterant: sed & uestes: & cætera ad id instrumenta ab eodē Zeze referū
tur: sicuti alibi dictum est.

Zeze in iliada enarratio

Quibus elementis: atq; initiis animantia dicantur constare: ac de quin
ta essentia: ad uniuersum orbem disponendum: atq; absoluendū. ibi
demq; Mercurii uerba relata: & Vergilii carmen expositum.

Caput. XII.

q Vi de elementis animalium atq; principiis diligenter scripserunt: om
nia quidem animantia tradūt: ex quattuor elementis cōstare: hominē
uero ex hisdem: ac diuino etiam spiritu: quem alii quintam essentiam: seu p̄
fectionem uel armoniam dixerunt: quæ per uniuersum decurrere: atq; trans
meare facillime posset. dicunt igitur ab ipsa terra carnem haberi: ab aqua
humorem: ab aere anhelitum: ab igne feruorem: a diuino spiritu ingeni
um: seu mauius rationem: quod ipsum & philologi aliquot asserunt. Ro
mani autem Theologi: ut Val. Soranus: Var. Terentius & Figulus: sub no
minibus deorum hoc totum intellexerunt: quos geniales uel patrios uo
carunt. quoniam sunt hæc omnium quidem reḡ semina: atq; principia: quæ
græci ταυ σοιχη ἀ apellāt: tam & si Lunam quoq; & Solem (ut est author Fes
tus) cum reliquis signis inter geniales deos conscripserunt: poeta autē Ver
gilius: ut in omni philosophia egregie doctus: ad hūc modum id exequitur
sub Anchisis persona.

Festus

Virg

Principio cælum: ac terras: camposq; liquentes:
Lucentemq; globum lunæ: titaniaq; astra
Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus
Mens agitat molem: & magno se corpore miscet.
Inde hominum: pecudumq; genus: uitæq; uolantum:
Et quæ marmoreo fert monstra sub equore pontus:
Igneus est ollis uigor: & cælestis origo

Seminibus: quantum non noxia corpora tardant.

Quam rem noster Vergilius ex adytis uidetur academiæ (ut alia per multa)
transfuisse: siquidem a Platone philosopho assertum est: deum ipsum:
cum molem hanc totius orbis cōstruere atq; disponere decreuisset: animam
quandam: seu spiritum uel rationem excogitasse: cuius sapientia uniuersus
fere orbis aptissime componi: atq; adornari posset: & ad rerum ordinem: &
ad singularem decorem. in qua sententia & Mercurius ægyptius fuit: q̄ diu
ante Platonis atatem floruit: cuius uerba hoc loco subiciemus: quo cum u
latius hoc totum præcipiatur. animantium inquit corp⁹ ex quattuor elemētis
cōstitutum est a deo: habet. n. aliqd in se ignis: aliqd aeris: aliquid aquæ: ali
quid terræ: neq; tamen ignis est: neq; aer: neq; aqua: neq; terra: quæ facile pro
bari possunt: nam terræ ratio in carne est: humoris in sanguine: aeris in spi
ritu: ignis in calore uitali: sed neque sanguis a corpore secerni potest: si
cut humor a terra: neque calor uitalis a spiritu: sicut ignis ab aere

Plato

Hermes



adeo rerum omnium duo sola reperiuntur elementa: quorum omnis ratio in nostri corporis fictione conclusa est. itaque ex rebus diuersis ac repugnatis homo factus est: sicuti & mundus ipse ex luce ac tenebris: ex uita & morte: quae duo inter se & in homine pugnant: ut si anima superior euaserit: quae ex deo trahit originem: sit immortalis: & in clara perpetuaque luce uersetur: si corpore euicerit animam: suoque imperio subiecerit: in tenebris seipiternis: atque in obitu delitescat. id ipsum & Brachmanae asserunt: ut copiose probat eorum decretis: sed haec de altioribus disciplinis theoremata: maiorem sibi curam atque otium requirunt: quae secreto operi explicanda referuamus.

Relatum de Carmanis populis: quae mirifica sit eorum consuetudo in suspendendis occisorum capitibus: & eorum linguis esitandis.

Caput. XIII.

Augustin?
Celsus
Strabo
i Nter alia quae de Carmanis populis memorantur: illud etiam uisum mihi est admodum mirificum: neque indignum: quod a nobis repetatur: qui ex eorum numero sumus (ut inquit eleganter Augustinus) qui scribendo proficimus: & proficiendo scribimus. Relatum est igitur: neminem apud Carmaniae populos uxorem posse ducere: nisi caput occisi hostis ad ipsum regem detulerit: rex autem craneum: seu caluarias (ut Celsus appellat) occisorum in regia statuit: linguam uero e faucibus auulsam minutatim cocidit: panemque permixtam illi degustandam porrigit: qui ad regem caput amputatum pertulit. tum suis familiaribus atque aulicis ceu sapidissimum cibum edendam praebet. Quin apud eosdem ille rex haberi solet celebratior atque praclarior: ad quem plura occisorum capita deuebantur: quod cum alium Strabo in geographia testat: uir in omni antiquitate peruestiganda solertia singularis.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER SEPTIMVS.

De ingenio & eruditione Gregorii Nazianzeni & Basilii: & quo affectu ac studio simul ab humanis litteris ad sacras & diuinas coefferint.

9 Vantum naturae similitudo: & studiorum ratio in conciliandis hominum animis atque coniungendis possit: satis testant philosophorum libri: in quibus exempla etiam non pauca referuntur: tum graecorum hominum: tum latinorum. Sed cum forte eorum mores atque uita considerantur: qui in academia christiana maxime praestiterint: dignum memoria

putauit: quod a Ruffino aquilegiensi (quae Didimum alexandrinum habuit praecceptorem) scribitur: de Basilio: & Gregorio Nazianzeno: eorumque singularem inter se affectu & diligentia. sed enim Gregorius idem (qui ex Nazianzo opinus fuit) cum praecleara eloquentia foret: atque Basilius egregio affectu coleret. tantum confusus est eius animo atque amicitia (nam simul rhetoricam docebant) ut sedentem illum ac rhetorica praeccepta exhibentem: de officio (ut inquit Ruffinus) differendi deponeret: atque iniecta manu ad academiam Christi perduceret: in qua altioribus disciplinis: ac diuinis mysteriis studio indefesso: & sollertia singulari: per annos. xiii. incubuerunt: quo ueritatis archana generi humano uberius atque cumulatius explicarent. sic enim de utroque idem Ruffinus ad Chromatium scribit. Gregorius & Basilius episcopi: ambo nobiles: abo at henis eruditi: ambo collegae: ambo de auditorio egressi ad rhetoricam profitendam imperante Theodosio Augusto rogabantur: nam & Hieronymus hunc ipsum Gregorium: non modo ut optimum praecceptorem in optimis disciplinis agnoscat: sed eloquentissimum uirum merito appellat: secutus autem in ipso dicendi stilo Polemonem laodiceum tradit: ac inter alia permulta contra Iulianum impat. libere pro re christiana egregie scripsisse: quae ille contra Christum impudentissime libros aliquot in expeditione illa parthica effuderit: quod ab eodem Hieronymo locis pluribus relatatum est.

De Hieroglyphicis aegyptiorum litteris: ac de uulture & ape eorumque Symbolo: tum de cruce etiam ipsa nobilis consideratio.

Caput. II.

d E litteris aegyptiorum: quae hieroglyphicis appellantur: cum apud ueteres auctores mentio est: tum in obeliscis: etiam nunc considerari hoc potest. in quibus figurae illae: & effigies animatum diuersorum: herbarumque: fluuio: & arborum sculptae eius generis philosophiam designant: sicuti Strabo & C. Plinius grauissimi auctores testantur. nam in obeliscis regum Sefotidis atque Senosornei: quae ex aegypto in urbem deuecti sunt. per eiusmodi symbola & hieroglyphicas notas: regum naturam interpretatio adnotata est. ita. n. aegyptiorum philosophia creditur primo illustrata: quae ab eodem Plinio & aliis tradit: inter alias uero effigies: scarabeos: apes: fluuios boues: uultures: aliaque id genus notare consueuerunt: porro ex ipsa effigie apis: symbolum regis signabatur: quae is in obeundis uitae officiis: non minus iustitiae aculeum quam dulcem mellis clementiam habere debeat: in uulture autem naturam genium ac maiestatem indicabat: quod inter has uolucres foemina dumtaxat inueniatur: de quo & Marcellinus Amnianus in Romae historia scribit: & Plutarchus item Cheroneus. Quin illud etiam multo magis considerandum est de signo ipsius crucis. uolebant enim aegyptii facerotes ac philosophi: per eius effigiem spem uenturae salutis intelligi: quod & Ruffinus auctor diligens in sacra historia refert: inter sacerdotales litteras dicens relatum crucem: quae uitam uenturam a legorice designabat:



sed hanc partem περι τῶν ἱερογλυφικῶν τῆς αἰγυπτίου. copiose explicauimus in epistolicis: ea fere omnia referētes: quæ archana ista ægyptiorum sacra denotent.

Factum memorabile Octauii. Rom. oratoris cum rege Antiocho: & de sagminib⁹ legatorū: quæ in clarigatione gestabāt: ex iurecōsultis & aliis.

Caput. III.

n Otatum est in romanis exemplis de C. Octauio: & eius ingēti animo: quæ in legatione ad regē Antiochum egregie probauit: ut hominē de cuit Rom. & in omnibus uitæ officiis maxime præstantē. nā cū forte rex Antiochus dilatur se responsū diceret: neq; tū aliquid romano oratori respondendū putaret, Octauius inibi uirga (quā manu tenebat) locū circumscripsit: et prius inquit o rex: q̄ hoc ipso circulo egrediare: responsū dabis: Quæ

C. Octauii
Plinius
in re miratus hunc animum rex Antiochus in Rom. ciue: pro tēpore dedit responsū. sed in ea mox legatione idē. C. Octauius interfectus fuit: quo factum est: ut Sen. p. q. r. statuā illi (ut inquit Plinius) in rostris: loco quidem oculatissimo: poni iusserit. neq; illud ignorādum est: qd̄ ipsi legati uirgam gestare apud ueteres consueuerunt: sicuti etiam sagmina & uerbenas: sicubi clarigatum accederent: id est ad ea clara uoce repetenda: quæ ad ius Rom. populi pertinerēt. unde Marcianus etiam iureconsultus (qui a Didio Iuliano iustus est occidi) sanctum refert a sagminibus dictum. sicuti in pandectis habetur: sanctū est inquit quod ab iniuria hominū defensum atq; munitū est: Sanctū autē dictū a sagminibus: sunt. n. sagmina inq; herbae quædā: quas legati popu. Rom. ferre solent: ne quis eos uiolaret: sicuti & Græcorū legatis accidit. Quin & Sex Pompeius de uerbis: significationibus libro. xix. pro uerbenis inquit sagmina accipi: qd̄ ex loco sancto a consule Pratore ue legatis proficiscentib⁹ ad fœdus bellumq; indicendum traderentur: unde illud Neuianum.

Juriscōsul
Ius sacratum Iouis iurandum sagmine. mittimus autem quæ Liuius & ceteri de hoc scripserint: ne studio magis ambitionis: q̄ ueritatis indultum uideri possit.

Pompei
Qui de ingenio demonū scripserint: ac de Gnosticis & Euchæis: quibusq; sacris demonē se concipere putarent digna memoria obseruatio.

Liui
Caput. IIII.

i Nter philosophos ueteres: qui & ingenio clari: & doctrina præstiterūt. maxime quidē Academici numerant: hi autē de geniis multa ac demonib⁹ scribētes: diligēter obsuarūt quo habitu sit: quaq; potestate polleāt. nā habet illos uires maximas: & in quaq; re mira qdam efficere p̄ comperto affirmāt. qd̄ & Christiani philosophi pari cōsensu asserunt: ut Psellus: Origenes Adamātius & Augustinus: i eo p̄sertim libro: quæ de potestate demonū cōpositū. sed quo pacto: quibusq; sacris Euchæis & Gnostici demonē se olī cōcipere dicerēt: dignū p̄fecto memoria ē: cū iter alia quoq; portēta ac p̄digia magicæ

Psellus
Origenes
Adamātius
Augustinus

uanitatis id ipsum merito referri possit: nam diuinationis genus: quæ Necimantia dicitur: in hunc modum fieri solitum ab ipsis quidem Gnosticis inuenio: qui alio uerbo ἰσχυραῖτα uocantur. x. calendas aprilis: quo die Iesus Christus a Iudæo populo cruci affixus est: conuenire hi solent cū puellis sibi notis: qui Gnostici dicuntur: tum peractis quibusdā sacris: atq; luminib⁹ extinctis simul coitum ineunt: uel cū forore: uel cum filia: nec ullā profus rationem habent affinitatis: dein autē nono mēse in eūdē locū redeūt: puellasq; aduocāt: & natos infantes ab illis accipiūt: eorūq; corpus circuncidūt: tum effluente undiq; cruore phialas implent: & puerorū simul corpora cremantes: cineremq; accipientes cruori commiscent: atq; eo cōdimento epulas & pocula: clam ubicunq; incidant condiunt: tum his quidē sacris & alimentis diuinos quasi characteres in illis imprimi atq; infundi existimant: ac ipsa etiam demonia liberius concipi & fœlicius retineri. sed idē p̄terea Gnostici dogma proprium ab insano quodam (ut inquit Psellus) acceperunt: quorū opinio sit: ut unus oīo pater credatur: cui filios duos ascribunt: antiquiorem primum: alterum uero iuniorem: principia autem tria: nam patri super cœlestia tantū: iuniori autem filio cœlestia: seniori subcœlestia gubernari referunt: quod ipsum dogma: nihil fere (ut inquit Psellus) a poeticis fabulis autilibusq; ineptiis abhorret: quæ res non ab Augustino ac Eusebio tantum ridetur: sed a cæteris quoq; sacris authorib⁹: qui pro ueritate ipsa & religione summis quidem laboribus atq; diligentia excubantes euigilarunt.

De Maximiani imperatoris scuitia in christianos: & qd̄ affectus morbo animum commutarit: tum eiusdem edictum positū pro religione ipsa christianorum.

Caput. V.

i Nter alios pluris: qui Christianam religionem crudeliter persecuti sunt: Galerius Maximianus numeratur: qui uariis tormentorum ac pœnarum generibus: christianos ipsos pessime affecit: quod ab Augustino Eusebio aliisq; copiose exponitur: sed is tamen Maximianus cum intabesceret morbum atq; pestilentem incidisset: ac illi a medicis relatum foret: non aliter posse illum morbum curari: nisi a Christianorum sanguine & cadib⁹ abstineret: quibus auditis imper. Maximian⁹ edicto cauit: ut quicunq; esset christiani suum numen ac deos extra omnem iniuriam colerent: ac rite i religione perstarēt. Sed libitum mihi est: hoc ipsum edictū Maximiani Imp. & Constantini Augusti referre: in quo aperte cōstabit: quātū Christianæ religioni Maximianus cōcesserit: homo alioqui scruissim⁹ & Impator orbis terrarum: & qui ānos plures Christianos ipsos crudelissime fuisset insectatus: nam idem Maximianus natura quidem atrox atq; sanguinarius fuit: quo etiam (ut a quibusdam traditur) nullum prope animal in tota uita crudelius habitum est: edictum hoc est: quod per omnis fere urbes pro decreto

c. iiii

X. calē. aprilis
Xps crucifix⁹

Psellus

Psellus

Augustinus

Eusebius

Augustinus

Eusebius



Imperatoris dicitur publicatū: imper. Cæs. Maximianus inuictissim⁹: Augustus. pōt. Max. Germanicus: Aegyptiacus: Thebaicus: Sarmathic⁹. y. Perficus. ii. Carpicus. yi. Armenicus: Medorum & Adiabenorū uictor: Trib. Pōt. xx. Imper. xix. cos. viii. pat. pat. proc. & Imper. Cæs. Flavius Val. Constantinus: Pius sc̄elix: inuictus Augustus pont. Max. Trib. pont. Imper. y. cos. iiii. pat. pat. proc. Inter cetera: quæ ad usum rei pu. decernimus. Primo quidem uolueramus secundum antiquas leges: & publicam romanæ obseruantia disciplinam omnia moderari: inter quæ etiam hoc addere: ut christiani: qui paternam religionem reliquerant: ad eam rursus reuerterentur: sed quoniam suo quodā iudicio tanta eos obstinatio huiuscæ rei habuit: ut nullo modo ad cultum antiquæ religionis redire uellent: quæ a maioribus nostris fuerat instituta: sed eo magis pro uoluntate sua unusquisque legem sibi ipsi cūstituit: & in locis diuersis plebs diuersa concurrat: cumque his propositum a nobis edictum fuisset: ut ad patrias leges redirent: & ueterum auctoritate cōstitutas: plerique illorum magis se periculis subiicere: cædesque innumeras perferre: quæ præceptis talibus obedire maluerūt: quoniamque in eadem adhuc sententia permulti obstinatius agūt: ut nec diis romanis honorem ullū redderent: neque suæ religioni satisfacerent: pro nostra clementia atque mansuetudine: quam omnibus exhibemus: etiam nunc erga Christianos putauimus probandam: ut rursus Christiani sint: & cætus habeant: & conuenticula: in quibus orare consueuerunt: construere atque ædificare possint. ita tamen ut nihil contra publicam disciplinam faciant: aliis uero locis atque epistolis satis iudicauimus: quod eos oporteat obseruare: unde hac nostra indulgentia illis concessa: suum deum exorare debēt pro salute nostra: & pro rei pu. statu: ut ea integra atque incolumi: ipsi etiā securi agere in propriis laboribus possint. Hoc autem edictum ex Romano sermone Pamphilus Eusebi⁹ in græcam linguam conuertit: cui ab imperatore constantino concessum est: ut annales ac gesta Cæsaris euoluere: ac pro arbitrio legere posset. unde sacram historiam pari studio atque doctrina conscripsit: quam deinceps Turratius Ruffinus uir magna doctrina & lectione multiplici in latinum sermonem transtulit.

*Eusebi⁹**Ruffinus**Turranti⁹*

De municipibus Roman. p. & quid apud Horatiū sit digni caritæ cæra: expositum eius carmen: tum quibus causis atque rationibus municipes Romani essent copiose explicatum.

Caput. VI.

i Niure ciuili romano per multæ quidem rationes afferuntur: quibus s. p. q. r. quosdam populos atque municipes non tantum iure quirītū donauerit: sed multis etiam oneribus atque damnis exemerit: cuiusmodi nominantur Attellani: Carites: Prænestini & eiusmodi alii: primi autem omnium facti sunt populi romani municipes Carites: & hi quidem (ut est author diligēs Gelli⁹) sine ullo iuris suffragio: quoniam bello gallico sacra romana receperunt: eaque diligentia singulari custodissent: unde etiam tabulæ carites ap

Gellius

pellatæ sunt: in quibus censorum potestas: eorum nomen referebat qui nota aliqua uel ignominia forent insignes: ex quo crudite Flacc⁹ in epistola ad Numicum dignos caritæ cæra appellat Romanos: quoniam luxu atque uoluptatibus turpissimis tenerentur: quem tamen locum Horatiani interpretes ineptissime (ut alia permulta) exposuerūt. Hirpiorum uero familia: qui in phaliscorum agro essent: ob mirificam quidē causam ab omni militia & munerum cura uacationem habuerunt. quod hæc quidem nudatis pedibus impuere super ignem sacris quibusdam incederēt. quod ut facilius probari possit: C. Plinius uerba subscribemus. Haud procul urbe Roma iquit. i Phalisco agro familiae sunt paucae quæ uocantur hirpiae: quæ sacrificio annuo: quod fit ad montem Soractē Apollini: super ambufsam ligni struem ambulantes non aduruntur: & ob id perpetuo senatus consulto militiae: omniumque aliorum munerum uacationem habēt. Prænestini autem populi: cum in ius coloniae relati essent: ob eam causam a Tiberio Imperatore municipes facti sunt quod i prænestinis finibus iuxta oppidū: ex capitali ac fontico morbo Cæs. Tiberi⁹ cōualuisset: eoque nomine municipii gratia illos donauit. quod Hadrianus Imper. in oratione de italicensibus rettulit: in hoc tamē municipes a Romanis ciuibus differebat: quod neque magistratus capere: neque ius suffragandi habere poterant: sed munerum tantum ciuiliū atque militarium erant participes: sicuti a Verrio Flacco & Festo scriptum est: nam & Gellius inquit municipes ipsos honorarii quidem muneris cum pop. Romano fuisse participes. Fest⁹ uero Pompeius crudite ac prudenter refert: triplici modo municipia intelligi. sicuti cum pars aliqua ciuitatis in urbem iure municipali cōmigraret: quales Fūdani: Formiani: Cumanii: Acerani: Lanuuii: Thufchulani: quos paucos post annos iure quirītū donati sunt: secundo modo cum uniuersa ciuitas in urbem conflueret: ut Aricini: Carites: Anagnini: tertio eorum dicitur: qui ea lege ad urbem accederēt: ut suæ cuiusque ciuitatis municipia & coloniae foret: ueluti Tiburtes: Prænestini: Pisani: Urbinates: Nolani: Bobutineses: Placentini: Nepesini: Sutrini: & Lucenses: de qua re nō modo iure consulti diligēter scribunt: sed A. Gellius: & ex Verrio Flacco Pompeius.

*Horati⁹**Plin⁹**Municipes**Gelli⁹**Festus**Gellius**Pompei⁹*

Quo animo Cæsar anticatores libros scripserit: & quantum Catoni inuitus concesserit: cum eius ebrietatem reprehenderet: aliaque non cōtempnenda de Ciceronis inconstantia ascripta.

Caput. VII.

d Ignem memoria est: quod a Iulio Cæsare scriptum fuit de M. Cato, ne uiro prætorio: qui ex obitu dictus est uticensis: nam cum M. Cicerone eius uitam egregiosque mores pluribus laudibus extulisset: parū æquo animo tulit Cæsar: eum ipsum Catonem tantopere a Tullio imprimis cōmendatum: ex quo duos libros contra eum scripsit: qui ex re anticatores dicerentur: in quibus omnia prope M. Catonis uitia (si qua erant) collegit: sed inter



alia ebrietatem illi ueluti maximum probrum obiecit: quod a Casare tamē ita relatū est: ut laudasse magis hoc in tanto uiro q̄ reprehendisse uisus fuerit. nam cum ipse Cato plurimo uino incaluisset: & antelucanis officiis esset occupatus: forte quosdam habuit obuios: qui (ut inquit Casar) cum eius uiri caput retexissent: admodum erubuit: sed ita factum adiecit: ut non Catonem putares ab illis: sed eos a Catone deprehensos: qua in re (ut apparet) Catonem etiam ebrium adeo reueritus est: ut uel in ipsa ebrietate uideatur illam uerā uirtutis imaginem retinuisse. quod & Plinius Nepon testatus est: qui haud pl⁹ iquit honoris a Casare: uel auctoritatis tribui Catoni potuit: q̄ si ebrius quoq; tam uenerabilis erat: q̄ autem mox idem Cicero anticones Casaris laudari: plurimumq; extulerit: hoc totum uel ex eius inconstātia: uel adulationis uitio accidit: ut qui fortunā obsequi ac tempori inuitus mallet q̄ cōstanter succumbere: ex quo ea inquit laudatio tota καλακία fuit. sicuti ad Pomponium Atticum scribit. & diu sane inimicitia inter Casarē & Catonem uiguerūt: quod & Plutarchus alicubi: & Atteius Capito indicauit: nam in libro: quem scripsit de officio senatoris: aperte explicat quo tēpore Cas. consulatum obiit: nihil eum dubitasse uiatorem uocare: ut Cato ipse adhuc loquens in carcerem duceretur: in quo tamen non modo excusatum Catonem constat: sed etiam senatu approbante absolutum.

De impositione nominum apud Comicos poetas. & quid inter se differant Cylones: & Chilonēs: ac ibidem Cic. uerbum explicatum contra quorundam sententiam.

Caput. VIII.

q̄ Vide origine nominum atq; uiribus scripserunt: per multa quidē afferunt de his nominibus: quā ex forma ipsa & habitu corporis deducta sunt: quod in scenicis maxime fabulis apparet. nam poete comici habitum figuramq; hominum diligenter considerantes: ex re plerumq; personas denomināt: cuiusmodi sunt qui grāca uoce appellantur. Cephali: Chilonēs: Phalacri: Blepharones: & alia generis eiusdem. sicuti a nostris etiam Tuditani: Frontones: Lōguri: Capitone: Cossi: Labeones: Venulei: de quib⁹ diligenter alibi scripsimus. qui autem dicantur Chilonēs uel Cylones: & quo pacto inter se differant: libitum mihi est paucis hoc etiam loco adnotare: sicuti & Sex. Pōpeius ex Verrianis commentariis refert: Chilonēs. n. inquit eiusmodi homines appellari: qui maioribus labris sunt: hoc est qui Labeones aut Labieni a nostris dici possunt. T. autem Lucretius Labrosos nominat: unde illud.

Simula: Silena: Satyrast labrosa philema.

Cylones uero sine ulla quidem aspiratione idem Pompei⁹ eos appellat: qui fronte prominentiori sunt: & quasi extante: nam Cillones duplici. II. aliud omnino significat: & si ridicule quidam in hoc aberrant: cum enim Crispū Sallustium Cicero in gregem cillonum: sacrilegorum: atq; impudicorū cō-

Plinius

Plutarch

Pompei

Lucreti

Pompei

Chilonēs
Cylones
Cillones

numeret nihil aliud intellexit: q̄ cinadum hominem: ac turpiter ceuetem: quoniam cillere apud ueteres motitare: atq; agitare est: quod & Seruius atq; Higinus testantur: unde cillones dicti: qui pudore uēdito ceuentes se effœminant. nam & Leneus Pompei libertus cum satyras contra eundem Sallustium scriberet: non modo illum popinionem ac lurconem satyrice appellauit: sed etiam λάρυρον: quasi meretriculam & scortum: ut in Sudæ collectaneis exponitur: quod a me uel ob id obseruādum fuit: ne tam impudenter quidam deprauare: atq; peruertere bonos codices audeant.

Serui

Higin

Sudæ

De spacio humanae uitae: & adnotanda obseruatio de pondere humani cordis: quo modo crescat & decrescat: ex anatomica aegyptiorū obseruatione.

Caput. IX.

d E uita hominis: & qua sine annorumq; spacio censei debeat: per multum quidem apud ueteres tradiderunt: nec illi tantum: qui naturā uires ac decreta obseruarunt: sed etiam: qui res pub. commentariis atq; præceptis instruxerunt: qua in re cum inter se differant auctores: pleriq; tamen centū annorum spacium uitae hominum concedunt: idq; ipsum uulgato magis: q̄ intellecto nomine saeculum appellarunt: quod ap̄ nos cum alii permulsum ipse Censorinus ad. Q. Cerellium copiose explicat: sed a Terentio Varrone traditum est: ex Dioscoridis auctoritate: qui siderum scientiā caluit: aegyptios quidem ipsos (quib⁹ Teruandi medicata cadauera cura fuit) subtili admodū & arguta ratione deprehēdisse: quo maxime uitae spacio atas hominis extimari debeat: sumpta ex pōdere humani cordis cōiectura. Itaq; affirmarunt idem aegyptii centum omnino annis hominum uitam definiri: qd̄ eorum cor: qui sine ulla corporis tate perierint: hoc ipsum declarat: quoniam cum atate (si expendatur) aucta atq; damna referat. anniculi. n. pondere duarum drachmarū: bini quattuor: & sic in singulis annis usq; ad quinquagesimum binas accedere: ut cētum darchmis existat quinquagenarii hominis cor. ex eo dein numero: uno quoq; anno binas detrahi ac minui: quo perspicuum est: ab anno cētesimo ad primam sui pōderis redire: neq; lōgius posse proferri. quod ego tamen acutius quidem existimo q̄ uerius: quamq; in his libris: qui τὰ ἀνατομικά prosecuti sūt: mira profus atq; incredēda explicentur. quod alicubi & Claudius Galenus affirmat: sed & C. Plinius id ipsum de hominis corde ad Vespasianum Augustum recensuit: & si breuiter quidē: cum dixerit creditū fere ab aegyptiis: ex defectu humani cordis nō ultra cētimum annum posse homines uiuere.

Censorin

Varro

Dioscorides

Galenus

Plinius

Quo modo a mathematicis uitae hominū finis asseratur: ac de atate Mosis: ex Trebellio Pollione: ac de Xenophilo musico non nihil.

Caput. X.



q. Vod in capite superiore diximus de humanæ uitæ spacio: ac hominū legitimo obitu: monuit me ueterū authoritatis: qui ab ista ægyptiorum sententia: prolatis quidem exemplis: longe dissentiant. sed ea tantūmodo referemus: quæ Tremellius Pollio ad Cōstantium imper. scribit in hunc modum. doctissimi inquit mathematicorum centum uiginti annos homini adiuuendum datos iudicant: neq; amplius cuiq; concessum dicunt. illud etiam adiciētes: Mosē ipsum (ut iudæorum libri testantur) dei familiarē. xxy. ac centum annos uixisse: qui cum interitum hunc ut immaturum forte quereretur: ferunt illi ab incerto numine responsū: neminem deinceps amplius esse uicturum. sed in sacris etiam historiis finem homini ueteres tribuunt. xx. annos supra cētēsimū. quod & Iosephus ipse: Firmianusq; & alii referunt. quamq; Romani quidem authores de anis ægyptiorum: eorū spacio aliter sētiant: in quo temere ab indoctis Varro incessit: ut suo loco a nobis expositum. inter alios uero compluris: qui annos aliquot supra centum uixerint: unus quidem Xenophilus musicæ disciplinæ perit⁹: in tota mortalium uita repertus est: qui centum & quinque annos sine ullo corporis incommodo uixerit: quod ipse. C. Plinius tradit uir unus apud Latinos: (quantum equidem iudicio possum cōsequi) in obseruādis inuestigandisq; naturæ arcanis diligens & accuratus.

Quantum pu. Vergilius & a. M. Tullio ludatus fuerit: & quo honore ab uniuerso Rom. populo habitus: cum carmen in theatro recitaret.

Caput. XI.

e. T in epistolis. M. Tullii ad. T. Pomponium: & in Seruianis commentariis abunde relatum est: quantum M. Cicero. P. Vergilii ingenio ac uersibus detulerit: cum se ipsū continere nequirit: quo minus audiente rō. pop. spem latinæ doctrinæ illum appellaret: nam cum forte Vergilii carmē ex Bucolico poemate Cic. audisset: miratus eruditionem & elegantia: iterum (ut scribit Seruius) recitari illud uoluit: adeoq; traditur in eo audiendo affectus atq; oblectatus: ut aperte de authore Vergilio dixerit: magnæ spes altera Romæ: quod emistichion poeta mox in suum æneam detorsit his uersibus.

Seruius

Vergili)

Hinc pater æneas Romanæ stirpis origo.
Sidereo flagrans clipeo: & cœlestibus armis.
Et iuxta Ascanius: magnæ spes altera romæ.

Matern)

Quin & illud notādum maxime est: quod a Materno refertur: de eodē Vergilio: ut a Cor. Tacito scriptum est: tantum enim laudis: tantum honoris nomini Vergiliano habitum Romæ est: a Sen. p. q. r. ut recitanti suum carmen in theatro: perinde uniuersus popul⁹ assurrexerit: atq; Octauio Augusto Imper. sic enim Tacit⁹ ex Materni persona: in libro ad Fabium Iustum: testis inquit Rom. popu. qui auditis in theatro Vergilii uersibus surrexit uniuersus: ac præsentē spectātemq; Vergilium ueneratus est: sic quasi Augu-

Tacit)

stum: ex quibus minime mirum est: si & epistolis & carmine Augustus etiā Octauius: totius orbis terrarū imperator: pub. Vergilio poetæ principi tantum concesserit.

De Historia. T. Liuii: qđ in libros ab authore diuisa fuerit: nō i decades: contra aliorum opinionē. tum quibus id authoribus comprobetur.

Caput. XII.

f. Also receptū est: ac doctoribus etiam persuasum: fuisse in decades diuisum a. T. Liuiio suum opus de romanorum gestis: quæ singulæ decem uoluminibus explicantur. quod ipsum de authore Liuiio neutiq; apđ ueteres comperias. nam & Priscianus uir diligens: aliq; grammatici: sicubi Liuium citant: librorum numerum ascribunt: neq; decades nomināt. itaq; & .xvi. librum & .xxxiii. & .cxvi. uidemus aduocari ab antiquis authoribus: cui sententiæ & Franc. Petrarca astipulatur: ut qui asserat in epistola ad Ioannem Boccaccium: ignauia legentium contigisse: uti Liuiana historia sit in decades distributa. in partes inquit: quas decades uocant: non ipse qui scripsit: sed fastidiosa legentiū desidia diuisit. Sed & L. Florus libros. cxi. eiusdem authoris recenset: sublato penitus nomine decadum: cum uniuersam historiam in epitomen: uel ut latine loquar in breuiarium contra. xit. id & Politianus olim ita libere nobis concedebat: ut nostram quoq; diligentiam magnopere cōmendaret in pquirendis atq; examinadis ueterum monumentis.

Priscian?

Petrarcha

2. flor?

De Bonifatio Pontifice Rom. eiusq; insolentia & ambitione. tum eiusdem scelestum facinus relatum contra Prochetum archiepiscopū: ac de improbitate & impudentia christianorum pontificum.

Caput. XIII.

n. Equi illud a nobis pratermittendum est: quo minus in his etiam commiserari legatur de Bonifatio Pontif. Rom. qui Cœlestino successit in pontificatu. is enim tanto ambitu atq; libidine Gebelliorum partes traditur fuisse infectatus: ut impudenter sit: per multa efficere iniquissimis artibus: atq; incredibili insolentia: nos in principes tantum Romanos: sed in ipsos etiam sacerdotes. seu illud contra Prochetum Genuensem Pontificem quem archiepiscopum uocat. nam quo die sacra cinerum celebratur: mos est apud Christianos: ut pontifex max. prodeuntes sacerdotes ad eius pedes excipiat: atq; eorum capiti cineres apponat: singulos subinde commoneans: & cineres esse illos: & in cinerem reuersuros. cum autem Prochetus sacerdos qui habebatur inter Gebellios constitisset ad pedes pontificis: inibi Pontifex Bonifatus uerbis permutatis: quo religione essentur: memortu inquit qđ Gebellius es: & cum Gebellius morieret: simul cineres sacros in eius frontem atq; oculos projecit: quo intellm̄ potest ab omnibus: quod sit eorum summum iniquitas atq; impudentia: qui sub nomine rel-



ligionis: nihil non licere sibi opinantur: nam cum ad instruendos mortaliū animos: pacemq; humano generi conciliandam creati atq; instituti sunt: nihil amplius existimant: aut magis conantur: q̄ pro libidine seditiones principū excitare: nefariasq; uoluptates flagitiosissime explere: quod & **Thomas Aquinas**: & **Aegidius** magnis cōmentariis disserunt.

*Thomas
Aegidius*

Scitū responsum Aristippi philosophi: cum rogaretur cur homines doctiores diuitum domos: atq; principum frequenter adeant: minime autem ad eos diuites.

Caput. XIII.

Prudenter ac scite responsum est a Cyrenaico Aristippo interroganti Dionysio: quid in causa foret ut philosophi: ac eruditi homines diuitum zedes accederent: eorumq; fores ac limina cōtererēt: diuites autē minime id agant. quoniam philosophi iquit probe intelligūt: quæ desint diuitibus: & quibus maxime egeant: diuites autem hoc nesciunt: quo circa per eleganter picus noster Mirandula dicebat: nullum se animal uidere in omni uita mortalium stultius atq; insolentius: q̄ diuitem hominem: qui bonarum disciplinarum sit imperitus: a studiisq; liberalib⁹ abhorreat: quoniam diuitiæ illæ impudicis uoluptatibus atq; desidæ paratæ sunt: neq; in usum hominum: aut aliquam uitæ utilitatem erogantur. itaq; minime mirum est: si Alexandrini reges: atq; ceteri principes tam summis studiis: tamq; accurata diligentia doctiorum hominum familiaritates atq; sermones conquieserunt: quam rem epistolæ grecorum principum: ac Romanorum abunde indicant: unde illud peruulgatum σοφοὶ τυράννοι τ' σοφῶν συνουσίαι.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER OCTAVVS.

De Simone Samarite (qui magus dicitur) & quomodo in urbe pro deo habitus sit: & quo cultu atq; honore fuerit: ex Tertulliani Apologetico: & aliis authoribus.

n On dixerim qua uoluptate ac studio sacris authoribus incumbamus: eorumq; lectionibus delectemur: sicuti celebres sunt q̄ græce scripserunt: Origenes: Adamanti⁹: Clemens: Eusebi⁹ Paphilus: Iustinus martyr: Basilius: Io. Chrysostomus: Gregorius Nazianzenus: Epiphani⁹: qui cognomēto *πρωτάγγελος* est nūcupatus: aliq; cōplures: ac ex nostris etiam Tertullianus: Hilarius: Ciprianus: Augustinus:

Hieronymus: Ruffinus: Ambrosius: Gaudentius: nam horum quidem cōmentarii perinde mihi atq; thesauri uideri solent: in quibus tam uaria: tam multiplex doctrinæ rerumq; omnium cognitio est: ut uniuersam prope antiquitatem: legesq; omnis & philosophiæ placita contineant: quod ego nuper sum expertus: in Eusebii ac Tertulliani cōmentariis legendis. qui ambo & in ethio & doctrina summa præstiterunt. sed quod in apologetico de historiæ Simonis Magi insinuat apponendum putauit: quo loco de ueterū diis agit: cum Laurentiam iquit publicum scortum colitis: uelim saltē Laide: aut Phrynem inter lunones: & Cereres: ac Dianas adoretis: cum Simonem etiam magum statua & inscriptione sancti dei inauguratis. Qd̄ autem statuam Tertullianus Simonis dei nominet: scribenda hic sunt: quæ Iustinus martyr ad Augustum Antonium scribit: nam & hoc Pamphilus eusebii recenset. post dominum inquit Iesum Simon quidam Samaræus ex uico: qui dicitur Gyttho: Claudio Cæs. Imperante: magicis artibus: & ope demonū suffultus: in urbe nostra (quæ omnium tenet imperium) q̄ plurimis deceptis: deus est decretus: & apud nos simulacri honore donatus. quod in ipso tyberis flumine inter duos pontes collocatum est: addito etiam hoc titulo: latinis litteris perscripto. SIMONI DEO SANCTO. nam & eundem omnes prope samaritæ: ac nō nulli ex cæteris populis: perinde ac sūmum deum & adorant & confitentur. mitto autem quæ Hieronymus de eodem scribit: ne plura consuetari curiosius uidear: cum fugisse illum ex urbe asserat: aliaq; fecisse prodigiorū insignia: Origenes uero Adamantius ab his uidetur dissentire: qui Simonem ipsum dicitur: eiusq; disciplinam minus celebrem fuisse: ita enim refert cōtra Celsi Philalethē. uoluit & Simon Samaræus magus sua arte & commentis nō paucos emedio tollere: multos enim suis (ut puto) præstigiis fallebat: nunc uero ex omnibus: qui ubiq; gentium agunt: ne ad. xxx. quidem comperias: qui illum scētentur: & hi prorsus circa palestina sunt. in reliquis uero orbis terrarum prouinciis: nec Simonis nomen auditum est: cum ipse laudis & gloriæ auidus hoc maxime perciperet. Qd̄ si qua eius nominis fama extitit: ea quidem ex apostolorum historia innotuit: hæc Adamantius. sed enim quæ in Egeippi historia de hoc ipso Simone describuntur: minus ad huc recepta sunt: sed conficta omnia: & a uero aliena prudentiores extimarūt: qd̄ aspiciente uidelicet imper. Nerone de uolauerit: non enim Lucas hoc antiochenus omisisset: præsertim cum referatur a nostris: eundem quidem precibus apostolorum decidisse: ac iusta Ariciam crus alterum infregisse.

De ægyptiorum antiquitate: eorumq; urbibus ex Pōponii cōmentario: ac de aliis etiam regionibus non nihil obseruatum.

Caput. II.

t Raditum est in ueterum cōmentariis ægyptios quidem populos hæc

Tertullianus

Eusebius

Hieronymus

Origenes

Egeippus



Strabo
Appio
Mella

beri omnium uetustissimos: tum rerum disciplinarumque complurium fuisse inuentores: ex quo terrarum parēs aegyptus appellata est: quod & Strabo philosophus: & Appio polihistor: aliique fatentur. Sed illud in primis memoria dignum ac mirificum putauit: quod a Mella Pomponio scriptum est: de hisdem aegyptiis: in hunc modum. aegyptii inquit homines uetustissimi sunt: trecentos enim & .xxx. reges ante Amasim: ac supra .xiii. milium annorum aetates certis annalibus referunt: mandatumque litteris seruant: dum aegyptii sunt: quater suos cursus uertisse sidera: ac solem bis iam occidisse: unde nunc oritur: quin & .xx. inquit milia urbium regnante Amasi habitauerunt: tum sua aetate clarissimas dicit: quae procul a mari sint: Sarn: Memphim: Syenē: Bubastem: Elephantim ac Thebas: quas uel ipse Homerus poetarum maximè centum habere portas testatur est. quod autem in aegypto. x. milia urbium Mella constituit: Id ego legentium iudicio extimandum relinquo: ne probare illa nunc uidear: quae portenta a plerisque ac prodigia nuncupentur. nam quae de urbibus scripserunt: per sepe inter se dissentiunt: quod alias demonstrauit: sed enim in bactrianis mille urbes fuerunt: in Italia septingentae: in Creta. xc. ut a plerisque authoribus traditur: sed hanc partem de urbibus secreto opere diis uolentibus explicabimus.

De triplici dicendi genere apud ueteres: & quo maxime stilo usi sunt Romani: Hispani & Punici auctores ex Mirandulae sententia.

Caput. III.

Uersatus sum nuper cum Pico Mirandula uiro & ingenio magno & doctrina multiplici: cum quo non dixerim quanta animi uoluptate de litteris & honestis disciplinis agamus: ueluti cum nuper de antiquis scriptoribus iudicium faceret: adeo ut nihil dici uerè aut prudētius posset. sunt inquit apud Latinos plura scribendi genera: sunt qui delectent: sunt qui doceant: qui afficiant: & qui moueant: sunt etiam: qui plura ex his & qui pauciora comsequantur. sed enim fuerunt inquit non pauci: in quibus Romana: & elegans elocutio: alii rursus ueluti municipales & agrestes: quasi sub alio caelo sermone didicerint. Romani omnes in suo genere pressi: elegantes: & proprii: ut Julius Caes. M. Cicero: Sallustius. Q. Curtius: Liuius: Iunius Columella: & Cor. Tacitus: Hispani autem florentes: acuti: & qui ad peregrinum inclinent. sicuti Fab. Quintilianus: Hilarius: & Anneus Seneca: Suetonium his & Plinius addebat: quod essent in scribendo similes: figurisque & graecis uocibus cupidus ac insolenter uteretur. quod est maxime hispanis ingenii proprium. Punici & Carthaginenses: duri: audaces: improbi: ut Florens Tertullianus: Apuleius: Ciprianus: & Capella: priores inquit Romanum ius seruauerunt: ac nulla prorsus uitia in sermone admiserunt: sequentes ad his declinarunt: tertii palam aberrantes: uirtuti uitium praetulerunt: de Gallicis inquit Picus ingenii non loquendum: ut de Cassiodoro: Apollinare: Fulgentio: qui mitior

logica

logica lusit: de Enodio item ac ceteris: quorum commentarii aspiciendi sunt: non probandi. Haec mecum Mirandula in Marciana bibliotheca Florētiae disseruit.

De falsitate oraculorum: quod ad principum nutum ferebatur exemplo Philippi Macedonis: ut Demosthenes & alii probarunt.

Caput. IIII.

f Actus est liber a Plutarcho philosopho de falsitate oraculorum: quod ea uidelicet non modo ficta ac falsa foret: sed interdum etiam ridicula: hominumque cometis temere comprobata. Demosthenes autem uir ingenio acri & callido prudenter dicebat: cum fraudes ac deceptiones oraculorum uideret: Pythiam quod suo tempore φιλιστινῶν: quod ea. s. imperio ac nutu Philippi regis a sacerdotibus delphicis promerentur: quae cum eiusdem animo ac libidine congruerent: in quo facile possum cognosse: antiquiores illos: praesertimque doctrinis & prudentia excultos: neutiquam istis deceptionibus fidem habuisse. nam & illud quoque respositum ex delphico (ut aiunt) de rege Pyrrho.

Aio te Aecida Romanos uincere posse.

Falsum omnino. M. Cicero affirmauit: adhibitis etiam rationibus cur ita demum referret: primo inquit numquam est Apollo latine locutus. deinde etiam fors haec graecis quidem inaudita est: sed & Pyrrhi tempore Apollo ipse uersus facere desierat: haec tamen Cicero. sed. n. potius id poeta Ennius pro tempore coexistit: quoniam sit poetis ipsis concessum: non modo fingere aliquid: sed metum etiam & falsa dicere: itaque merito ab eodem Cicerone dictum est: aperte quidem conuincit: cetera omnia delphica parum sincera fuisse: quod itidem a plerisque philosophorum copiose scimus assertum: ut diligenter Pamphilus Eusebius ad episcopum Theodorum demonstrat.

Annei Senecae locus in epistolis expositus de meta sudante in urbe Romana: ac de Pub. Victore: qui de regionibus urbis scripsit.

Caput. V.

i Ne epistolis Annaei Senecae ad Lucillum uerba haec sunt: effedas transcurres rētes pono: & fabrum inquilinum: & ferrarium uicinum: aut hunc qui ad metam sudantem tubas experitur & tibias: neque cantat sed exclamat: quo loco quid intelligamus metam sudantem: uiri olim doctiores quaesierunt: sed nihil tum inuentum est aut prolatum: quod hoc ipsum satis exponeret. sciedum autem locum ipsum in romana urbe fuisse: ita ex re appellatum: nam metarum quidem in urbe & metularum (ut grammatici probant) lapides erant: quasi conextantes: ita. n. graece possunt appellari: quoniam meta est: perinde ac turbo inuersus: cuiusmodi effigies adhuc in comitis spectantur: quae ad instar cylindri propemodum sunt: Erat autem locus hic: quem metam sudantem Seneca uocat: in regione urbis quarta: in qua Templum pacis: Saburra itidem: Sandalarium: & Horrea castanearia: sicuti a Pub. Victore traditum est: qui in .xiiij. ut bis regionibus: ea prope omnia refert: quae scitu digna & memoria uisere:

f

Plutarcho

Demosthe

Cicero

Eusebius

Seneca

P. Victor



Victor

& si magis hac ipsa Victor nominat q̄ explicat: sic ut breuiariū Rom. urbis & quasi locor̄ πειροχῆ uideatur. quod & Ber. noster Oricellarius putat: qui Pub. ipsum non modo assidua obseruatione exponit: sed urbis totius ambitum: situm: magnitudinē: ac partes pari diligentia & studio exequitur: col lectis fere his omnibus: quæ ad hoc absoluendum pertinerent.

De Milonis Crothoniēsis robore ex Pausania: ac de Maximino & Fir mo Rom. Imperatoribus: quo robore & qua forma fuerint.

Caput. VI.

Pausania

Omnia passim legunt̄ in antiquor̄ monūntis de Milone crothoniē se: & eius clarissimis gestis & robore: sed apud unū tñ Pausaniā ea refe runt̄ i beliacis: quæ mirificā sane penesq̄ prodigiosā uiri fortitudinē arguāt: quod ego subiciendū putauī. Is igitur Milo ex oppido Crothone fuit: & i athletica p̄stitit: ita malū punicū tenebat: ut nemo illi e manu extorq̄ret: aut digitū corrigeret: cū is tñ nullibi malū lederet. idē disco uncto insidens: a nullo distr̄hai poterat: un̄ & C. Plinius inq̄t: qđ is cū semel constitisset: ne

Plinius

mo eū euestigio educebat: sed & chordā fronti ueluti coronā alligās: retēto spiritu: uenis plenis firmabat. Itaq̄ Maximinū Cæs. Augu. (qui tr̄bax fuit) Milonē crothoniātē uulgo appellarūt: qđ is manib⁹ amaxas traheret: rhedā onustā propelleret: aliaq̄ supra fidē p̄ multa efficeret: de quibus & Iunius Cor dus: & Capitolin⁹ scripserūt. Firmus uero (quē Cæs. Aurelianus latronem ægyptiū uocabat) ut Vopisc⁹ tradit ad Bassū: statura fuit ingēti: oculis p̄mi catib⁹: capillo crispo: fronte uulnerata: uultu fusco: reliquū corp⁹ pilosus & hispidus: ita ut cyclops uulgo diceret̄: robore sic insignis atq̄ egregi⁹: ut triariū uiceret: nā & incudē pectori suppositā tudentibus aliis cōstater ptu lit: cū ipse resupinus & in manus curuatus p̄dere potius: q̄ iacere uideretur.

CordeusCapitolin⁹Vopiscus

De his q̄ fœcūdiore fuerint ad prolē procreandā: ac Proculi Augu. uer ba de ingenti eiusdem libidine.

Caput. VII.

Plinius

Irū est qđ ab antiq̄s tradit̄ de quorundā multiplici & numerosa sobo le: i quor̄ numero etiā reponit̄ Artaxerxes ille p̄sarū rex: ls. n. cxy. filios habuit: ex quib⁹ quinquaginta in eius necem cōspirantes eum occide runt: ut minus id ferendum uideatur: cū ex tanto numero: null⁹ (ut inquit Trogus) reperit̄ sit: quem a tam impio ac nefādo scelere patris maiestas: aut pietas reuocarit. Quin & Eutyches. xxx. quidem peperit filios: sicuti a ue teribus scriptum est. nam Gneus Pompeius in theatri ornamentis: cum mirabiles rerum hominumq̄ effigies poneret: Eutyches simulacrum consti tuit: Hæc enim a. xx. liberis in Rogum est illata: sicuti C. Plinius ad Vespasianum Augustū refert: Proculus autem Cæsar. centū sarmathas uirgines (quæ in bello captæ sunt) infra dies. xy. ut ipse gloriabatur: grauidas red didit: adeo libidini ac nequitiz deditus fuit: quod etiam Flavius uopi

scus detestatur: sed apponam uerba eiusdem Proculi imperat. ad Metianū: Vopiscus cētum inquit ex sarmathia uirgines cœpi: ex bis una nocte decē iniui: omnes tamen: quod in me erat: infra dies. xy. mulieres reddidi.

De. xii. Romanis Diis: & eorum nominibus: qui singulis mēsis apud ueteres p̄ponerētur ex antiquo marmore: ac Ennii carmen additum.

Caput. VIII.

i Ncidi nuper in monimenta quædam romanæ uetustatis: in quibus & ratio: & ordo romani anni deprehenditur: quibus uidelicet feriis: aut etiam diis sacra essent peragenda. sed quod imprimis me tenuit: reper tum ibidem est: singulis quidem mensibus suos quasi deos: ac numina assi gnari: in quorum tutelam referrentur: ex quo persæpe etiā legiē. xii. diis ha ras fuisse in urbe constructas. quod alibi copiose disserui: nunc uero eum su biciam ordinē: qualis in his fastorum monumentis reperitur: quæ uel Pōpo nius latus uir antiquitatis studiosus ad Laurentium Medicem Florentiam misit: Ianuarius in tutela Iunonis: Februarius: Neptuni: Marti⁹ Mineruæ: Aprilis Veneris: Maius Apollinis: Iunius Mercurii: Iulius Iouis: Augustus Cereris: September Vulcani: October Martis: Nouember Dianæ: Decēber Vestæ: Quæ obseruatio ad eorū quoq̄ cōmentarios pertinet: qui fastor̄ & analiū historiā explicāt. Q. uero Ennius poeta disticho etiā nobili. xii. deos cōplexus est: quos alii patrios & penates: Varro urbanos appellat: quorum Varro imagines ad forum (ut inquit) dicatæ uiserentur. yi. mares: & fœminæ toti dem. ut a Capella Marciano & L. Apuleio refertur. Capella Apuleius Iuno: Vestæ: Mineruæ: Ceresq̄: Dianæ: Venus: Mars: Mercurius: Iouis: Neptunus: Vulcanus: Apollo.

Veterum poetarum carmen relatum contra Chaldæos: & ariolos: & qua ratione minime sit illis adhibenda fides: ex sententia philosophi Fauo rini.

Caput. VIII.

I Ibitum mihi in otio agenti ueterum poetarum carmen referre: con tra diuinaculos & ariolos istos: qui & Chaldæi a Romanis: & Planeta rii uocant̄: ut intelligamus fuisse istiusmodi homines ab antiquis maxime derisos atq̄ explosos: subiciā uero senarios aliquot ex Accii: Ennii: & Pacuii fabulis: cum quia uenusti admodum & elegātes sunt: tum qđ in his alicubi deprauatæ uoces: ac perperam collocatæ sensum deturbant: ut non cuiusq̄ sit eorum elegantias ac festiuitates percipere: nisi paulo attentius perlegan tur. In libris igitur: M. Ciceronis (qui de diuinatione inscribuntur) Pacuuii Cicero num hoc ex tragœdia Chrisyp̄po inuenies. Nam isti: qui linguam auium intelligunt. Plusq̄ ex alieno recore sapiunt q̄ suo.

f 2



Cicero

Magis audiendum: quā auscultandum cenſeo.
 Quin & ipſe. Q. Ennius: ut apud eundem Ciceronem: ſic eorum improbi-
 tatem detexit.

Qui ſibi ſemitam non ſapiunt: alteri monſtrant uiam.

Quibus diuitias pollicentur: ab his drachmam ipſi petunt:

De his diuitiis ſibi deducant drachmam: reddant cætera.

Neq; minus eleganter Accius poeta in ſcribendis tragædiis ſumus: ut in atti-
 cis legitur.

Nihil inquit credo auguribus quæ aures uerbis diuitant

Alienæ: ſuas ut auro locupletent domos.

Etenim Phaonius philoſophus: qui Pyrronius: libros pluris cõpoſuit: cõ-
 tra iſtos quidẽ Chaldaeos: in hũc modũ lepide concludebat. aut aduerſa in-
 quit euentura dicunt: aut proſpera: ſi proſpera & fallunt: miſer ſias fruſtra
 expectando: ſi aduerſa dicant & mentiãtur: miſer ſias fruſtra timẽdo: ſi ue-
 ra reſpondent: eaq; ſunt nõ pſpera: iam inde ex animo miſer ſias: ante q̃ e fa-
 to ſias: ſi fœlicia promittunt: eaq; euentura ſunt: tum plane duo erunt in cõ-
 moda: & expectatio te ſpei ſuſpẽſum fatigabit: & futurum gaudii fruſtum
 ſpeſtibi iam deflorauerit: nullo igitur pacto utendum eſſe dicebat iſtiusmo-
 di hominibus: qui uanis præſtigiis ac yſcophantiis imponunt atq; decipiũt.
 quos etiã Gellius uir graui cõſilio in reb; humanis eruſcatores improbos: &
 yſcophãtas appellat: ex quo lycus ille Plautinus in Pænulo comædia q̃ le-
 pidiffime inquit.

GelliusPlautus

Heu heu q̃ ego habui ariolos haruſpices:

Qui ſi qd boni promittunt: pro ſpiſſo euenit.

Id quod mali promittunt: præſentarium eſt.

De crimine Scopeliſmi in Arabia: & locus apud iureconſultos emẽdat;
 ac leges itẽ contra eos: q̃ limites ac terminos extrahunt.

Caput. X.

Jurisco

i N libris digeſtorum: ſeu pandectarum uerba hæc Vulpiani ſunt: in q̃
 bus mentio habẽ criminis: quod in Arabia puincia Scopeliſmus uo-
 citatur: ſed hoc ipſum uerbu ex codicibus iſtis uulgariorẽ ſublatũ eſt: ac p
 eo etiã: quod eſt minus ferendũ: adulterinã quoq; uocẽ ſuppoſuerunt: ita
 ut ſpaciũ interdictũ inſeruerint: ratione tã inepta q̃ ipudenti: ſed libitũ eſt lo-
 cum hunc reſtituere: ne quantum in me ſit: noſtris iureconſultis non ſatis-
 faciam. quamq̃ ſunt adeo quidam a bonis litteris alieni: adeo litteratis oib;
 male affecti: ut ſiqui maiorem elegantiam pſitẽtur in romanis diſciplinis:
 ingenioq; non uulgari ſunt: inſectãtur eos: atq; dictis cõtumacib; accuſent:
 ſed nos eorum (quod ait Plancus) orationes pterfluere ſinemus: neq; enim
 tales ſũt: ut i pſeſione hac melioꝝ litterar; ad modũ pſecerint: itaq; ſi qn in
 aciẽ ueniũt: aut tumultuã qdẽ: aut relicto pſidio fugã capeſſũt. ueꝝ de his

alias: in pandectis igitur illis archetypis (quæ florentiæ aſſeruãtur in palatina
 curia) ſic legitur: ſunt quædam: quæ more prouinciarum coercitionem ſolẽt
 admittere: ut puta in prouincia Arabia σκοπελιςμωσ crimen appellant: cuius
 rei admiſſum tale eſt. pleriq; inimicorũ ſolẽt prædiũ inimici σκοπελιςμωσ
 id eſt lapides ponere: inditio futuros qd̃ iſ: qui eũ agrum coluiſſet: malo le-
 tho periturus eſſet: inſidiis eorum qui ſcopulos poſuiſſent: quæ res tantum
 habet timoris: ut nemo ad eum agrum accedere auderet: crudelitã timẽs
 eorum: qui ſcopeliſmon fecerint: hanc rem præſides exequi ſolent graui-
 ter uſq; ad pœnam capitis: quia & ipſa res mortẽ cõminatur. ſed enim roma-
 ni quoq; illi uetultiores (quos Ennius poeta caſcos appellauit) acerrimis pœ-
 nis contra eos uindicabant: qui agrorum fines ac terminos exemiſſet: aut lo-
 co mutaiſſent: quod imprimis Numæ regis inſtituta & leges probant: in qb;
 uir egregie prudens ſtatuit: licere omnibus tamq̃ ſacrilegium eum occidere:
 qui uiolare ius termini auſus eſſet: qd̃ & Dionyſius alicarnãſeus in hiſtoria
 Rom. antiquitatis copioſe explicat: unde etiam uerſus ex antiquis legibus.
 Qui ſecus faxit: & terminum exarãſit.
 Ipſus & boues ſacri ſunto.

De auctoritate maxima imperii Romani: & epiſtola Belfolis regis aſcrip-
 ta de Valeriano Caſ. Augu. capto.

Caput. XI.

b Aud alienum mihi uiſum eſt: ſi ex Belfolis regis epiſtola expona-
 mus: q̃ ſancta olim: q̃q; in uiolabilis Rom. imperii dignitas cenſe-
 retur: apud externos etiam principes: cum uel capto Caſ. Vale-
riano: Romanum tamen nomen: maximis regibus & uenerationi: æque &
 terrori fuerit: probant hoc ipſum: cum alia complura: quæ in ueterum hi-
 ſtoriis continentur: tum illud quod eſt in Belfolis regis epiſtola: de Vale-
riano Imper. quẽ Sapor perſarum rex: tum forte pro uictoria iure inter cap-
 tiuos retinebat: ſed aſcribemus epiſtolam ipſam Belfolis: ut apud Trebel-
liũ pollionem habetur: in libro ad imper. Constantinum: Belfolis Rex re-
 gum Sapori regi. s. Si ſcirem poſſe Romanos aliquando penitus uinci: plu-
 rimum tibi gratularer de uictoria quam proferres: ſed quia uel fato: uel
 uirtutis illa plurimũ põt: uide ne qd̃ ſenẽ impatorẽ cõpiſti: & id qdẽ
 fraude: male tibi cedat. illud pterea cogita: q̃tas gẽtes Romani & ex tuis ho-
 ſtibus ſuas fecerint: a quibus ſæpe uicti ſunt: audiui qd̃ Galli eos ui-
 cerũt: & ingẽtẽ illã urbẽ incẽderũt: certe Galli Romanis ſeruiũt. qd̃ Aphri:
 eos non ne uicerũt? certe ſeruiunt Romanis: De longioribus exemplis & fõ-
 taſſe remotiorib; nihil dico: Mithridates põticus totam aſiã tenuit: certe ui-
 ctus eſt: certe Aſia Romanor; eſt: ſi meũ conſilium requiris: utere occaſione pa-
 cis: & Valerianum ſuis redde. Ego gratulor fœlicitati tuæ: ſi tñ illa uti tu ſci-
 as. quin & Arthabẽſdis litteræ extãt Regis Armeniorũ: in qb; Rom. quoq; i

DionyſiusTrebellius pollio

perium: sic uisus est defendere: ut imperatorē Valerianū a Sapore captū liberius repeteret: ita enim in extrema epistola scriptum est: unum cœpisti senē & omnes gentes orbis terrarum infestissimas tibi fecisti. ad hunc prope modum & rex Cadustorum ad Saporē scripsit: ut apertissime constare possit: q̄ summa in ueneratione ubiq̄ gētium haberetur Romana illa maiestas: uel in maximis rerum atq̄ fortunæ periculis

De Fulminitis: & Fulguritis arboribus: ac de Ioue fulguratore: & tonitruali in libris aruspicum: aliaq̄ ibidem: addita de fulminibus.

Caput. XII.

F Fulminatæ: & fulguritæ arbores in aruspiciū libris appellatæ sūt: q̄ effēt fulmine ictæ: quo circa fulminatū inquit Festus eum locū dixerūt: qui religionē sacer haberetur: qm̄ dicasse illū iupiter fulminator sibi uideat. ad hæc. n. loca hi accedebant: quibusdā sacris adhibitis: qui fulguratores: hoc ē fulminum procuratores uocabantur. hinc illud in Satyris Perfianis

Triste iaces lucis: euitandumq̄ bidental.

de his uero sacris: quæ ad arbores fulguritas fierent: nōnihil cōperias in Festi cōmentariis: sed & citātur a nostris grāmaticis libri de fulguritis arboribus: qui cum Martiis atq̄ Sibyllinis seruaretur in templo apollinis. de Ioue autē fulminatore & fulguratore (ut alia mittamus) sic. L. Apuleius in libro de mundo ad Faustinum: cū sit unus deus: idemq̄ numē pluribus quidem nominibus ppter specierum multitudinē: quarū diuersitate sit multiformis: nam a iuuādo Iupiter dicitur: quē Ἰουπῆ: græci (q̄ uitæ nostræ author sit) rectissime appellant. Idem fulgurator & tonitrualis: & fulminator: ac serentor dicitur: plures frugiferum uocāt: multi urbis custodem: alii hospitalē: amicalēq̄: ut apud aruspices & romanos ueteres inuenies: ex his facile intelligitur: fuisse in etruscorum cōmentariis fulguratorem Iouem ac tonitrualem celebratum: ut alibi diximus. C. quocq̄ Plinius uir in considerandis atq̄ cognoscendis naturæ uiribus præcipue accuratus. uulnera tradit fulminatorum frigidiora esse reliquo corpore: & apud Romanos religionē cautū fuisse: uti cadauera fulmine icta humo iniecta conderentur: q̄ ea cremari nefas haberetur.

Quæ sit lex annaria in ueterum scriptis: & q̄d hoc uerbū æuitas significet in. xii. tabulis.

Caput. XIII.

I Egē annalē & annariā ueteres iccirco appellarunt: q̄d ea cautū foret de æuitate: ac de annis: hoc est: qua ætate: quibusq̄ temporibus capiendi magistratus: atq̄ habendi potestas foret: qualis illa traditur de senatoribus: ut ab omni senatus munere uacarent: qui annum uitæ sexagesimum absoluisent. itē de militibus: ne supra quinquagesimū annū militiæ sacramento tenerentur: sic enim apud iureconsultos habetur: de hac lege annaria & in collectaneis Sex. Pompei mentio habetur. in capiendis uero magistratibus

FestusPerfianisFestusApuleiusPliniusPompeius

decennium ex lege interpositum erat: ne cuiq̄ eadem dignitas traderetur: si quidem ad hunc modum in antiquissimis legibus seruatum est.

Æuitatem annali lege seruanto.

Eundem magistratum ni interfuerint. x. anni: nequis capito:

Vocabulum hoc (quod est æuitas) pro senio exponēdum est: cū iam puectiores homines sunt: & quasi capulares: ut uerbo utamur Plautino. est autem ex. xii. tabulis acceptum: ut in ea lege continetur: qua de iumento: & arceragebatur.

Si in ius uocat inquit si morbus æuitas ue uitium est:

Qui in ius uocassit: iumentum dato:

Si uolet arceram insternito.

de qua lege plura disseruit Sex. Cecilius iuriconsultus: q̄ Hadriani ætate uixit in summa nominis celebritate.

ÆuitasPlautus

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER NONVS.

De Magia Dardani: eiusq̄ libris e sepulchro a Democrito erutis: ac de græcis philosophis. qui ad ægyptios perrexerunt.

Orum est regē Numam (qui leges Romanis cōdidit) libros. xii. scripsisse: partim græce (ut tradit) partim latine: in quib⁹ pythagorica sacra: & pontificalia cōtinerent: eosq̄ uoluisse in monumento etiam suo recōdi: ne in uulgus credo & propalam: quæ arcana & sacra erāt: deuenirēt: qua in re Pythagoræ secutus est disciplinā: quæ pfa nū uulg⁹ lōge arceret. sed exēplo simili relatū de Dardano ē: qui cū egregie in mágicis artibus præstaret: libros a se conscriptos in sepulchro fertur constituisse: quos Abderites Democrit⁹: uir sagacis ingenii in pscrutandis naturæ uiribus: diligentissime requisit: tum cōmentariis editis illustrauit: disciplināq̄ ex illis recōditā: atq̄ multiplicē accepit: q̄d & C. Plinius ad cæs. Vespasianū testatur. nemo. n. ignorat græcos aliquot ipos etiā ægyptios aduisse: ut magicam ediscerent: in quorum numero eadem prope ætate fuerunt agrigent in⁹ Empedocles: Democritus: & Pythagoras: quod & Pábil⁹ Eusebius: Philostrat⁹: & Diodor⁹: aliiq̄ p multi referunt: susceptis uer⁹ (ut ait Plinius) exiliis q̄ peregrinationibus. sed hoc multo copiosius in epistolicis scripsimus.

De bonoso imperat. & eius uinolentia: ac iocularē dictū in eius obitu pēdere amphoram: tum de lege symposiaca in potationibus.

Caput. II.

f. iiii

Dardanus n
gusEusebiusPhilostratusDiodorusPlinius

atque Vresiani impe. dictum de Bonoso celebratur: natum fuisse illum non ut uiuat: sed ut bibat: hic igitur Bonosus cum romanorum dignitas in dies magis amitteretur: imperatoris nomen occupauit. sed cum bello superatus foret a Probo: se ipsum laqueo suspexit. Erat autem Bonosus ex eo genere hominum: qui inter pocula: & potationes uitam consumunt: siquidem potator fuit egregius. ex quo in eius obitu ioculariter dictum inualuit: amphoram pendere non hominem: quod instar amphorae pensilis praeter uino uideretur: quod affatim ingurgitauerat: **Onesius** tamen graecus auctor: eundem tradit Bonosum: uel in uino fuisse prudentiorem: tam etsi bibendi modum longe excederet. quod & Flavius **Vopiscus** recenset. Lex autem Symposiaca de hauriendis poculis haec est (ut obiter hoc addatur) sicuti a ueteribus definitum: ut prima uidelicet cratera faciat ad sitim: secunda ad hilaritatem: tertia ad ebrietatem: quarta ad insaniam: ne quis forte modum aut rationem in bibendo praetercat: cum ipso quidem uino sapientia (ueteri prouerbio) obumbretur. nam & quaternario numero Democritus philosophus Abderites abstinendum censebat: condito uolumine de hoc. non esse quaternos cyathos uel sextarios potandos. Unde illud forte Aufonianum ex Flacci sententia.

Aufonius

Ter bibe uel toties ternos: sic mistica lex est:

Vel tria potanti: uel ter tria multiplicanti.

De diis regionum atque urbium: quibusque nominibus appellarentur: ex **Tertulliano**: **Origene**: & aliis auctoribus.

Caput. III.

non defuerunt apud Romanos: qui de diis ac diuinitate per multa solerti animo conquisierint: ac editis etiam commentariis explicarint: in quibus cum primis celebres sunt: **Nigidius Figulus**: **Var**. **Terentius**: & **Valt Soranus**. qui & in pontificio iure ac philosophiae decretis maxime incubuerunt. quod **Augustinus** & **Hieronymus** ab unde affirmant. nos uero eam nunc partem de diis duximus referendam: quae in quaque regione atque urbibus & oppidis proprios lares ac deos assignat. putarunt enim ueteres (ut est auctor. **L. Apuleius**) suis regionibus deos ascribendos: qui Fanis: & caerimoniis possent admitti. ut in **Boeotia** **Amphiaraeus**: in **Apfrica** **Mopsus**: in **Aegypto** **Osiris**: Et ubique **Aesculapius**: sed haec multo copiosius a **Diodoro**: & **Macrobio** exponuntur. **Origenes** autem **Adamantius** in commentariis contra **Celsum**: minime inquit iniquum est: suum quemque numen legitime colere: & si pluribus inter se ritibus & caerimoniis differunt. nam **athiopum** populi (qui **Me roem** habitant) **Iouem** duntaxat inquit: & **Bacchum** colunt: **Vraniam** **Arabes** & **Bacchum**: **Osirim** **egypti** omnes & **Isidem**: **Mineruam** **Sayta**: **Naucratitae** uero ex ritu uetustiore **Serapim** suum numen ceperunt nuncupare: quod etiam pluribus a **Tertulliano** explicatur: uiro (ut apparet) in quaque doctrina excellenti: eo maxime loco: quo de ueterum diis atque numinibus historiam refert. unicuique inquit quinciae & ciuitati suus deus est: ut **Syriae** **Astartes**: ut **Ara**

Augustinus**Hieronymus****Apuleius****Diodorus****Macrobius****Origenes****Tertullia**

biae **Diafares**: ut **Norici** **Tibilenus**: ut **Apfricae** **Coelestus**: ut **Mauritaniae** sui **Reguli**. dein uero & in italia inquit municipali consecratione: alii censentur dii: **Crustumensium** **Deluentinus**: **Narniensium** **Viridianus**: **Aesculanorum** **Ancharia**: **Volturnensium** **Norcia**: **Oericulanorum** **Valentia**: **Sutrinorum** **Murcia**: **Phaliscorum** **Curis** in honore patris: unde accepit cognomen **Iuno**: quae in re non minorem superstitionem arguunt: quam falsam ineptamque improbitatem. sed haec satis: nolo. ne ea repetere: quae alibi commodius explicauimus.

Anacreontis carmen ascriptum quod uenustissimum de poculo: & in latinos numeros conuersum: quod apud **Gellium** deprauatum est.

Caput. III.

celebratur maxime inter graecorum delicias **Anacreontis** poetae carmen: ut uenustum: elegans: & perlepidum: quo eroticos exprimitur cuiusmodi poculum fieri sibi expetat: ut in eo uidelicet non armatos duces: non caeli signa: **Pleiades** uel **Bootem** requirat: sed **Veneres**: sed amores: sed racemos: & **Bacchum**. est autem hoc profus.

ὄν μοι μέλι γύγασ

ἢ σαυλίων ἀνακτος.

ὄν ἀρεῖ με χρυσός.

ἢ δὲ φροῦν τυράννοισ.

ἐμοὶ μέλι μύροισι

καταβρέχων ὑπὸ νῆν.

ἐμοὶ μέλι ῥόδοισι

καταβρέφει καρνα.

τό σήμερον μέλι μοι

τὸ δάυριον τίς οἶδε.

ἢ ἀργυροῦ τορῦσας

ἢ φαίγε μοι πόινσον.

ποτήριον δὲ κῶλον

ὅσον ἀνὴν βαλθυρον.

πόιν δὲ μοι καταῦξ

μὴ δάσρα μὴ δάμαξα.

μὴ συγνὸν ὠρίωνα.

ἀνὰ μὲν ἄλλος χλωῶσας.

ἢ βότρυας γελῶντας

σὺν τῷ καλῷ λυαίω.

Quod ego propterea putavi referendum: ut facilius emendari possit in **Gellianis** noctibus: quo loco romanas ueneres cum graecorum delitiis commisit: ibi enim deprauatum id carmen atque improbe uiolatum est nos olim **Anacreontem** id per arbitrio nostro expressimus his numeris quales uulgo leguntur **laberiani**.
Non mi cupio aurum: non diuites diuitias:
Non sceptris curo minitantiū principum.
Nil ad me triumphantes cum decoris fascibus.
Nil instructae acies armis praefulgentibus:
Mibi est uiuendum teneris in amoribus:
Mi sunt deliciae: & suaue olentia suauium.
Viuiamus hodie: uiuiamus dum licet:
Latique carpiamus quicquid id est boni.
Libet nunc crines liquidis perfundere odoribus:

Ἐπισημασμένη
μοι τὸ δὲ δάυρι
τίς οἶδε



Interq; iocos agere & lepidas ueneres.
 Quin tu age Vulcane potens: mulciber igne
 Excude mi amplum: inigne argentum cymbium:
 Inq; eo non mi astra: non bootē: non plidas.
 Non martem ferreū: nō cruenta prālia.
 Quid cū sideribus: cum Marte: cum bellis mibi:
 Sed intus cude bromium uino madidum:
 Vitesq; molleis: & frondentes palmites:
 Racemōsq; & fluentes uirides hederas:
 Amoremq; spirantem calores undiq;.

De magia Aegyptiorum: & qui i ea praestiterunt: ac de. xxxvi. dāmonib⁹
 & qua potestate polleant.

Caput. V.

d E magia: quae apud Aegyptios populos celebrata sit: per multi apd ue
 teres scripserunt: nam & graecorum quidam ad eam perdiscendam illuc
 enauigarunt: quo facilius atq; copiosius de ea referrent. Nec. n. latet eius mo
 di fuisse hanc disciplinam: uti dāmonum uiribus: & quibusdam uelut incan
 tationibus miracula fere ac prodigia efficerent: quod ex ueterum cōmenta
 riis itelligitur. eius autem originem. C. Plinius ad Mosem & Latopelam ret
 tulit: in qua (ut traditur) Salomon: Dositheus: Simō Samareus: Theudas:
 Ethā: Calgales: Dardan⁹ aliiq; cōpluris praestiterunt: ex graecis: Hostanes: Da
 migeron: Pythagoras: Democritus: Apolloni⁹. ex his commentarios quidā
 fecerunt: quo hanc partem plenius excolerēt: atq; humano corpori medelas
 deferrent, quod ipsi magices authores certis genis ac dāmonibus assignant:
 sicuti Celsus Aphricanus in his libris testatus est: quos infando titulo cōtra
 Christum composuit. Aegyptii inquit ipsi: qui magicem maxime coluerūt:
 tradunt humanum corp⁹ per. vi. & .xxx. dāmones curari: ex quib⁹ alius dā
 mō aliam sibi partem & portionem suscipit: eiusq; tutelā se dedicat. Quin
 & eorum nomina patria uoce appellat: quib⁹ iuocationibus uitiatas corpo
 ris partes: ad sanitatem referre soleant. sed hanc partem & Porphirius copio
 se explicauit: qui aegyptios quoq; sycophātas atq; praestigiatores uocitat. de
 Salomone autē: ut idem credatur: facit imprimis Iosephi auctoritas: qui &
 Iudaeorum uernaculus: & in omni antiquitate consideranda diligenter accu
 ratus fuit. is enim eundem scribit Salomonem non modo rerum omnium
 atq; animantium naturam ac uires calluisse: sed eam praeterea scientiam. quae
 ad potestatem dāmonum: atq; incantationes pertineat. quibus inquit homi
 num morbi: & egritudines leniri atq; curari soleant. in hac uero magica &

Plinius

Celsus

Ioseph⁹

anulum adhiberi & pelues: aliaq; sacra idem Iosephus auctor est: in qua iu
 dāum quoq; Eleazarum dicit maxime celebrem fuisse Vespasianis Augu
 stis imperantibus.

Non esse uiri prudentis in humanis confidere: & exemplū nobile de iniqui
 sima fortuna Bellisarii ducis.

Caput. VI.

f Ermo nuper habitus est a uiris prudentioribus de fortunae potestate &
 uiribus: quae pro libidine omnia humana agit ac uersat. sed inter alia
 multa exemplum de Bellisario duce maximo prolatum est: quod equidem
 non putauit praetermittendum: cum aetate quoq; nostra (in qua totius Italiae
 principes uariis passim cladibus agitantur) paria quaedam prope aspiciam⁹.
 Bellisarius igitur (ut a Procopio & aliis relatum est) uir quidem gestis & ani
 mo maximus: sapius uictor ac triūphator fuit: qui Iustiniani Augusti impe
 rium suis auspiciis firmavit: Vandalos populos deleuit: de Persis triumphauit.
 Italiamq; & urbem Romam a barbaris & crudelissima caede non semel li
 berauit: tandem uero post multas uictorias: ac peractos triumphos caecatus
 ab imperatore fuit: eidemq; oculi crudeliter exempti. neq; ob aliā causam:
 q̄ propter liuoris improbitatem: qui uelut ignis alta semper & ardua petit.
 cui ut ad plenum satisfaceret: i tam graui: tamq; iniqua fortuna oppressus.
 tuguriolum sibi propter uiam constitui fecit: in quo nummulos ad uictū
 quaeritans: uitae reliquum transigeret: dictitans hoc subinde pretereuntibus.
 Viator concede obolum Bellisario: quem liuor nō error caecauit. adeo nihil
 in humanis meli⁹: q̄ nihil boni sperare: quod illa etiā per q̄ nobilis Sidonii
 acclamatio commonet de misera mortalium cōditione. O necessitas abicēta
 nascendi: uiuendi misera: durissima moriendi: sed hoc alibi de Bellisario cō
 modius diximus.

De multiplici causa terremotus: & Neptuni potestate: tum de terremo
 tu maximo: qui Tiberio imperante in Asia euenit.

Caput. I.

n On pauci apud ueteres graecos celebrantur: qui de motu terrarū & cau
 sis copiose scripserunt: neq; philosophi minus: q̄ historiae authores: si
 cuti pud nos etiā. C. Plinius: An. Seneca: & Marcellinus. neq; dubium reliq;
 runt uarias dici causas: unde istiusmodi terrarum motus nascantur: nā Chal
 dæi quidem & Babilonii totū hoc sideribus assignant. philosophi autē ple
 riq; flatibus & aquis: qd̄ hanc uisceribus terrae inclusa: dum nitantur prorum
 pere motus istos & hiatus generent: ex quo Neptunum quoque ipsum
 graecorū uetustissimi ennosigæū & sisichtona appellarunt: nam & Probus
 Valerius ex auctoritate. M. Varronis tris praecipue causas probat: quibus ter
 ra tremores eueniant. aiunt enim uentis in terrae uisceribus oclusis: exitūq;
 requirentibus fundamenta concuti: & his labefactis superiora contremere:
 aut etiam ex igne: quem terrae inesse: mons ethna: & alii testatur: exusta. n

Ioseph⁹

Procopius

Sidoni⁹

Plim⁹

Seneca

Marcellin⁹

Probus

Varro



Galen?Eusebi?HieronyPlini?TertulliaEusebi?PliniusVale. Ma

occidūt: nec sine sonitu & tremore subfidūt: tertio ex aquis: quæ quodcūq; substinent: delabi sensim in liquorem: & ingentibus ruinis terra consumpta lacrima maximos fieri. quod & Claudius Galen (ut alios mittā) in libro de historia philosophi prosequitur. sed quod in Asia Imperāte Tiberio Augusto accidit: mirandum profecto ac pene incredendum uidetur: siquidem terremotu facto. xiiii. urbes corruerunt: quorum nomina subiciemus: sicuti etiam in annalibus Pamphili Eusebii notatū est: quos diuus Hieronym: ut alia multa: in sermonē latinū cōuertit: sunt igit̃ bæ: Magnesia: Ephesus: Sardis: Mostbene: Megara: Casarea: Philadelphia: Hymolus: Themis: Cyme: Myrrhina: Apollonia: Dicearchia. quod etiam ob id referēdū fuit: quoniam & C. Plinius maximus inquit terræ memoria mortalium extitit motus: Tiberii Cæsaris principatu. xiiii. urbibus asiæ una nocte prostratis.

Historia de Leana meretricis constantia in tormentis: ac Tertulliani uerba exposita: tum de Theodoro etiam: q̃ firmo & constanti animo fuerit. Caput. VIII.

u Erba Florentis Tertulliani sunt: in libro: qui apologeticus contra gentiles inscribitur: Ecce inquit & tormentorum certamina a uobis coronantur: attica meretrix: carnifice iam fatigato: postremo linguam suā in faciem scruentis tyranni expuit: ut expueret & uocem: ne conuictos confiteri posset: si etiam uicta uoluisset: in quib⁹ historia latenter notat̃ de Leana meretrice: & Hypparcho atheniensium tyranno: nam olympiade quidem lxiiii. Hyppias & Hypparchus atheniensium tyrannidē occuparūt: sicuti relatum ab Eusebio in annalibus: ex quo Harmodius & Aristogytō: aliiq; cōplures facta conspiratione Hypparchum interemerunt: Leana autem meretrix cum foret illis beniuolentiæ officio maxime coniuncta capta est: ac multis uariisq; tormentis uexata: ut conscios atq; coniuratores proderet: sed illa ut acris animi linguam mordicus amputauit: & in Hyppia tyranni faciem inspuit: quod & C. Plinius (ut alios mittam) inter memoranda patiētia exēpla rettulit: in fœminis inquit: Leana meretrix præstitit: quæ torta Harmodium & Aristogytōnem tyrannicidas minime indicauit. i uiris autem Anarchides (ut Zenonem mittamus) qui simili prope ratione cum torqueretur: præcisam dentib⁹ linguam in tyrannos expuit: De Theodoro uiro grauissimo: eiusq; mirifica constantia notius est: quam ut referri oporteat: qui carnifici traditus: discidit uerbera: fideiulas laxauit: soluit eculeum: laminas extinsit: priusq̃ efficeretur: ut cōscios tyrannicidii indicaret: quod a Maximo etiam Valerio in exemplis ueterum scriptum est.

De Leone Imper. qui edicto cauit: ut omnes imagines et tēplis ac basilicis Christianorū delerent̃: & epistola Valentis & Theodosii augustorū de eadem re apposta.

Caput. VIII.

r Elatum est in ueterum annalibus de Leonis Augusti imperio: & eius moribus: qd̃ q̃ is Theodosio impe. de: uncto in Bizanzio urbe (quæ Constantinopolis dicitur) factus imperator: edicto cauit ut omnes quidem sanctorum imagines: quæ in christianorum fanis ac templis forent: abolerentur: ex quo Romani pontifices: aliarumq; ecclesiarum præfecti acerrime restiterunt: nec ubi (præterq̃ in urbe Bizanzio) tantum facinus committeretur. quoniam fauissimis pœnis eos homines Imperator afficiebat: qui tale edictum contempserunt. itaq; omnes tunc imagines atq; simulacra: quæ in sacris Bizanzii templis spectarentur: concrematae sunt: nec enim pertinere ad religionem putantur: ad ornatum uero quædam quædam: quod & Firmitian & Lactantius: Sep timusq; & alii complures nimisq; audacter affirmant: quasi nefarium sit habere illas in templis imagines: ueluti etiā Thurca in sua religione custodit: unde libitum est uerba ex libris augustalibus referre: quo id totum melius innotescat: quoniam: & Valens & Theodosius Augusti imper. præfecto prætorio ad hunc modum scripserunt: cū sit nobis cura diligens in rebus omnibus supernarumq; religionem tueri: signum saluatoris Christi nemini quidem eorum in templis lapideam uero materiam tingere: nec sculperatue pingere: sed quod uenerunt: ut illi obtemus: grauisima pœna eos multādo: qui contra hoc edictum uoluerint: ut in prætorio: quædam in quo sigis forte autem in his uerbis Imperatorum: & præfecti prætorii: & Thurca doctissimi: & Thurca Balibides: & Thurca & ceteris p̃ fatyram collecta: & in prætorio: hoc maxime Aggu. & Thurca.

De Hierophantis Atheniensium ad sorbitionē cicutæ: ac de Romanis sacerdotibus: Flaminibus: & Pontificibus.

Caput. X.

f Criptum est a Hieronymo sacerdotes illos Atheniensium: qui græce hierophanta: appellant: quo castius in sacris agerent: diuinisq; rebus incumberent: cōsueuissent sorbitione cicutæ se ipsos castrari: ubi uero ad Pontificis dignitatem fuerant electi: uiri esse desinebant: nequid in eis foret: aut ad uoluptatem: aut ad turpiorem libidinem: quæ res ad ipsa etiam Constantinorum Augusti tempora (ut auctores consentiunt) durabat: nam & id referret Hieronymus de Romana religione: nullum quidē sacerdotē apud Rom

manos fuisse bigamum: nullumq; flaminem bimaritum: pōtiffices autē uiros & nobilissimos: & sanctissimos: quorum præcipua hæc cura & studium fuit: diligenter attendere: ne qd̃ cōtra mores & religionis cultū fieret: itaq; sic in pontificalibus scriptum. Ex patris ritibus colunt optima: Incestum Pontifices: supremo supplicio sanciendo. Quod a nobis diligentius est considerandum: ex his sacerdotibus: eorumq;

Lactanti?Tertullian?HieronyHieronym?

uia & morib⁹: qui in christianiis facis: tate nostra omne gen⁹ libidinū atq; nequitia exercent.

Quam egregia singulariq; doctrina præstiterit Mercurius ægyptius in rebus diuinis: ac eiusdem uerba ascripta de deo: de mente: & de animis in libro de sapietia dei.

Caput. XI.

Lactati⁹ q Vo plura de Mercurio a nobis perquiruntur: eo maiora atq; diuiniora uideri solent: sic ut Firmiani sententiæ magnopere accedamus: qui persæpe hunc ipsum asserit: rerum prope omnium supra ceteros alios ueritatem perspexisse: tum græcos compluris pleraq; ab eodem Mercurio accepisse: quæ de deo: de animis: ac de mundo referuntur. sed hæc in nostris Theorematis copiose explicauimus. nunc illud repetendū existimauimus: quod idē Mercurius loquitur ad Tatium in eo libro: qui de sapientia dei inscribitur: Beatissimus inquit deus: qui & demon optimus dicitur: animam esse in corpore asserit: mentem in anima: in mente uerbum: Deum autem ipsum: horum omnium esse genitorem: ac parentem. itaq; uerbum imago: & mēs dei est: corp⁹ quidem ab Idea: Idea uero anima: & portio purissima materiæ aeris anima: animæ mēs: mētis Deus: Deus in omnibus: ad omnia: circa omnia: & per omnia: mens ad animam: anima ad aerem: aer ad materiam: hæc tenus ægyptius Mercurius: in quibus ipsa rerum ueritas non edocetur modo: sed etiam explicatur: quod & mysteria illa atq; archana pythagoreorum comprobant.

Qui sint apud iureconsultos iudices recuperatores in extimandis iniuriis: ac de iudicio recuperatorio copiose explicatum.

Caput. XII.

Pompei⁹ *Gellius* f Requens mentio est apud M. Ciceronem: & alios ueteres de his iudiciis: qui recuperatores a Romanis dicerentur: Qua ratione & recuperatorium iudicium est appellatum: quod in causis (ut fit) iudicandis: atque absoluendis cū recuperatione haberetur de extimandis iniuriis: in hūc autē modum constitutā est a ueteribus: ceu ex iureconsultis fere colligitur: forma recuperandi iudicia: si quando in aliqua causa dolo malo fuisset habitū iudicium: i ea tum re licebat cognitores habere: qui receptam causam maturo iudicio extimarent: itaq; creabantur ad id tres iudices: qui recuperandæ causæ ergo recuperatores uocabantur: quorum iudicio: atq; extimatione: omnis damni illatio atq; iniuria tollebatur: quæ res ab ipsis iureconsultis copiose explicat. Sex. autem Pōpeius legē recuperatoriā ab Aelio Gallo sic acceptā tradit: cum inter populum & reges: nationesq; & ciuitates peregrinas conuenit: ut per ipsos recuperatores agatur: de reddendis recipiendisq; bonis: quæ ad priuatos pertinerent. Gellius recuperatores constitutos tradit in his: quæ ad ius referantur: de iniuriis asserendis ac puniendis. nam missa inquit Gel

li⁹. xxv. astū pœna factū est a p̄torib⁹: ut i extimandis iniuriis recuperatores adhiberent. M. autē Cicero i causa L. Flacci: quem sociū & adiutorē cōsilio rū: ac piculorū suorum uocat: recuperatores cōstitutos refert: qui rē uniuersā percēferent: Recuperatores inquit cōtra istū: rē minime dubiam prima ac tione iudicauerunt: & paulo mox: cum frater meus in Asiæ p̄fectura Flacco successisset: causā ita detulit: Recuperatores ui Flacci coactos: atq; metu falsum iudicauisse iuitos: frater meus p̄ sua ægtate prudētiaq; decreuit: ut si iudicatū negaret: in duplū iret: si metu coactos diceret: haberet eosdē recuperatores: quā optionē recusauit: idē Cicero p. A. Cecina orationē habuit ad recuperatores: in qua persæpe de his agit. C. p̄terea Suetonius a Flauio refert Domitiano Augu: identidē admonitos recuperatores: ne se perfusoriis assertionibus sepe accommodarēt: sed & Vespasian⁹ pater Flauia Domitillā duxit uxorem: ut ab eodē Suetonio relatum est: q̄ ingenua & ciuis Romana p̄nuncia: ra est: iudicio recuperatorio asserente patre: Neq; illud omittendū putamus: quod in ueterib⁹ notis atq; elogiis obseruatū est: de iudicio recuperatorio his uerbis: Quati ea res erit: tantæ pecuniæ iudiciū recuperatoriū dabo: testibusq; publice dūtaxat decē denūtiandi potestātē facit: q̄ res ab antiquis notæ magistris ita p̄scribi solita ē. Q. E. R. E. T. P. I. R. D. T. Q. P. D. T. D. D. P. F.

Quam imprudenter: atq; imperite ab his erratum sit: qui scirpū accepērūt pro anigmate: & qđ apđ authorē Gellū scrupū: nō scirpū legēdū sit.

Caput. XIII.

Gellius *Tereti⁹* *Enni⁹* *Pompei⁹* i N magno errore uersati sunt nostri fere oēs grāmatici: qui scirpū dixerunt p̄ anigmate: quod ipsū e Gellianis uerbis accepunt: in quibus nō scirpum quidem sed scrupū erat scribendū: ut in ueteribus: ac minus deprauatis reperitur: sed enim quo pacto illa enodari possūt: quæ sine ullis nodis sūt: cuiusmodi scirpus haberi debet: neq; ullus est tam hebeti ingenio: tāq; absurdo iudicio: qui nesciat ipsos scirpos uocari enodes: unde illud uetus: cum apud comicos poetas: tum apud Ennium celebratum hoc carmine: Quærunt in scirpo soliti quod dicere nodum.

Scrupus uero pro anigmate & ambiguitate ob id a ueteribus accept⁹ est: qđ in eo anxietas quædā: & quasi asperitas intelligat: quod & Sex. Pōpeius in libro de prisca uerbis undeuigesimo insinuat: scrupos inquit pro asperis saxis accipimus: hinc rem scrupulosam dicimus: q̄ aliquid in se asperitatis cōtineat. proindeq; apud Gellium refertur: uocari a græcis fere anigmata: quæ nostri scrupos dixerūt: cui sententiæ & Benedict⁹ Philologus accedit: uir eruditissimus: & in studiis nostris accuratissime doct⁹: neq; uisum est hoc loco eos nominare: qui hac in re decepti sunt: Politianus certe: cum ad auctores illum euocare: ingenue agnouit errorem: sed in hoc inquit ceteri ætate nostra incurrunt.

Gellius
Cicero

Cicero
Suetonio

Suetonio

Gellius

Terenti⁹

Enni⁹

Pompei⁹

Anigma
Scrup⁹

No Scrupum
sed scrupū



PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER DECIMVS.

De doctrina Gamalielis Hebræi: & quo iudicio pbauerit Iesum Christum pro deo accipiendum.

n **E**scio maiore impudentia: an inscitia factum sit a quibusdam ueterum: ut non modo contra Christianos populos: sed contra ipsum etiam Christum libros componere ausi fuerint. non. n. homines: sed portenta potius quædam & prodigia dicenda sunt: cuiusmodi nobiliores memorantur: Porphiri⁹: Iulian⁹ Bizantius: Celsus Aphricanus: qui Philaletem scripsit: Basilides & alii: qui ausi etiam inter alia flagitia dicere: quæcunq; de Christo a priscis uatibus prædicta fuerunt: ea de aliis quoq; potuisse intelligi: quod ab Augustino tamē: Origene: & Cypriano copiose refellitur: sed a Gamalielē Hebræo dictum egregie ac prudēter tradit: nam cum alios quidam forte referrent: qui se uulgo deos probari uellēt: ut Dositheum: Theudam: & Iudam: hi enim cū disciplinarum magnitudine atq; doctrinis egregie præstarent: seq; supra homines ponerent: deceptionib; maximis usi sunt: & a multis pro deo habiti: ex quo in hunc modum respondit Gamaliel. si hoc inquit de Christo humanū consilium fuit: q̄ mox dissoluēt: ueluti Theudæ: Dosithei: Iudæ: & aliorū: qui ubi mortui sunt: eorum ficta & commenticia disciplina sublata est. siquidem non diu probari inter homines potest: improbitas aut mēdaciū: quod omnis academia concedit. id autem de Gamalielē in Origene commētariis comperies: quos uir maxime doctus contra Celsum composuit: sed & Gamaliel ipse iudicio & doctrina insignis apud Hebræos est habitus: qui etiam Pauli Tharsensis præceptor fuit: unde eū dixerunt ueteres ad Gamalielis pedes eruditū: sicuti in Hieronymo legitur: qui Gamalielē hūc: & maximum uirum: atque doctissimum uocat. quod hebræorum præterea libri testantur.

Hieronym

De Narsete Eunucho: & Sophiæ Augu. uerbis ad eum: ac responsū Narsētis in fœminæ insolentiam.

Caput. II.

r **E**lata sunt per multa in ueterū annalibus de Narsete eunucho: eiusq; maximis gestis: qui de carthulario (ut ferunt) non modo patriciam dignitatem est cōsecutus: sed Italia quoq; uniuersa factus præfectus: eā diu obtinuit: & omnis Gothos gētem ferocissimam superauit: sed ut res humanæ se habēt gloria inuidiā peperit: ex quo Iustin⁹ iperator: & Sophia Augu. coniunx Narsētē hunc cœperunt insectari: itaq; Loginum cum magno exercitu

citu contra eum mittunt. Sophia uero & inter alia per multa cōiicia: quod Eunuchus foret: hoc addit: ut lanam in gynæcio faceret: & pensa diuideret: quibus idem Narses pari animo respondit: talem se quidem telam exorsurum: qualem ipsa dum uiueret: numq; satis posset explicare: et simul odio (ut fertur) ac metu accēsus: Longobardos populos in Italiam accersit: ut relicta Pannonia ad Italia diuitias & prædam accedant: nequid ad præsidium & ultionem ommitteretur. fuit autem Narses (ut quidam tradunt) pius religiosus: liberalis: atq; munificus: quod alia a me cōmodius relatum est.

De populi improbitate: ac de exilio Aristotelis: qd̄ impietatis accusatus in Chalcidem profugerit: tum alia obiter non iniocunda.

Caput. III.

n **I**bi debent in tota uita minus agere: qui prudentiores sunt: q̄ populo se ipsos committere: nec enim bonis ingeniis: atq; disciplinis quicq; est tam male affectum & infensum: q̄ imperita uulgi inscitia: quod equidem in numeris prope exemplis falsæ atq; improbæ philosophorum accusationes: eorumq; exilia & cædes demonstrant: sicuti Socratis: Anaxilai: Apollonii Thianei: & Madaurensis Apulei: quorum apologiæ abunde explicant: q̄ sit ex Platonis sententia: refugienda uulgi improbitas. de Aristotele autem philosopho referendum illud puto: quod ab ipso Adamantio Origene ponitur: quo loco Celsi Aphricani Philaletem mēdaciū ac falsitatis arguit: tradit enim Aristotelem ipsum a iudicibus atheniensium crimine impietatis fuisse accusatum: quoniam dogmata quædam ut ἀθεος ἢ ἀσεβής. in philosophia ptulisset: q̄ deorum cultum minus probarent: ex quo athenis relicta Chalcidem se cōtulit: ubi diu uersatus: cum litteris amicorum ad reditū uocaretur: in hūc modum respondit: ex athenis pridem recessimus: idq; eo animo factum est: ne causam forte atheniensibus daremus: iterum scelus committere: sicuti in Socratem commiserunt: ne ue impie contra philosophum rursus fecisse incusentur: neq; me autem latet: qd̄ idem Aristoteles cū athenis. xxx. annos in lycio docuisset: clam se in Chalcidem recepit: quoniam foret impietatis ab Eurimedonte hierophanta accusatus: siue a Demophilo: (ut quidam uolūt) qd̄ hymnum in Hermiam pellicem scripserit: cui etiam prænimio (ut ferunt) amore sacra fecit: atq; hoc epigramma delphis incidit.

τ' ἀεὶ τὸ ἄχρῶσιως παραβὰς μακαρῶν θεῶν ἀγνῆς
ἐκτίνε προσωμ τοξοφόρων βασιλέως.
οὐ φανερώς λόγῃ φονίσις ἐμαῶσι κρατήσας.
ἀλλ' ἀνδρὸς τίσι χρόσάμενος δολίχ.

Quæ sunt maxime a diis roganda. & quomodo ex Platone: tum uersiculi Persiani de uotis peragendis.

Caput. IIII.

8

*Longobardi popu
pannoniæ q̄ in
italia irrupūt*

Origenes



Plato

e Leganter Plato philosophus & erudite prudētiam atq; iustitiā in suis legibus expressit: sed uel in Alcibiade (qui liber de uoto inscribitur) ei⁹ honorem & cultū sic recensuit: perspicuū inquit est: & apud ipsum deum: & apud homines bonæ mentis iustitiā & prudentiā p̄cipue honorari: prudētes autem ac iusti illi merito dicēdi: qui probe norunt: quæ erga deū: quæq; erga homines agere atq; dicere conuenit: hactenus Plato: quæ me ipsū cōmōnent sententiæ ueteris: quā nō minus stoicorū porticus: q̄ uniuerſa etiā academia honore summo p̄secuta est: ita . n . a philosophis uelut ex delphico prolatū: Sic uiuendū cum hominibus tanq̄ deus uideat: sic loquendū cum deo: tamq̄ homines audiant: cuius secūda pars (ut inq̄t Vectius Prætextat⁹) abunde sancit nequid ad diis petamus: quod uelle nos indecorū sit. nā & Plato idem copiose hoc ipso libro explicat: quæ Maxime a diis petenda sunt: & quo animo: ne forte in cœdipi rogationes maiore affectu q̄ ratione depellamur. Stoici autē tria potissimum a diis roganda affirmant: bonam mētis: bonam animi ualitudinem: tertio corporis. itaq; Persius poeta uidetur Alcibiadem Platonis peruidisse: qui in satyra quidem ad Macrinum sic de uotis peragendis loquitur.

PlatoPersius

Funde merum genio: non tu prece poscis emaci
Quæ nisi sed uctis nequeas committere diuis.
At bona pars procerum tacita libabit acerra.
Cui sententiæ & illud apud luuenalem accedit:
Orandum est ut sit mens sana in corpore sano.
Fortem posce animum mortis terrore carentem:
Qui spacium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ: qui ferre queat quoscunq; labores.
Quin & in iure pontificum apud Romanos ita scriptum traditur:
Ne audento placare donis iram deorum
Cautim uota reddunto pœna uiolati iuris esto.

Quantū cōcesserint Christo Rom. Imperatores: Tiberius: & Hadrian⁹:
ac de Alexandro etiam Seuerō: qui Christū inter alia numina adorauit.

Caput. V.

p Er sæpe accidit: ut a uiris doctiorib⁹ q̄ratur: quo i p̄tio ap̄d Rom. i peratores Christi numē fuerit: quo uidelicet t̄pe: aut quo cultu romana ciuitas eū p̄secuta sit. ad hoc ego cū aliquādo essem respōsurus: talia p̄pemo dū de ipso Christianorū deo obseruaui. et primo quidē ex auctoritate uetere cōstat. Tib. Cæsare uoluisse Christū a Sen. p. q. r. adorari: idq; etiā ab eo relatū ē ad senatū cū p̄rogatiua Tiberiani suffragii: ut abunde alibi diximus: qd̄ & Pāphil⁹ Eusebi⁹: ac Florēs Tertullian⁹ affirmāt: sed & mox Cæs. Hadrian⁹ de adorādo Christo cogitauit: eidemq; tēpla cōdere ichoauit: sicuti Aeli⁹ Lapridius ad Cōstantinū i per. testat⁹: qui Augu. inq̄t Hadrianū ab icepto de iustitiis: ueritū ne cætera etiā tēpla essent deserenda: qm̄ p̄fecti sacrorum ha-

Eusebi⁹Tertullian⁹Lapridius

driano persuaferūt: Christianos oēs aliquādo futuros: si illud effecisset: ex quo idē mutato animi p̄posito: acerrime mox uniuerſa Christianorū factio nē est infectatus: quod & cōmentariis suis & edictis propalā testatus est. Alexander autē seuerus: qui optimus imper. est habitus: quiq; Antonino elio / gabalo successit: plurimū Christianis detulit: & Christi numē iter maximos & selectos deos recepit: siquidē in sacrario suo (quod ab Aelio Lapridio larium appellatur) iter principes diuos: & animas (ut iquit) sanctiores Christū habuit: cū quo ibidē Apolloniū Thianeū: Abraā & Orpheū coluit. idē quoq; Alexander Augu. in minore lario Achillē: & alios duces maximos habuit, sicuti. M. Ciceronis & Verg. simulacra: quæ poetæ oīū Platonē uocitabat. Vnde apud poetā Vergiliū ramus aureus: & uiscus in ilice i. yi. Aeneidos ac de magia Druidum Verg. carmen expositum:

Caput. VI.

f Atis cōpertū est Pub. Vergiliū adeo multiplici & uaria doctrina p̄stitisse: ut & cœlestia pariter & humana maxime itellexerit: quod eius diuinū carmē probat: in quo & sacra omnia: & humana leges atq; ritus tāta eruditione tractātur: ut eū mirari poti⁹ homines possint: q̄ pro merito satis laudare. Sed eiusdē carmen referem⁹: in quo de ramo aureo agit: quem troius Aeneas ex p̄cepto Sibyllæ Deiphile ad inferos detulit: cui⁹ etiam speciē uirenti uisco similem dixit: & in opaca ilice insertam: quæ omnia uidentur mihi ex philosophia: & sacris Druidum esse assūpta: quib⁹ religio fuit par quiddā de uisco & robore agere: quod equidē suspicari licet: quoniam & uiscū Vergilius hic: & ilicem opacā nominat: quæ inter glādiferas etiā refertur ab ipso. n. poeta (ut est auctor Macrobius) plerumq; fieri uidemus: ut remotiores ritus: ueterumq; ceremonias innuendo attingat: et si Aurelius Cornutus: uir alioqui doctus: fictum hoc de ramo ilicis a poeta Vergilio falso existimauit: sic autem Vergilius.

Accipe quæ peragenda prius: latet arbore opaca

Aureus: & foliis: & lēto uimine ramus

Iunoni infernæ dictus sacer: hunc tegit omnis

Lucus: & obscuris claudunt cōuallibus umbræ.

Sed non ante datur: telluris operta subire:

Auricomos q̄ quis decerpserit arbore scetus.

Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus

Instituit: primo auulso non deficit alter

Aureus: & simili frondescit uirga metallo.

At uero Druides (qui gallorū uates ac sacerdotes forēt) nihil habēt uisco & robore: in quo gignatē sacratius: sicuti. C. Plinius testatur: hi enim iquit robore: lucos eligūt: neq; ulla sacra sine ea fronde cōficiunt: quicquid etiā illis adnascitur: e cœlo missum putant: siquidē esse electæ ab ipso deo arboris. est autem id rarum admodum inuentū. & repertum magna religione petiē

Lampreidi⁹Macrobi⁹Virgili⁹Plini⁹

Plim? & ante omnia sexta luna: idem quoque Plinius sacrificio inquit epulisque rite sub arbore preparatis: duos adiuuet candidi coloris tauros: quorum cornua tunc primū uiciunt: sacerdos candida ueste cultus arborem scādit: falce aurea demetit: candido id excipitur fago: tum demū uictimas imolant: precātes ut suū donū deus prosperum faciat his: quibus dederit hęc. hactenū de religione Druidum ad robur & uiscum: quæ poetā Vergiliū (ut puto) ad rimum

Virgil? illum aureum inclinarunt: ex quo illud subdidit.

Sedibus optatis: gemina super arbore sidunt:

Discolor unde auri: per ramos aura refulxit.

Quale solet filuis brumali frigore uiscum

Fronde uirere noua: quod nō sua seminat arbos:

Et croceo foetu teretes circumdare truncos.

Talis erat species auri frondentis opaca

Illice: sic leni crepitabat bractea uencto.

fuit in hac sentētia & Domitius Veronēsis: uir in pquirendis ueterū monumentis acris ingenii: & in exponendis authoribus diligēs: quē tamē in matu-
ra mors nobis præripuit.

De betrusca disciplina: & quo studio romani nobiles ad eā discendā miterentur: ac uersus ibidem, ex xii. additi.

Caput VII.

Macrobi?
Censori
Cicero
Liuius
Plim?
M. Cicero cū de diuinatione differit copiose pbat: populū quidē betruscum maxime præstitisse: in obseruādis: noscēdisque auguriis & ostētis: nā & aliquot a ueteribus celebrant: in quorum cōmētariis disciplina hęc abunde exponeretur: sicuti a Macrobio: Cæforinoque & alijs ueteribus tradit: quæ in re seruatum est a romanis: ut principū filii: qui in urbe forent: betrusciæ populis traderentur: quo hanc etiā diuinandi partē ediscerēt: sicuti uerba hęc Ciceronis testatur. Bene inquit apud maiores nostros senatus decreuit: quādo florebat imperiū: ut de principum filiis sex: singulis betrusciæ populis in disciplinā traderentur: ne tanta ars propter tenuitatē hominū a religionis authoritate abduceretur: ad mercedem & quæstum: ex quibus apte constat: quo studio & diligētia prouisū ē a Sen. p. q. r. ut cognitio illa betruscæ disciplinæ conseruaretur: quod ipsum & Liuius in Romana historia notauit: quo scientissime callerēt: quæcūque de cælo facta essent: omniaque prodigia: portēta: & ostēta: quod & C. Plinius & alij asserūt: ex quo etiā in sacris uetere: & pontificalibus libris ita scriptum fuit.

Discunto ignari a publicis sacerdotibus
Hetruriæ principes disciplinam docento.

Quibus diuis creauerint procuranto:
Et idem fulgura & obsita pianto.

Quæ ob id ascriptimus: ut Ciceronis locum facilius teneremus. cum nemo prorsus ignoret: cælum ipsum eiusque partes: ab betruscis: olim signa

tas: & in. xvi. diuisum: nā & fulminum gētera. xi. & deos nouē: qui ea iaculentur statuerunt: rationes prodendo: quid ex quaque parte signarent: quod & C. Plinius ad Vespasianum Augu. demonstrat.

Plim?
De cura & periculis eorum: qui imperio præsunt: ac Saturnini Augu. uerba ad hoc ipsum pertinentia.

Caput. VIII.

u Etus est dictū: & a philosophis approbatum: tyrannos quidē: & principes que rarissime senescere: quoniā tā uaria illis: tamque summa picula uideantur: quam rem tot principum & imperantium subita necesse: atque cædes maxime approbant: cū paucissimi omnino fuerint: qui suo fato perierint. itaque per multi admodū reperiuntur: qui hanc imperandi curam: uelut inquit: tam æstuantē: ac periculosam refugerunt: quod equidē ex uerbis ipsis & oratione Augu. Saturnini Imperatoris referendū celsui: quo cumulati a quouis intelligantur: que & erudite Saturninus & grauius de imperatoris discrimine & periculis describeret. Nescitis inquit amici: quid mali sit impare: nā & gladii & tela nostris ceruicibus impendent. iminent hastæ undique: undique spicula: ipsi custodes timent. ipsi comites formidant: nō cibū pro uoluptate: nō iter pro auctoritate: nō bella pro iudicio: nō arma pro studio: adde quod omnis aetas in imperio reprehenditur: senex est quispiam inhabilis uideri: sin minus: inest furor: nam quod imperatorē me cupitis: in mortis necessitatē me trahitis: sed habeo solatiū hoc mortis: solus perire nō potero: hęc hactenus Saturninus: cum a suis purpurā esset indutus: sicuti M. Saluidenus affirmat: eleganter quidē & doctè. siquidē bonas litteras Saturninus egregie coluit: & facultatem oratoriæ studiose didicit: quod & Vopiscus homo diligens recenset.

De antiquorum proprietate in carmine in rebus exprimebis: simulque Accii poetæ uersus apposti ex argonautis elegantissimi: & Q. Ennii.

Caput. IX.

i Nōceptis uetere: qui de ipsa elocutione scripserūt: illud præcipue uideo cōmendari: ut uerba rebus maxime cōueniāt: & in quaque actione describēda: sic absoluaē oratio: ut res geri potius: que cōponi uideat: ita. n. interesse te putes nō legere: cū iucunda uerbis suauibus: atrocibus aspera: quieta sedatis: deductis humilia: grandibus ardua proferūtur: unde illa orationis honestas: & quasi certum decus oritur. quā quidē partē summo studio uidentur mihi cōsecuti ueteres authores. tum hi præcipue: qui fabulas ediderūt: ut M. Pacuuius: Attilius: Neuius: & Accius: quod in illis uita gesta: & hominū mores: habitusque pro re ipsa effingerent atque exprimerent: cuiusmodi carmen illud est Accianum ex argonautis: in quo pastorē elegantissime descripsit: qui primū nauim (cui nomen Argo) procul aspiciens: illico mirabundus in hunc modum uociferat: g iii

Tanta moles labitur.



Fremebundā ex alto ingenti sonitu & strepitu
Præ se undas uoluit: uertices ui suscitāt:
Ruit: prolapsa pelagus respergit: profluit:
Ita dum interruptum credas nymbum uoluer:
Dum quod sublime uentis expulsum rapier
Saxum: aut procellis: uel globosos turbines
Existere ictos undis concursantibus:
Nisi quas terrestres pontus strages conciet.
Aut forte Triton fuscina merrens specus.
Subter radices penitus undanti in freto:

Priscian Molem ex profundo saxeam ad cœlum eruit.
quod carmē: nō Priscianus mō grāmaticus repetit: sed & .Q. Lucili⁹ balb⁹:
i illa celebri disputatiōe de natura deorū: & si alicubi deprauatū atq; inuersū
legit: iam uero & illud. Q. Ennii nō ne adeo pprie: adeo erudite factum est:
de augurio Romanæ urbis condendæ: ut in media urbe uersari te credas: Ro
mulumq; ipsum: & Remū certantes aspiciere de imponendo urbis nomine:
ut min⁹ forte mirum sit. si & Adrianus Impe. Ennianos annales supra om
nia quidem poemata cōmendauerit: sed apponamus carmen.

Certantes magna cum cura: tum cupientes
Regni dant operam: simul auspicio: augurioq;
In monte Rem⁹ auspicio se deuouet: atq; secundā
Seruat auem solus: at Romulus pulcher in alto
Quærit Auentino: seruat genus alte uolantum:
Certabant urbem Romam: Remā ne uocarent:
Omnibus cura uiris: uter esset induperator
Expectant: ueluti cōsul cum mittere signum
Volt: omnes auidi spectant ad carceris oras:
Qui mox emittat pictis e: faucibus currus.
Sic expectabat populus: atq; ore timebat:
Rebus utri magnis uictoria sit data regni.
Interea sol albus recessit in infera noctis.
Exin candida: se radiis dedit ic̄ta foras lux:
Et simul ex alto longe pulcherrima præpes
Læua uolauit auis: simul aureus exoritur Sol.
Cædunt de cœlo ter quattuor corpora sancta
Alituum: præpetibus se se: pulchrisq; locis dant:
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora:
Auspicio regni stabilita scāna: solumq;.

Cicero Quos uersus & apd̄ Ciceronē cōperies: cum diuinationis partes psequitur:
Quæ ratio fuerit ne flamines sacerdotes apud Romanos nodū aliquē ha
bere possent in uestibus: & q̄ libera & apta esse debet animorū coniunctio
inter amicos.

Caput. X.

i N his sacris atq; cerimoniis: quas flamines sacerdotes apd̄ Rom. dicun
tur obseruasse: & illud a ueterib⁹ notatū ē: fuisse nefas: uti nodū ullū
haberēt i apice: in cictu: aut in ulla alia parte: qua i re allegoricos itellexerūt
ptinere ad uirū integra fide: optimisq; moribus p̄ditum: nihil dissimulan
ter: aut subdole agere in deorū sacris: sed libere: & apto examine: ad fidē &
ueritatē oīa referre. quod ipsū in amicorū quoq; officiis p̄stādū est: ut a chero
neo Plutarcho p̄bat: si mō hi sūt tales uiri: quorū uirtus atq; prudētia opti
me itelligat: quantū sit amicorū causis atq; cōmodis cōcedendū: qd̄ & poeta
Lucili⁹ docet i carmine ad Albinū: quo uirtutis dignitas: officii: atq; gratia
prudentissime exponitur. itaq; consueuit Oricellarius noster ita amicos p̄
bare: ut in eorum animo iudicium: in iudicio officii reponat. uir unus (quā
tum equidem iudicio meo consequi possum) in omnibus uitæ muneribus
existimandis: atq; cognoscendis summa prudentia atq; consilio.

De multiplici ac singulari doctrina. M. Varronis: & qd̄ idem tamen a Pa
lemone grāmatico contēptus fuerit: ac iniquissima uoce porcus appellat⁹.

Caput. XI.

d E Var. Terentio notū oibus est: quantū omnis antiquitas eius studiū:
atq; multiplices doctrinas extulerit: ut omniū quidē togatorū doctis
simus habitus sit: cui sentētia. M. Cicero: & Fabius Quintilian⁹ calculum
adiecerūt: itaq; sic Maurus Tertianus ad Nouatemum.
Vir doctissimus unde cunq; Varro.

Qui tā multa legit (ut ē author Augustinus) ut aliqd̄ ei scribere uacasse mire
mur: tā multa scripsit: quā multa uix quemq; legere potuisse credamus. La
ctātius uero Firmian⁹: q̄ & ingenio & eloquētia uir clarissim⁹ merito habet:
sic de eodē. M. Varro iquit: quo nemo unq̄ doctior: neq; apud græcos: neq;
apud latinos uixit: in libris diuinarū rerū de hoc agit: quos ad. C. Cæsarem
scripsit: atq; hæc cū ita se habeāt: quā i probe obsecro a Rhennio Palemone:
q̄ impudētē atq; ineptissime factū est: qui eū ipsū. M. Varronē omniū disci
plinarū parentē ac principē: p̄ iperito hoīe infectatus est: eūdemq; etiam por
cū (si diis placet) appellauit: dignus eo nomine Palemō: ut in suile aliquod
intruderetur: quo in solētis audaciæ: atq; importunissimæ uaniloquētiæ po
nas lueret. de quo & Suetonius Trāquillus meminit: quod ego iccirco appo
sui: ut qui uis possit itelligere: q̄ sint quorūdam ingenia contra ueritatē ob
stinata: atq; illis plerumq; uiris infensa: qui & colendi ab omnibus: & prope
adorandi sunt: pro egregia singulariq; doctrina.

Quid in libris iurecōsultorū sint excōsules: ex q̄stores expræfecti: & alia
eius generis: qd̄ q; subagrestia & parum latina sunt.

Caput. XII.

i Nuenio apd̄ noīs iurecōsultos: & alios autores hæc uocabula exq̄sto
res excōsules: exprætores. & alia eiusdē generis: nā Symmachus: & Boe
thius excōsules fere uocati sunt: atq; his ueluti descriptionib⁹ eorū nomina

g iiii

*Plutarch⁹**Cicero**Quintili⁹**Terentian⁹**Augustin⁹**Lactanti⁹**C. Cæsar**Suetoni⁹**Symmach⁹**Boetius*

honestari solēt. Iustinian⁹ quoq; Augu. in epistola ad Rom. senatū Ioannē exquæstorē: & leontium: atq; Basilidem ex præfectos p̄torio appellat. quibus uerbis quātū equidē possū colligere: eos uiros designarūt: q̄ dignitate ip̄a cōsulatus: aut q̄sturae functi essent: sic expatrios: & exp̄fectos: q̄d absoluto munere: a magistratu uacarent. Zeno autē imper. scribit ad p̄fectum p̄ret. Archadium: placere suæ dignitati: ut qui patricii: uel expatrii sunt: quiq; magistri officiorū: aut sacri palati custodes: uel ordini senatorio sociati fuerint: nō possint nisi ab imperatore ip̄so: aut sacris cognitorib⁹ in ius uocari: aut puniri. simulq; addit: eos uiros qui dignitatibus maioribus functi sūt: minime oportere omniū iudicio subigi: aut p̄enis mulctari. itaq; hi homines exp̄fecti: exq̄stores: & ex senatores in Iustiniani cōstitutionib⁹ nuncupatur. ap̄d Varronem uero: & M. Tullium excuriatos: atq; exterminatos legimus: pro his: qui extra curiam missi sunt: atq; extra terminos: sed hæc honestis authoribus recepta: & consecrata sunt: illa parum latina: & admodū subagrestia uideri possunt. neq; n. apud eos cōperiuntur: qui latina oratione ufi sunt: sed ex illo (ut opinor) Augustini sæculo: i quo fere Cassiodorus Apollinaris: Enodii: ac Fulgentii: numerant: qui magis uidētur gallicū aliquid & peregrinū referre: q̄ Romanum ac probum sermonē: ipsa. n. dicēdi elegantia & puritas: cū Romano Imperio Paulatim amissa est. quod & noster Ioan. Corsius cū Pōtano differuit: uir nō minori iudicio: q̄ ueterū doctorinis excultus.

Varronem

Cicero

Biantis prienei sententia relata: quo consilio ac ratione uti debeamus: in decernendis causis inter amicos uel inimicos.

Caput. XIII.

Eprieno Biante cōplura in græcorum monumentis traduntur: quæ uiri iudicium: atq; sapientiam singularem probant: sed quod ab ip̄so relatū est: de his qui inter alios iudicium faciant: minime contemnendū illis est: qui liberali ingenio sūt: dicebat enim malle se iter inimicos: q̄ inter amicos de re aliqua statuere: nam ex amicis inquit: alterum profus inimicū habueris: ex inimicis uero alterum amicum: quo circa meli⁹ ac potius cēseri debet: amicum sibi adipisci in proferendo iudicio: aut a rebus iudicandis penitus abstinere: nisi ex professo ueritas ip̄sa fidei patrocinetur: cuius causa (ut Academici asserunt) nullæ quidē cōtentiones: aut inimicitiz refugiendæ sūt:

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER VNDECIMVS.

Mirificum prodigium de fulmine in natali. M. Tullii ex analibus Eutropii: ac de uiribus etiam fulminum non nihil.

Inus putauit absurdum fore: si ea impreses referrem: quæ Romanus author Eutropius: in historia ad Valentem Augu. prodidit de. M. Cicerone: atq; mirifico prodigio: quod obtigerit de uirgine romana: quæ in itinere cælesti igne tacta fuerit. uide tam egregia dicendi dignitas: & absolutum eloquentiæ fastigium præscriberetur: sed apponā Eutropii uerba: quo manifestius appareat: quāta sit etiam uis & natura monstrifica fulminum. bello inquit Iugurthino. M. Cicero arpini nascitur: matre Elbia nomine: patre uero equestris ordinis: ex regio Volscorū genere: eodemq; tempore quadam uirgo Romana in apuliam pergens: ictu fulminis exanimata est: omnibus sine scissura aliqua uestimentis ademptis: ac pectoris & pedum uinculis dissolutis: monilibus etiam & anulis discussis: illeso corpore nuda iacuit. equsq; inquit eius pari modo frenis & cingulis perentus iacuit dissolutis. hæc satis de prodigio uirginis. neq; enim me præterit: uaria quidem ac pene incredenda scribi de fulminibus: nō ab Aristotele modo & aliis græcis: sed ab Anneo Seneca: & Plinio: nā in ter alia & illud in ueterum monumentis traditur: q̄d Martia princeps romanorū: cū grauida foret fulmine icta: exanimato partu citra ullum aliud incommodum superuixit.

Eutropii

Aristot

Seneca

Plinius

Martia

De officio trib. militum ex sententia Aureliani Caf. Impera. & eius epistola ascripta ex Vopisci historia.

Caput. II.

Uin gesta Rom. principum nuper legeremus: nulla me pars magis detinuit: q̄ sicubi militaris disciplinæ præcepta & leges notarentur: quoniam nostra hæc ætas ita bellis assiduis uexatur: ut uniuersam prope italiā grauiter afficiant: sed illud imprimis Aureliani principis me delectauit: in quo tribunū militum prudenter monet: qua ratione & cōsilio uti debeat in exercitu regendo: & copiis alēdis: uerba ex Aureliani epistola subiciam: quo facilius legentes hæc etiam expendant. Si uis inquit tribun⁹ esse: immo si uis uiuere: manus militum contine: nemo pullum alienum rapiat: ouem nemo contingat: annona sua contentus sit: de præda hostis: nō de lachrymis provincialum habeant: arma terfa sint: ferramēta famiata: calciamenta fortia: uestis noua: uestem ueterem excludat: stipēdium in balteo: non in pompa habeat: torquem brachialem & anulum apponat: equum faginarium suū defricet: captum animal nō uendat: mulum centuriarum cōmuniter curet:

Summa feramenta



alter alteri quasi seruus obsequatur: a medicis gratis curetur: aruspibus nihil det in hospitibus: caste se agant: qui litē fecerit uapulet: hæc hæctenus Aurelianus Cæs: quæ si quis etiam apud authorem proprium requirat: is Flauium Vopiscum adeat: qui de imperatoribus Rom. scripsit.

Vopiscus

De Pythagorica metamorphosi: & Laberii poetæ uersus apud Tertullianum recogniti: atq; expositi.

Caput. III.

Tertullianus

Non ab re futurum putauit: si Laberianos uersus subtexā ex eius mimis. nā & Florētis Tertulliani locus signabitur: & alia quoq; nō in sua uia de Pythagora nec iniocunda subiungemus: in hūc igiē modū de Pythagorica metamorphosi iocatus est Laberius.

Et audio mala multa etiam ex bonis:

Par illud: ut nos olim mutant philosophi.

Et nunc de mulo hominem: de muliere colubrum

faciunt: & ex diuersis diuersa alia.

Nonius

Tertullianus

Quos uersiculos uel in commentariis Nonianis deprehendes: quæ alicubi de prauatos: nam & in Apologetico Tertullianus: quem contra gentiles cōpofuit: partim ex his elegāter est mutuatus: age iam inquit: si quis philosophus affirmat (ut ait Laberius de sententia Pythagoræ) hominem fieri ex mulo: colubrum ex muliere: & i eam opinionem omnia argumēta: & eloquii uirtutem detorserit: non ne & sensum mouebit: & fidem infringet: etiā ab animalibus abstinentum propterea persuasum quis habet: ne forte bubulam de aliquo proauo suo obsonet: quæ uerba satis me commonent Pythagoricæ trāsmutationis: is. n. Pythagoras: nō modo Euphorbū: pauonem: Homerum poetam se fuisse aliquādo dictabat: sed & Pyrandū postea: & mox Callidenam: ac demum præstanti forma meretricem: quæ Alce fuerit apelata: unde & nos in poematis olim nostris in hunc modū lusimus.

Adde: quæ is leges: legumq; oracula nouit:

Quæ seruaua dedit Samius mysteria uates:

Cur etiam plures uariato corpore formas

Prætulit: atq; idem famosi nominis Alce:

Moxq; melætheos animos: & pectora sumpsit:

Et modo gemmantes ales iunonia pennas

Explicat: & bello ferus induit arma pyrandes.

Plotinus

Plotinus quoq; Philosophus in libro de suo cuiusq; genio: cum de animi metamorphosi disserit: in hunc prope modum id ipsum prosequitur: quicūq; inquit humanam proprietatē seruarunt: iterū & ipsi homines renascuntur: qui autem ad sensum defecerunt: bruta quidem ac stolidi animatia redeunt: sed ita tamen ut qui & iram adiecerint: fera existant: & pro ipsa inter se differentia dissentiant: qui uero in libidine & uoluptatibus uitā ægerunt: salacia

uoluptaria animalia reuertuntur: Quæ si nec sensu ipso: nec sensus parte uisi fuerint: hi utiq; omnes plantæ resurgunt: quoniā in his uel animus tantum uegetalis fuerit: neq; aliud egerunt: q̄ ut in plantas uerterentur: qui autem musicis modulis affecti: ac deliniti uixerunt: si in cæteris non degenerarint: animalia musica renascuntur: et qui sine ratione ciuitates: atq; imperia reuerunt: aquilæ fiunt: nisi & ipsi alia prauitate sint infecti: nam & qui absq; sapientia sublimia improbius tractant: cælum suspiciunt: in alites commutant: ad altiora semp deuolutes: qui uirtutē autē ciuilem assecutus est: homo reuertitur: qui minime adeptus: in ciuile aliquod animal: ut apem: & i alia eiusce modi se transformat: hæc Plotinus: de quibus alibi diximus cōmodius.

Plotinus

De statua Niobis a Praxitele: & ibidem Aufonii poetæ nobile epigramma ex græco: tum de eadem Niobe ex Pausaniæ cōmentariis.

Caput. IIII.

In Græcorum poematis uaria leguntur de Niobis forma: eiusq; imagine: quæ Praxiteles lōge pulcherrimā sculpsit: unde eā quoq; poetæ græci magno studio celebrarunt: cuiusmodi hoc subit.

ἐκ ζωῆς μεθεοὶ τῶν ἄνθρωπων ἐκ δὲ λίθου

ζῶν πρᾶξιτέλης ἔμαλλον ἔργα λίσσασθαι

Aufonius uero Gallus egregie admodū latino epigrammate secutus græcorū suauitatem atq; indolem: sic eiusdem statuā expressit.

Aufonius

Viuebam: sum facta silex: quæ deinde polita

Praxitelis manibus uiuo iterum Niobe.

Reddidit artificis manus omnia: sed sine sensu:

Hunc ego cum læsi numina: non habui.

Quo carmine nihil utiq; legi potest cultius: limatius: doctius: adeo ut Marullus noster Bizantius: uir elegāter doctus: atq; in examinādis carminibus grauis cēsor aperte affirmarit: nihil se usq; legisse: aut etiā audisse elegantius: melius: absolutius. fuit autē Niobes Phoronei filia: & Apis parens: ut in Eusebii annalibus notatum est: quos magna ex parte ex tomis Maneti transtulit. de hac cōplura scribuntur apud authorem Pausaniam: qui se inquit in Sypiolo Niobis simulacrum aspexisse: cuius hæc admodum species erat: ut prope accedentibus petra abrupta uideretur: procul autem cernentibus mœsta: & plorans mulier. Quin & Romæ in tēplo Sostani Apollinis imago Niobis celebrata est cum liberis mœrentis: sed eam tamē dubitatur Scopas an Praxiteles fecerit: quod & C. Plinius testatur.

Eusebius

Pausanias

Plinius

Historia ex C. Plinio de Octauia Augu. quæ ex oui augurio in sinu con-

foti: sexum futuræ prolis prænotauit: & alia item non iniocunda.

Caput. V.

Ignium memoria est: quod a C. Plinio traditur in historia naturali de Liuia Augu. studio & cura: ad prænoscentiam prolem & filii sexum:

Plinius



quo grauida erat ex Nerone impe. cum .n. in iuuenta esset: & auidissime cu-
peret uirilē sexum parere: hoc puellari augurio usa traditur: uti ex eo par-
tum pranotaret: o. ium insinu fouendum accepit: subinque illud nutrici da-
tum: ad refouēdum per uices reddebat: necubi tepor ad alendū foetum iter
mitteret: neque falso augurio fertur augurata: siquidē Tib. Casarē peperit. il-
lud quoque notādum: quod in ueterum annalib⁹ lectū est: Gallinariū fuisse
quendā: cuius nomē adhuc requirimus: q̄ mirifica arte: quid ex quoque ouo
foret prauidebat: quod ipsum a Plinio etiā describitur: & si minus id credē-
dum uideat: cū ingenue idē p̄fessus sit: haud in oibus suam se fidem legenti
astringere: sed eam potius ad authoris ueteres relegat: nā nec ullum quidē
mendaciū tam falsum: tamque impudens est (sicuti Plato testatur) quin suis
quoque authoribus defendatur.

Plinius

Plato

De origine dei Canopi: ac eiusdem simulacro: & quo cōmento ac fraude
pro deo sit habitus.

Caput .VI.

n Orandum & illud est: quod in ueterū scriptis reperit de origine dei Ca-
nopi: & quo uidelicet cōmento Aegyptii sacerdotis ad cultū numenque
deuenerit. ferunt. n. quod ipsi quidē Chaldaei per uarias orbis regiones ignē
circunuehebant: ueluti propriū ac summū numen: qd̄ eo quoque ceteros om-
nis deos: eorumque simulacra deuincebant: quacunque ex auro: aere: argento:
eboreque: uel alia qua uis materia essent. fiebat. n. ut ignis plane superior eua-
deret: cōuenerant autē populi: ut uicta numina uictoribus cōcederent: quo
rei ueritas cūctis mortalibus de adorādo numine cōstaret. Hæc igitur cum
sacerdos Canopi Aegypti⁹ percepisset: dignū sane cōmentum: atque per calli-
dū contra ignē excogitauit: solent in Aegypto uasa quaedā fictilia effici: quæ
hydriæ appellantur: crebris unde quaque: ac minimis prope foraminibus
patentes: ex quib⁹ cum aqua decidit: defecior: atque purior effluit: sacerdos
igitur Aegypti unam forte ex his cœpit: atque obstructis foraminibus: uariisque
coloribus depictam: & aquis plenam: ut idolū constituit: ac super uetere si-
mulacro diligenter collocat: quod esse Menelai gubernatoris ferebatur: ue-
niunt Chaldaei: circumstant numen: cōflictum ineūt: & ignem simulacro ad-
mouent: tum uero cara ipsa (qua uasis foramina obstructa erant) grassante
igne resoluitur: & aqua profluente ignis extinguitur: quo factum est: ut frau-
de sacerdotis Aegyptii Canopus uictor haberetur: unde simulacrum quoque
illius per exiguis pedibus: contracto collo: ac prominenti alueo in amphoræ
modū formatū est: dorso etiam æqualiter tereti. hæc de Canopo deo: eiusque
origine traduntur: & in Sudæ collectaneis: & in sacra historia Turrantii
Ruffini.

Sudas

Ruffini

Pacuiianū ænigma de testudine: ac uersus eiusdem lepidissimi ex Tragœ-
dia allati: tum locus Tertulliani expositus.

Caput .VII.

d Ici non potest quanta sit olim facta iactura in his maxime apud nos au-
thoribus: qui tragœdias & cōmœdias scripserunt: sic ut eorū uix nomi-
na reperiatur: cū Romani primū ciues his potissimū fabulis agēdis magno-
pe detineretur. nos uero ita auide atiq̄tatē excutim⁹: & uestigia illa ueterū
poetarum requirimus: ut in his etiā libenter cōmoremur: quæ a nostris grā-
maticis quilibet intercisa & deprauata afferuntur. cuiusmodi ænigma est, illud
quod ex Pacuiianis fabulis celebratur his lepidissimis uersibus.

Pacuii

Sanguine cassa: domiporta: terrigena traditur:

Quadrupes: tardigrada: agrestis: humilis: aspera:

Capite breui: ceruice anguina: aspectu truci:

Euiscerata inanima cum animali sono: id ænigma cum in pacuiiana fabula
paulo obscurius proferatur ab Amphione: responsum ab atticis est non in-
telligimus: nisi aperte dixeris: tum ille unico uerbo respondit cocleam esse:
quod ipsum proterea censui apponendum: ut atatis nostræ homines intelli-
gant: quantum sibi ueteres illi in nouandis componendisque uocibus tribue-
rent atque indulgerent: cum domiportam Pacui⁹: & tardigradam uocauerit
testudinem: si quis autem inuenire hoc uelit: is apud .M. Ciceronem de diui-
natione inquirat: quo facilius locū doctissimi uiri Tertulliani intelligat:
qui in libro de pallio de hoc ipso ænigmatē Pacuiiano non nihil rettulit.

Cicero

Tertullian⁹

Scita & elegans obseruatio ex lege ueteri de re uenerea: ac de edictis etiam
Semiramiis ab Heliogabalo imper. institutis.

Caput VIII.

n On defuerunt apud ueteres: qui & eruditione & ingenio clari: præce-
pta in litteris referrent: quibus amorum delitias: & instrumēta descri-
berent: tum quibus artibus: & quo studio sequi amores debeamus: quoniā
& populi quidam celebrantur: apud quos illi multo acceptiores atque hone-
stiores: qui insectādis amoribus promptiores: atque aciores haberentur. Sed
ego cum in .S. C. inciderim de re uenerea: quod olim Romæ (ut fertur) in tē-
plo ueneris foret: minus putauī indignum: si in nostris etiam commentariis
legeretur: necubi delitias istiusmodi: & ueterum elegantias aspernari uidea-
mur: qui ad ipsam præcipue antiquitatem respicimus: ad hunc igitur modū
sacra lex de re futuaria lecta est.

Iure Visundi: Consectandi: Susurradi: Gestiundi: Suttrudendi: Salutandi:
Confabulandi: Precadi: Perpetuo: Interdiu: Futuariis: permissa ex me sūto:
ex aede: foramine: horto: postico: impluuiio: cuncta hæc cōmoda nemo ho-
mini prohibunto: fidē: cōsilia ferūto: seruanto auxiliū: operā ue dato: sub
noctu uota tractanto: promissa: iuramēta: lamenta admiscūto: sollicitato:
uerecundiam: timorē a mouēto: tristitiam suppreunto: tempori locoue
obsecundanto: occasione ne unq̄ cadunto. internuntias epistolas succudun-
to. his spem: uoluntatem: expectationem: necessitatem: misericordiam ad-
lectanto: inserūto: fraude: ui: dolo: obstentatione: attemperate utūto: pru-



dentiam: tacuitatem habento: tenūto: gestiunto: ex pathica quicq̄ sempiter
ne quasi stipem: & pignus capiunto: eius permissum aduehunto: nouā qua
runto: astu ue: pompa grandianimem: nobilem infectant or: notas coniecta
rias tectius nouanto: hęc hactenus. nam & obid referendum hoc fuit: quo
niam Varius quoq̄ Heliogabalus imp. Sen. C. quādā ridicula & amatoria
uulgauit: quæ matronæ cui se crederēt: & ad cuius osculum uenirēt: qua ue
ste: quibusq̄ ornamentis uterētur: eaq̄ Sen. conf. de nomine suæ cōiugis Se
miramia iussit appellari: sicuti Aelius quoq̄ lampridius testatur ad iperat.
Constantinum Augu.

Lamprid

De sœuitia Macrini iper. & qua crudelitate i adulteros animaduenterēt:
tum alia obiter addita.

Caput. IX.

P Er multa in ueterum monumentis legūtur: quæ Macrini imperat. sœ
uitiem atq̄ crudelitatem referant: is enim iter eos principes merito ab
authoribus reponitur: qui imanes atq̄ sanguinarii sunt habiti: Sed ascribē
dum est nouum feritatis gen⁹: inuentumq̄ ab eodem maximæ crudelitatis:
ut ex hoc constare possit: q̄ esset Macrinus diri animi: atq̄ prodigiosi in sup
plicis exhibendis. cum igitur duo milites (ut a Capitolino relatū est) ancil
læ hospitis pudorem uiolasse crederentur: atq̄ illud Macrinus imper. p fru
mētarium didicisset: iussit eos in mediū produci: simulq̄ interrogauit: utrū
factum hoc esset: quod cum constitisset: statim geminos boues miræ magni
tudinis uiuos aperiri iussit: atq̄ his milites singulos inferi: capitib⁹ bouē
ētis: quo facilius una colloqui possent: ita hominis sœuitas nouo quidē sup
plicio in puniendis adulteris delectabatur: Quin idē quoq̄ Macrinus ad exē
plum Mezentii uiuos homines mortuis alligabat: ac longa tabe confectos
infando mortis genere exanimabat: ut eleganter poeta Vergilius expressit
de Mezentio.

Capitoli

Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis:
Componens manibusq̄ manus: atq̄ orib⁹ ora:
Tormenti genus. & sanie: taboq̄ fluenti
Complexu in misero: longa sic morte necabat:
mitto quod & milites suos i crucem tulit: & ex quaq̄ seditione decumauit:
atq̄ ceterisimauit: ut nō Macrinus uulgo: sed Macellinus passim uocaretur.

Vergili

De nominibus militum: & qui sint primani: tertiani: quintani & ciu
smodi alia apud Cor. Tacitū: & de quartariis mulionibus apud Lu
cilium.

Caput. X.

P Er multa & uaria sunt i ipso exercitu militum nomina: de quibus pas
sum mentio fit apud authores: sicuti qui ab armis: uel gradu & stipen
dio denominant: sed a legionib⁹ etiam milites quidem uocatur: nam legio

nes ipse a numero interdum dicebantur: ut quarta: sextadecima & eiuscemo
di: quod inuenio cū apud alios ueteres: tum in historia Cor. Taciti frequēst
is enim primanos milites: secundanos: quintanosq̄: & quartadecimanos sœ
pius refert: posthumus inquit præfectus castrorum: secundæ legionis cognitis
quartadecimanorum: uigesimalorumq̄ prosperis rebus: quia pari gloria le
gionem suā fundauerat: se ipsum gladio transegit. & in alio mox libro: Sed
ipsis inquit legionibus inerat diuersitas animorū: Primani: quintaniq̄. Tur
bidi adeo: ut quidam saxa in Galbæ imagines iecerint: idem quoq̄ author in
duodeuigesimo expressius hoc totum explicat: forte inter padum: uiamq̄
inquit patenti campo: duæ legiones congressæ sunt pro Vitellio una & .xx.
eui cognomen rapaci ueteri gloria insignis: e parte Othonis prima adiutrix:
non autem in aciem educta: sed ferox & noui decoris auida: primani stratis
una & uigesimalorum principiis aquilam abstulere: quo dolore accensa le
gio impulit rursus primanos: iterfecto Orfidio benigno legato: & plurima
signa uexillaq̄ ex hostib⁹ rapuit: a parte alia propulsa quintanorū i petu ter
tiadecima legio circumuicti pluriū accursu quartadecimani: & ducib⁹ Otho
nis iam pridē pfugis: Cecinna ac Valens subsidiis suos firmabat: hęc Tacit⁹
nam & C. Suetonius eodē mō tertianos: & decumanos intelligit. Quartarii
uero in satyris Lucilianis muliones mercenarii appellati sunt: qui quartā si
bi partem q̄stus acciperēt: ut Pōpeius Sex. in libro de uerbis prisca. xvi. tra
dit: allato etiam Luciliano carmine.

Cornel. taciCorne. taciCor. TaciSuetom⁹Pompei⁹

Porro homines neq̄ malus: ut quartarius apros
Colligere omnes.

De Proculo & Regillo imperat. & quōper iocum fortuna illudente ipe
rii dignitatem adepti sunt.

Caput. XI.

U Erum profecto ē: quod a philosophis per multis probatur: homines
quandoq̄ fortunam sibi uel confingere ex tempore: uel assummere:
id ego cum Romanos annales legerē: maxime comprobauit: i quis tā uariat
tam promiscua & multiformis imperatorum fortuna appareat: ut quidam
ex loco per humili ad illud imperat. tam Sanctum: tam Augustum nomen
ascenderint: alii rursus ueluti ex ioco & quasi cauillo defilierint. sicuti inter
alios & Proculus & Regillus: quorum exempla referenda in præfens puta
ui: ut iocantis fortunæ aleam: ac libidinem in conspectu haberemus: de
Proculo igitur sic traditum est a bonis authoribus: cum in cōuiuio (ut fit) la
trunculis lusitaret: ac decies imperator ipse exisset: statim scurra tum quidā
(ut parata sunt ingenia blandientiū) salue inquit Auguste: & allata purpu
ra (ut mos erat) ei⁹ humeros ornauit: eumq̄ adorauit: qua ille occasione uel
oblata uel arrepta: ut imperator uulgo salutatus est: quod apud græcos ret
tulit author Onesimus: & apud nos Flauius uopisc⁹ in libro ad Bassum se
cundo. De Regillo autē imper. haud hercle minus ludricum principium:

Onesim⁹Vopisc⁹

ac ridiculum fuit ad augusti nomen occupandum: cū ille quaestione de analogia proprii nominis habita ad imperiū pfiliit. nā Valerianus tribunus cū diceret: ūde Regilliani nomē deductū putam? a regno quidā respōdit: quo dicto milites inibi: ut ad ea quæ cogitāt p̄niores: potest ergo rex esse: & nos regem facimus: eoq; nomine putarunt illum imperatoria dignitate honestā dum: ac ita demum iocante fortuna Regillianus cum die sequenti processisset: imperator est a principibus salutatus. neq; autem me latet hunc ipsū Regillianū magis inter tyrannos: q̄ imperatores a quibusdam relatum: sed ut cumq; sit Romani certe imperatoris nomē obtinuit.

Quid apud ueteres significet sororiare: & quæ sint mammæ sororiantes in puellis: ac ibidem expositū: quid fratriare: & fraterculare: ex Pompei cōmentariis: & Plini locus emendatus.

Caput. XII.

n Vm̄q; uideor magis in otio & honestis litteris uersari: q̄ eo tempore: quo cum Ioanne Corsio: & Iaceto nigro de optimis studiis: atq; omni antiquitate differitur. quod equidē persæpe accidit: cū utriusq; eruditio multiplex: & abunde elegans iure optimo cēseri possit. itaq; nuper in hortis Oricellariis: inter alia cōplura: quæ situm est de Sedigito uulcatio: deq; eius iudicio: quod ab eo factum est: de ingenio & ordine. x. comicorum: qui apud Latinos in pretio habiti sunt: itē de poeticis uocabulis: & ueterum audacia. in uerbis inueniendis: excogitandis: atq; componendis: cuiusmodi fuerunt M. Plautus. Gn. Neuius. P. Laberius: qui paulo durior: atq; audacior habitus est. M. Cato. Q. Ennius: Fabius pictor: & alii eiusdem ætatis nō ignobiles authores. Qua ire minime absurdum fuerit hoc loco repetere: quid apud Plautum Sororiare sit: & quo significatu accipiendum: Sororiare igitur perinde est: atq; augeri: & procreare: nam & mammæ Sororiātes uocantur in puellis (ut a Sex. Pompeio traditur) cum exuberantes intumescunt: quod illis euenit ex cōpresso lacte: qua uoce usus est. *M. Plautus* in comœdia Friuolaria: quin & fratriare: & fraterculare in pueris accipimus (ut idem Sextus asserit) cum eorum mammæ intumescere incipiunt: quoniam ueluti pares fraterculi oriuntur: quod ipsum & in frumento spica dicitur facere: cum uirētia grana protuberant. Politianus uero mammæ sororiantes apud Plinium legebat libro. xxx. quo loco rigentes mammæ habent ceteri codices: sed in uetustioribus sororiantes comperies: piscinæ maris inquit: mammæ Sororiātes: præcordia: maciemq; corporis corrigūt. de hoc a Politiano relatum ē & in secunda centuria: sed eius commentarii magna ex parte ab his retinentur: atq; occultantur: q̄ meliores litteras: & antiquitatē impudētissime cōtēpnunt. Incredendum esse: quod a. C. Plinio scriptum est: de. C. Meccenate: qd̄ in somnis per triennium fuerit: ac de his etiam: qui somniantes inambulare consueuerint:

Caput. XIII.

q Vod a Plinio secūdo relatum est de. C. Meccenate: id equidem nescio risu ne dignum magis sit an admiratione: siquidem supra omnium fidem: atq; opinionē uideri potest. tradit enim. C. Meccenate eo affectu: seu morbo intentum fuisse: uti ante obitum neutiq; illi somnus contigerit ullo triennii momento: quod hercle (si uitæ hominū ratio pro re ipsa expeditur) adinaton existimari ab omnibus debet: nisi rerum forte prodigia: atq; portenta prosequamur: cum sit hominis imprudentis (ut idem Plinius inquit) fidē suā illis astringere: q̄ naturæ p̄scriptum penitus excedūt. de Theone autem stoico: eiusq; sōniis: & illud mirificū a quibusdā existimatur (ut græci authores cōmemorāt) qd̄ is dormiēs passim ābulare consueuit: quo morbo & Periclis seruus laborauit: adeo ut in sūmis etiā tectis somniās p̄ ambularet: itaq; Philosophi ipsi: q̄ Pyrrhonis decreta secuti sunt: in dubitatione sūma uersatur: an sit in oibus uitæ officiis magis hærendū: q̄ pro certo quicq; asserendū. unum hoc se scire profitētes: qd̄ nihil penitus sciant: qua in re nō min⁹ suā modestiam (ut inquit Augustinus) q̄ ineptam inscitiam arguunt.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER DVODECIMVS

Qualis doctrina Platonis fuerit: & quo mō inter Pythagorā: & Socratem medius fertur: ex Numenii Pythagorici sententia.

e Gregie Numenii Pythagoricus: ac erudite iudicium fecit de Platone philosopho: quo pacto uidelicet eius uiri excellens doctrina: inter Pythagoram ipsum: ac Socratem media extiterit: sic ut utriusq; geniū facile in eodem agnoscas: cum cōmuni iure utriq; non modo coluerit: sed etiam scribendo magnopere expresserit: uerba Numenii hæc sunt: Plato inquit certe Pythagoricus fuit: sed huc tñ & illuc liber trahitur: ac p̄ singula æque mēbra inter Pythagorā & Socratē medius fertur: nam sublimitatē illam Pythagoræ: ad maiorem qdem humanitatē duxit: humile uero illud ac deiectū Socratis: ad grauitatē & magnitudinem reduxit: atq; ita Plato Pythagora quidē popularior & cōmunior: Socrate uero grauior & sublimior est. Hæc Numenius de Platone: in libro de diffensione Academicorum: quæ uel ipse Pamphilus Eusebius recenset. ad Theodorum episcopum: quo maxime loco de philosophorum decretis differit. Quibus uiribus polleant: vii. planetæ in hominū corpore: ex Arabū libris: ac de. xii. signis: eorumq; potestate ex ueterum sententiis.

Caput. II.

h

*Plautus**Plim?**Theo**Augustinus**Numen?**Eusebi?*

i N monumentis Arabum: qui astronomica diligēter tractarūt: nō pauca interdū cōperiunt: quæ nō minorē certe eruditionē: q̄ gratiam & uenustatē retineāt: cuiusmodi hoc ē: quod ab illis traditur de .vii. planetis: eorumq; uiribus: tū in qua maxime humani corporis parte polleāt: nā cum ipsi hoīes (ut res est) de cœlo uitā & spiritū trahant: fateri etiā necesse ē: sp̄heras illas superioris: siue elemēta uiribus adeo sūmis excellere: ut ī quibusdā corporis partib⁹: ueluti suis domiciliis maiorē oīo uim: atq; potestātē exerceant: sed apponā eorum traditiones: ex quib⁹ totum fere hominū corpus ad illa .vii. elemēta deferri: ac deduci uideat: et primo asserunt: p̄ solis imaginē hominū uitam significari: ex quo ab ipso etiā sole cerebrū: & corda regi asfirmant: linguā uero & os a Mercurio: splenē a Saturno: ep̄a a Ioue: sanguinē a Marte: renes & genitale semen a Venere: stomachū a Luna: sed & singulis quoq; signis: quæ in Zodiaco ipso motu p̄peti mouent: astronomia authorēs: suas humani corporis partes dederūt: sicuti ex græcis p̄multi: & ex nostris Julius Firmicus: qui apotelesmata inquit maxime pertinere: sicubi ualitudinis locū: aut uitii uolueris inuenire. ita enim referūtur ad ipsum signiferum caput in Ariete: Ceruix in Tauro: humeri in Geminis: cor ī Cæcro pectus & stomach⁹ in Leone: uēter in Virgine: renes uertebraq; in Libra: Genitalia in Scorpione: femora in Sagittario: genicula in Capricorno: tibiæ in Aquario: pedes in Piscibus: Mallius uero poeta hæc eadem ad Augustum Cæsarem his uersibus.

FirmicusMallius

Signa hæc inquit præcipuas toto corpore uires
Exercent: Aries caput est ante omnia princeps.
Sortitur sensus quoq; & pulcherrima colla.
Taurus & in Geminis æquali brachia forte
Scribuntur connexa humeris: pectusq; locatū
Sub Cæcro est: laterum regnum: scapulaq; Leonis.
Virginis in propriam descendunt illa sortem.
Libra regit clunes: & Scorpius inguine gaudet.
Centauro femora accedunt: Scorpius utrisq;
Imperat in genibus: crurum fundentis Aquari
Arbitrium est: Piscesq; pedum sibi iura reposcunt.
Egregie factum & ingenti animo a Petro Caponio Florentino: cū Carolo Rege Gallorū in conserpēdis tabulis corā eodē rege: cū iniquiores cōtra rem. pu. uiderentur.

Caput .III.

f Actū est āno superiore: ut Carol⁹ Gallorū Rex cū magno exercitu: & instructis copiis Italia regionē iuaderet: idq; eo aīo & cōditione: ut expulsis Neapolitanis regibus: facilius regno potiretur: sed anteq̄ expeditionē obiret: Florentinorum urbē ueluti uictor ingressus est: ac mutato rei. pu. statu ab uniuerso populo & ciuibus: tamq̄ libertatis uindex benigne salutat⁹: ac

magnifice exceptus est: dein uero cū in urbe ageret: cū magna copiarum parte: ac in dies cunctando expeditionē produceret: quo Florētino populo quālibet conditionem īperaret: adeunt forte Carolū Gallorū regē ciues aliquot ex auctoritate sūmi magistratus: ut cū eo fœdus cōponant: cōditionesq; pro tēpore & fortuna accipiāt: atq; in his forte Petrus Caponius fuit: qui cū regē Gallorum nimis uideret insolescentē: ac fortuna blandientis illecebris captum: ut pote qui p̄ prohibine Florentinis conditionē imponeret: cumq; eam (ut fit) scriptis capitibus iniquiorē firmaret: inibi Pet. Caponius regē forte aspicit: ac tabulas legit: lectasq; (ut uir ingentis animi) in oculis tanti regis p̄cepit: ac simul hisdem reiectis: et nos iquit ad militē nostrū: ac relicto ibidem rege ad curiam p̄git: quod ipsum Carolus rex (quis uictoria elatus: & xx. millia militū in castris haberet) admiratus: eiusq; animum ut altiora molientem ueritus: ex itinere iubet eum reuocari: quo meliori conditione statū Florentinæ ciuitatis cōponeret: dignū certe facinus: ac memorandū cōtra isolentiā gallicam: quæ ridendo fidē frangit: & uictis illudit. idē Caponi⁹ paulo mox in frequēti senatu comitiis approbātibus impe. creatus est: ad bellū pisanū: quæ urbs a pop. Florentino in eiusdē regis aduētū descuerat: sed inter bellica instrumenta dum maiore animo q̄ fortuna uersatur: glande ictus ab hostibus occubuit.

Quot in Rom. exercitu legiones forent ex historia Polibii uiri diligētis: ac de centuriis & cohortibus non nihil.

Caput .III.

u Arie traditum est a ueteribus de Rom. exercitu: & eius numero: tum quot equites in eo ac pedites adessent: quod ego (ut rei ueritas agnoscat) ex historia Polibii uiri diligentis referēdum putauis: is enim copiose hoc totum in libro annaliū tertio explicat in hunc modum: ut mittantur ea omnia hoc loco: quæ a Liuiο in Rom. historia describunt. Romani iquit quattuor oīo legionibus exercitum absoluunt: legiones autē singulæ quaternis millib⁹ peditū cōstāt: ducentenisequitib⁹. uel sicubi maior necessitas urget: quinque milibus peditū: equitib⁹ trecentenis: his totidē iquit milites ex sociis adiciuntur: equites fere triplicati: neq; tñ seruātū id est semper a uiris Romanis: qm̄ & bello quidē punico decretum fuit: ut octo tantum legionibus regerēt: ac legiones singulæ ut quinque millia hominū haberent. Quin & ipse M. Cicero in libro de stoicorum decretis: q̄ τρεπταξια appellat: multi iquit ex te Bruto audierunt: cum diceres neminem esse diuitem: nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. quod populo Romano ex tantis uestigalibus iam pridem uix potest contingere: hoc igitur proposito: nunq̄ eris diues: ante quam ex tuis possessionibus tantum reficiatur: ut eo tueri quattuor legiones: & magna equitū ac peditum auxilia possis. neq; illud ignorat qd̄ & singuli quidem Cos. binas tantū legiones contra hostes ducebāt: auxi

PolibiusLiuius

Legio

Cicero

Gellius

liis sociorū adiectis: quod ipsum a pbis authoribus assertū est: Cincius autē in cōmentariis de re militari hac de legionibus rettulit, in legione inqt sunt centuriarū. lx. manipuli. xxx. cohortes. x. quod & Gelli⁹ quoq; uir Romanus in atticis probat:

De ingenti animo Iulii Cæs. cū ad pontem rubiconē accessit: & edictum ascriptum: quod in ponte fluminis legebatur.

Caput. V.

f Requēs mentio fit in sermonibus hominum: quāta. C. Cæsar audacia & animo fuerit: cū cōtra omnem. s. p. q. r. authoritatē fluiū Rubiconē cum exercitu transfret: atq; ad urbem accederet. id ego cū passim legerē: putauī nō fore usq; quāq; indignū: si edictum illud Rom. rei. pub. ad Rubiconem (quod in ponte legebatur) subiicerem: ita enim facilius ferociam illā Cæs. & animi magnitudinem intelligemus: qui tantum moliri facinus fuerit ausus: et si paulum dicitur tamen constitisse: ac de reditu cogitasse: cū quātum aggredereur animo reputaret. est autē hoc (sicuti ex per uetustis monumentis compertum est) in quo illa Rom. Imperii maiestas facile demonstratur.

lusu. mandatu ue popu. Rom. Cos. Impe. Trib. miles: Tiro: cōmilito: armate: quisquis es manipularie centurio: turmarie: legionarie hic sistito: uexillum sinito: arma deponito: nec citra hunc amnem Rubiconem signa: arma: exercitum: com meatum ue traducito. si quis huiusce iussionis ergo aduersus praecepta ierit: fecerit ue: adiudicatus esto hostis popu. Rom. ac si cōtra patriam arma tulerit: penatesq; sacris penetralibus asportauerit.

De peris & manticis: eorumq; nominib⁹: ac de pasceolo: & sacciperis apud Plautū. inibiq; de hippoperis apud Anneū Senecam.

Caput. VI.

c Vm uaria sint nomina sacculorum & manticarū: quae passim apud poetas: ceterosq; authores ueteres legantur: eaq; interdū legentium mentē ppter raritatem: ac nimiam uetustatē detineāt: nō sum arbitratus alienum esse ab operis nostri instituto: si ea omnia in hunc locū de maticis & peris subiiciā: quae nūc memoriā subeant. sunt. n. hac: loculi: marsupia: matica: calathus: & calathiscus p diminutionē: qui latine qualus: & quasill⁹: peraitē culle⁹: ascopa: situla: ascopa: & sacciperiū: sed: & fisci: fiscina & fiscella: spōtula: crumenā: & uelleia: his annumerātur scortea: hippoperā: pasceolum & bulga: de pasceolo autem (quia id rarius est) M. Plaut⁹ meminit in comœdia Rudente his uerbis.

Plautus

Numi inquit octingenti auri in marsupio inferunt:
Præterea cētum denaria philippea in pasceolo scorsus.

Plautus

Idem quoq; de sacciperio.
Quæ nam balena inquit meum uorauit uidulum

Mandatu. Sic semp
in pandeētis

Velleia

Aurum atq; argentum ubi omne compactum fuit:

Eadem illa credo: quæ meum marsupium

Quod plenum argenti fuit in sacciperio.

De hippoperis facta est metio i epistolis Annei Senecæ: cum de M. Catonis frugalitate diceret. M. Cato censorius inquit: quem tam necessarium fuit rei pub. nasci: q; Scipionem. alter enim cum hostib⁹ nostris bellum: alter cū moribus gessit: cantherio uehebatur: hippoperis quidem impositis: ut se cum utilia portaret: de uelleis autem & fiscinis ad hunc modum Pedianus Asconius: super secunda Ciceronis oratione in Verrem. sporta inquit: sportula: sportella: nummum sunt receptacula: & facci: facculi: saccelli: & crumenæ: & uelleia: & scortea: & mantica: & marsupia: ita etiam fisci: fiscina: & fiscella: & sparteæ sunt utensilia: ad maioris summæ pecunias capiendas.

SenecaPedianus

De Rom. spectaculis: & ludis apparatusissimis Probi impera. cū de Germanis triumpharet: ex historia Flauii Vopisci.

Caput. VII.

t Enent me interdū: quæ a ueteribus tradunt de romanis spectaculis: scenicisq; ac uariis ludis: i quibus celebrādis uidentē adeo fuisse qdā ipe ratores peliues: ut in hoc propemodum constitisse appareat totius uictoriæ laus ac dignitas: quoniā fere ad triumphales uictorias illustrandas spectacula ista & ludicra parabant. sed libitū mihi est: ea hoc loco referre: quæ i triūpho Probi Augu. impera. Rom. populo exhibita sunt: cum ex eo abunde possit intelligi: in quibus uoluptatibus ac delitiis Rom. populus esset occupatus. sicubi Rom. imperatores pro rebus bene gestis solemniter triumphassent. Probus autē imper. cum de Germanis: Blemis: ac Drungis triūphaturus esset: uenationē amplissimā Romæ in circo exhibuit: ita ut ro. po. oia passim diriperet: sed ascribā uerba Flauii Vopisci: quib⁹ hoc totū: nec inelegāter profequitur. genus inquit spectaculi eiusmodi fuit i triūpho Probi Imper. arbores ualidæ per milites cum radicibus uulsæ: cōnexis late longeq; trabis affixæ sunt: terra dein superiecta: totusq; circus ad siluæ speciē cōsitus gratiam nobis uiroris obtulit. immisi deinde per omnes aditus structiones mille: mille Cerui: mille Apri: mille Damæ: libycæ oēs feræ: & cetera herbatia animalia: quāta uel ali potuerūt: uel iueniri. immisi deinde populares: rapuit qsq; qd uolebat: sequenti die adiecit in aphiteatro una missione cētū iu. batos leones q rugitibus suis tonitrua excitabāt: q oēs cōtis & sibinis iterēpti fūt: & mox occisi pterea multi fūt: q dirigere uolebāt sagittas: & immisi cētū leopardi libyci: cētū deinde syriacæ: cētū damæ: & ursi simul trecēti: atq; itē fūt adita gladiatorū paria. ccc. blemis plarisq; pugnatibus: q p triūphū erāt ducti cū Germanis: Sarmathis: ac multis latronib⁹ Sauris: hac hæctenus de pbi imp. triumpho: qn nec defuerunt apud ueteres: q de ludis scenicis: ac isti

VopiscusSyriacælibycæ

h iii



usmodi spectaculis libros integros componerent. quod alibi explicavi: cum agerem de Iunio Messalla: qui uniuersum quidem patrimonium: in edendis: spectandisque ludicris dicitur consumpsisse.

De ueteri germanorum re. pub. & eorum moribus: institutis: ac legibus: tam in militia: quam in religione: non contempnenda obseruatio.

Caput. VIII.

Nihil inuenio in ueterum commentariis utilius: & ad uitae usum commodius: quam leges: ac uarios ritus ciuitatum obseruare: moresque & consuetudines multorum populorum perdiscere: quo maior prudentia: & cognitio fiat honestior. ex quo cum libros nuper legerem: qui de germanis: eorumque moribus differunt: non putavi fore indignum: aut a prescripto nostri operis alienum: si de multis quaedam colligerem: atque ad usum memoriae subiicerem: cuiusmodi haec sunt: quae ad rei publicae imperium: militaremque disciplinam: & religionem germanorum pertinerent.

Publica omnia & priuata armati agunt.

Reges quidem ex nobilitate probant: duces uero ex uirtute.

De rebus maioribus principes consultant: de minoribus omnes.

Nullum mortaliu a propriis laribus arcent: quod aliquem arcere maxime in humanum. Sera est iuuenum uentura: & foeminae ipsae in robusta iam aetate nubunt. (fit.)

Vxores autem singuli habent singulas:

Neque dotem marito uxor: sed uxori maritus affert.

Iam & in militari disciplina plurimum commendant: cum egregie talia obseruent.

Principes enim per uictoria pugnant: & comites caeteri pro principe.

Idem ignominiosum ducunt: scuta in propriis relinquere.

Ex familiis & propinquitatibus conficiunt turmas.

foeminaeque interdum in exercitu habent: quae inclinatae quandoque aciem feruntur restituisse ad negotia fere omnia: & ad conuiuia armati procedunt.

In cultu uero deorum fidem: pietatem: ac religionem mirifice obseruant. nam de diis: eorumque actis sanctius ac reuerentius dicunt credere quam scire: unde illud frequens apud eos de deo credendum: non querendum. deorum imagines minime ad humanam formam faciunt: quod illa coelestis maiestas supra humanitatem sit: nefas putant: ut ignominiosi adsint in sacris. talia fere sunt quae de germanorum moribus ab antiquis scriptoribus referuntur: sicuti a Tacito. Plinio: & aliis qui praeter alia multa: & hoc de germanis asserunt: plus ualere apud eos bonos mores: quam apud alios bonas leges.

Urbane factum a Claudio Imperatore. de Scypho surrepto a T. Iunio in conuiuio: ac res ibidem explicata.

Caput. IX.

Epide factum ac per urbem traditum a Claudio Imperatore. cum T. Iunio uiro praetorio in conuiuio celebri: in quo cum plures (ut fit) primae nobilitatis conuenissent: ac figulis uasa corinthia: uel myrrhina (ut par est) apponerentur: quo nihil ad elegantiam posset desiderari: inibi T. Iunius: qui & praetor: & legionis praepo-

situs fuit: supra occasione aureum Scyphum egregii operis suffuratus est: quod cum in ratione colligenda Imperator. Claudio deprehenderet: per elegantem cometo bonis furtum putauit de tegendum: parato. n. mox alio conuiuio: idem accessit: tur: qui ad imperatoris dapes pridie conuenerant: et cum singulis uasa eadem genere: mea: & preciosa in mensa reponerentur: uni dumtaxat. T. Iunio famulis ac fictilibus ministratum est: quod & Suetonio (suppresso Iunii nomine) scribit: ex quo deinceps probro seruili respersus est: quasi scyphum aureum in principis conuiuio surripuisset: ut est auctor Cor. Tacitus: sed is tamen Iunius in galliae narbonensis praefectura se uere admodum: atque integre prouinciam rexit: quod apud auctores relatum est.

Iudicium factum ab Hadriano imperatore. de aegyptiis populis: eorumque moribus: ac ibidem epistola perelegans Phlegontis Tralliani: ac de eius operibus non nihil.

Caput. X.

Non putavi absurdum fore: nec ingratum legentibus: si Phlegontis tralliani epistola de aegyptiis: eorumque moribus subiiciatur: qui libertus Hadriani Caesaris fuit: quoniam in ea de iudaeis etiam atque Christianis: & urbe Alexandria non nulla refert digna profus memoria. neque autem me latet hanc ipsam epistolam sub Hadriani principis nomine missam fuisse Romam Seruiano uiro maximo: & qui ter consul fuerit: sicuti Flauius Vopiscus tradit: in libro ad basium secundo. Hadrianus inquit Augustus. Seruiano Consul. Sal.

Aegyptum: quam mihi laudabas Seruiane: totam didici leuem: pendulam: & ad omnia famae momenta uolitantem: illi qui Serapim colunt: Christiani sunt & deuoti sunt Serapi: qui se Christi episcopos dicunt: nemo illic archidiaconus: nemo iudaeorum: nemo samarites: nemo christianorum non praesbyter: non mathematicus: non aruspex: non aliptes: ipse ille patriarcha cum aegyptum uenerit: ab aliis Serapide adorare: ab aliis cogitur Christum: genus hominum feditiosissimum: uanissimum: iniuriosissimum: ciuitas opulenta diues: foecunda: in qua nemo uiuat ociosus: alium uitrum conflant: ab aliis charta conficitur: omnes certe lymphiones cuiusque artis uidentur: & habent podagrosi quod agant: habent caeci quod agant: ne chiragrics quidem apud eos ociosi uiuunt: unus illis deus est: hunc Christiani: hunc iudaei: hunc omnes gentes uenerantur: et utinam melius esset morata ciuitas: digna profecto sui profunditate: quam per sui magnitudine totius aegypti teneat principatum: huic ego cuncta concessi: uetera priuilegia reddidi: noua sic addidi: ut praefecti gratias agerent: denique ut primum discessi: & in filium meum Verum multa dixerunt: & de Antinoo: quae dixerunt: comperisse te credo: nihil illis opto: nisi ut suis pulchris alantur: quos quemadmodum foecundant pudet dicere: calices tibi albos: fortes: diuersi coloris transmisi: quos mihi sacerdos templi obtulit tibi: & sorori meae specialiter dedicatos: quos tu uelim festis diebus: conuiuibus adhibeas: caueas tamen ne his Aphricanus noster indulgenter utatur: Vale

h iiii

Suetonius

Cor. Tacitus

Vopiscus

Tacitus

Plinius



Vopiscus

hæc de ægyptiis Hadrianus: ex quo sic Vopiscus i uita Saturnini Augu. sūt inq̄t ægyptii uetosi: furibūdi: iniuriosi: nouas: reg: auidi: & usq; ad catilenas publicas liberi. fuit autē Phlegō Hadriani p̄cipis a secretis: ac libros p̄ multos cōposuit: sicuti in Sudæ collectaneis legitur: itaq; nō pauci etiam fuerūt: qui opera q̄dam Hadriani in hunc ipsum Phlegontē rettulerunt. nā Hadrianus idē tam cupidus famæ fuit: & laudis: ut libros a se scriptos de sua uita libertis suis litteratis dederit: qui eos suis nominibus publicarent: quod cum alii multi: tum Aelius Spartianus tradit ad imper: Dioclitianum.

Sudas

Dictum elegans Phauorini philosophi de Hadriano imper. ac itidem simile quiddam Asinii Pollionis cum Octauio Augu.

Caput. XI.

n On pauca in ueterum monumentis reperiuntur: quæ Phauorini philosophi & ingenium: & optimas disciplinas probet. is enim ut Hadriani tēpore græca facundia p̄stitit: ac Rom. quoq; eruditionem egregie calluit. Sed impræfens dictum eius admodū elegans apponam: in quo facile atticā astutiam: atq; artem cognoscas: nam cū Aelius Hadrianus imper. cū Phauorino (ut fit) de litteris ageret: atq; illum in uocabuli usurpatione liberius reprehēderet: amicis id arguentibus: qđ iniquius Hadriano de uerbo eiusmodi concederet: quo idonei authores uterentur: subridēs Phauorinus: et male inquit mihi suadetis familiares: qui non illum me doctiorē haberi ab omnibus æquo animo feratis: qui. xxx. legionibus imperet. in hunc modum nimia iper. Hadriani ambitio: famæq; cupiditas delusa est. pari exēplo & Pollio Asinius: cum fescenninos in eū Octauius Augu. scriberet: at ego inquit ta ceo: nō enim facile est. in eum scribere: qui potest proscribere: quod in cœniscitiā Macrobianis Auienus asseruit.

Macrobius

Verba Hieronymi exposita de Hismenia cōtra quorūdā inscitiā: atq; ineptias. tum de Antigenide & Hismenia tibicinibus non nihil additum.

Caput. XII.

Hieronym

Isi nuper quorūdam inscitiā: cum forte Hieronymi apologia aliquot audientibus legeretur cōtra Turrantiū Ruffinum: tum eo maxime loco deprehensa est eorū ignoratio: cum de errorib⁹. lxx. agit in his uerbis: et quod nūc dabreiam yn interpretat⁹ sum: iccirco feci ut inextricabiles moras: & siluam nominū: quæ scriptorum uitio confusa sunt: sensuūq; Barbariem apertius pueruum cola dirigerē: mihi met ipsi: & meis iuxta Hismenia cā nens: si aures surdæ sunt caterorū: quæ uerba i odem Hieronymo leges: i p̄ fatione Paralipomenon ad Chromatiū: sed quo loco ait iuxta Hismeniam: qđā fluuiū itelligi dixerūt: alii mōtem: alii philosophū nescio quē: ut nihil ieptius aut dici absurdus possit: cū sit accipiēdū iuxta Hismenia hoc loco ex eius Hismenia tibicinis dicto: quo se ipsum sibi met canere asserbat: ita enim sensus procedi: & dicti gratia: quā rem uidetur mihi Hieronym⁹ a græcis authorib⁹ (ut alia multa) mutuatus: qui de ipso Hismenia referunt soli

Hieromy

Hismenias

tum saepe dicere: sibi ipsi canēdum esse. fuit enim Hismenias tibicē peritissimus Antigenidis discipulus: de quo etiam Boetius in musicis: Hismenias inquit Thebanus boetiorum pluribus: quos ischiaticus morbus uexabat: moduliscuntas fertur absterxisse molestias: neq; illud ignoramus: qđ hoc ipsum quidam rettulerint ad Antigenidē: quoniam is discipulo suo diceret: mihi cane & musis: ex quo sic. M. Cicero in libro de claris oratoribus: tibi cen inquit Antigenides discipulo suo frigenti ad populum: mihi cane inquit & musis: ipsa autē Antigenides (ut ē author. L. Apulei⁹ i oratione ad Seuerianum proconsulem) omnis uoculæ egregius modulātor fuit: & omnimodis peritus modificator: seu tu uelles eolium simplex: seu asium uariū: seu lydium querulum: seu pbrigium relligiosum: seu dorium bellicosum. mitto nunc ea de Hismenia: quæ apud græcos leguntur: qñ & Plinius nobilem hunc facit: tradendo fulgentibus gemis uti solitum: sic ut ea ostentatione musica artes magis censerentur. quod & Nichomachus: & Dionysiodor⁹ pari studio factitarunt.

BoetiusCiceroApulei⁹Plini⁹

Deos æuiternos & æuintegros a poeta Ennio appellari: & Apulei uerba apposita de diis æuiternis.

Caput. XIII.

æ Viternos deos apellauit. Q. Ennius ea ratione: qđ in sempiterno æu maiestatem diuinam retineant: itaq; maximum louē p̄ncipem & æuiternū uocat: sicuti a grāmaticis nostris adnotatū est. L. quoq; Apulei⁹ cū de nomine ac potestate deorū disputat: æuiternos dicit his uerbis: hos inq̄t deos in sublimi ætheris uertice locatos: ab humana cōtagione pcul discretos: plurimi sed non rite uenerantur: oēs sed inscite metuunt: pauci sed impie diffidentur: quos deos Plato existimat ueros: incorporales: animales: neq; sine ullo exordio: sed prorsus ac retro æuiternos a corporis contagione sua quidē natura remotos: ingenio ad summam beatitudinem pro recto nullius extrarii boni participacione: sed ex bono: & ad omnia cōpetentia prononutu: facili: simplici: libero: & absoluto: Seruius autem grammatic⁹ & æuintegros deos refert ab eodem Ennio appellatos: qđ integra eorum ætas: atq; perfecta consistat. in antiquis uero elogiis æuiternum genium legimus: sic. n. Roma i tabula marmorea descriptum ē. D. P. O. T. ET GEN. A. E. V. E. I. T. D. quod interpretari ad hunc modum possumus. diis potentibus & genio æuiterno dicatū: sed & Plinius secundus de æuiterno deo meminit: i cuius sacris furuum bouem imolari mos fuit: quod a Ver. Flacco notatum est.

Apulei⁹PlatoSeruiusPlini⁹

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA LI
BER TERTIVSDECIMVS.

Pulcherrima discriptio ð naturæ ordine ac potestate ex Bardesane Syrio:
ac Pacuuii carmen allatum de re consimili.

Eusebi?
p Er multa passim apud philosophiæ authores leguntur: de uiribus
atq; potestate naturæ: cuius prouidentia factum sit: ut elementa
ita dem ipsa suis quasi numeris oriantur: concresecant: & obeant: quæ
oia æque animantia simili lege ad ortum: & obitum perducan-
tur. quam rem mirifica quidem elegantia & eruditione uidetur mihi impri-
mis Bardesanes syrius descripsisse: quem Pamphilus Eusebius in disciplinis
coelestibus omnium Chaldæorum doctissimum appellat. sed libitum est eius
uerba subiicere: quibus aperte cognosci possit: & eiusdem authoris eruditio: &
naturæ ipsius: atq; mortalium uitæ elegantissima descriptio: cum inter ipsa bru-
ta animantia: & homines mirificam certe differetiam afferat: sic enim tradit.
Homo nascitur: alitur: crescit: comedit: bibit: dormit: senescit: moritur: quæ
omnia sibi cum cæteris animantibus æqua ratione communia sunt: sed bru-
ta quidem & stolidia animalia (quæ græci ἀλογα uocant) cum procreata sunt
natura ipsa: non ratione feruntur: Leo carnes comest: ac si quis iniuriam infe-
rat: strenue pro salute pugnat: oues autem fænum esunt: carnes ne uti-
gunt: neq; se ab iniuria defendunt: scæpio terræ glebis depascitur: & aculeo uirulento
nec iniuriantes inuadit: somica duce natura futuram hyemem præuidet:
obidq; summo labore: ipsa æstate alimenta sibi ad uitam recedit. Apes ipsæ
mel conficiunt: eodemq; nutriuntur: plura eademq; magis miranda possum
narrare: sed hæc satis arbitrator: ex quibus intelligamus bruta ipsa: & rationis
experita ferri natura: ac secundum eam iucunde uiuere. soli autem homines
cum & natura (ut dictum est) ducantur: mentem simul ac rationem: quæ inde
oritur: præcipuum ueluti munus adepti sunt: etenim non unus quidem ho-
minibus cibus: sed uarius ac diuersus: alii ut leones nutriuntur: alii sicuti
oues: neq; itidem unus omnibus uestitus: non mos: non lex: non unus uiuen-
di modus: non simplex rerum cupido: sed hominum singuli uitam sibi pro-
uoto deligunt: neq; uicinos (nisi quantum libuit) imitantur: hæc hæcenus Bar-
desanens. M. autem Pacuuius uir in scribendis fabulis excellens: uim ac po-
testatem naturæ in Chrysippo egregie admodum conscripsit: cuius merito eue-
niat: ut orta omnia (quod inquit Sallustius) occidant: & aucta senescant: Pa-
cuuii uersus hi sunt.

Quicquid est hoc: omnia animat: format: alit.
Augeat: creat: sepelit: recepitq; in se se omnia:
Omniumq; idem est pater: indidemq; eadem

Quæ erunt de integro: atq; eodem occidunt.
De malo ciuiliū dissensionum: & imago discordiæ elegantissimis uersu-
bus a Petronio Arbitro descripta.

Caput .II.

c Vm nup legerem Petronii Arbitri carmen de bello inter Cæsarem & Pō-
peiū: mirifice me talis descriptio tenuit: sed in ea maxime parte sum de-
lectatus: qua discordiæ imaginem graphice & erudite expressit: quod ego ad-
notandum putauit: siquidem nihil in quacumque ciuitate calamitosius: atq; pestilē-
tius est seditione ciuili: & intestinis factionibus, sicuti nostra quoque ætas abun-
de intelligit: qua subcrescentibus passim italiæ fluctibus ac discordiis: galliæ
reges illam inuadentes pessime affecerunt: sed apponam carmen Petronii.
Intremuere tubæ: ac scisso discordia crine
Extulit ad superos stygium caput: huius in ore
Concretus sanguis: contusaq; lumina flebant.
Stabant irati scabra rubigine dentes.
Tabo lingua fluens: obsessa draconibus ora:
Atq; inter toto laceratam pectore uestem:
Sanguinea tremulam quatiebat lampada dextra.
Ex his constare potest: quod sit diligenter & assidue laborandum: ut istiusmo-
di seditiones: atq; discordias effugere possimus: quoniam id a Catone ciui-
tatis uenenum uerissime est appellatum: sicuti & M. Agrippa asseruit: qui
multum se debere Sallustianæ sententiæ professus est: quo loco egregie ac pru-
denter inquit: Concordia paruæ res crescunt: discordia maximæ dilabuntur.

Romanorum lex de diis colendis: ac pbandis p. S. p. q. r. ac de Christo
etiam: & quantum Tib. Imperat. illi concesserit.

Caput .III.

n Vper habita mentio est de Tiberio Impatore: & Christi miraculis: quæ
situmq; a uiris doctioribus: an Cæs. Augu. quicquid de eo comperisset: qui
tot miranda: penes in credibilia in ægypto ac Syria palestina effecisset: qua in
re tam etsi non pauca ultro citroq; pro tempore habita sunt ad id pertinen-
tia: nullus tamen ex ueteribus copiosius hoc explicat: quæ Florens Tertullia-
nus: cui equidem propter antiquitatem: & egregiam eruditionem: non dix-
rim quantum concedam ac deferam: is aperte probat relatū fuisse Tib. prin-
cipi per Pontium Pilatum de Christi diuinitate: qui tum apud Syrios præse-
ctus agebat. quod etiam in Taciti historia notatum est. Quin & ipsum refert
Cæsarem Tertullianus (quod est magis mirandum) detulisse hoc ad senatū:
cum prerogatiua: ut inquit sui suffragii: senatus uero Romanus quod eam
rem minus probaret neglexit: Cæsar in sententiâ perstitit: periculumq; & po-
nam his comminatus est: qui temere Christianos accusarent. hæc in quæ Ter-
tulliano in eo potissimum libro referuntur: qui apologeticus contra gētiles

Tertullian?

Tacitus

Tertullian?



inſcribitur: neq; autem mirum eſt: ſi ſ. p. q. r. Impera. Tiberio hac in re nõ paruit: quoniam de nouis diis recipiendis: atq; expellendis: ſenatus ipſe qua polleret authoritate decernebat: ſicuti Romanæ leges ac decreta ſtatuerunt. nam & in pontificum libris ita ſeruatũ eſt.

Seperatim nemo ſit habens deos nouos: ſiue aduenas.

Niſi publice aſcitos priuatim colunto.

Diuos: qui cœleſtes ſemper habiti colunto.

Conſtructa a patribus delubra habento.

Ex his autem facile colligitur: haud permiſſum cuiq; in urbe deos ſibi alios aſſumere: præterq; quos. ſ. p. q. r. uoluiſſet: ex quo dictum merito eſt ab

Tertullianum eodem Tertulliano: uetus decretum Romæ fuiſſe: ne quis deus ab impera-

Eusebium tore poſſet conſecrari: niſi a ſenatu etiam probaretur. Eusebius autem Pamphilus in ſacra hiſtoria hac eadem aſſerit: mutuat⁹ fere (ut alia multa) a Tertulliano: quem legum: decretorumq; romanorum peritiſſimum uocat.

De nimia feritate Saporis regis contra Rom. Imper. Aurelianum: ac de Tamburlano etiam principe ſimile exemplum cõtra Bayſettum Thurcarum imper.

Caput. III.

q Vi res geſtas imperatorum apud ueteres litteris commendarunt: de Sapore perſarum rege: iter alia unum hoc animi inſolentis: & imperioſi exemplũ referunt: de quo mihi agendum putauit. is enim Sapor cum in bella contra ſenatum po. q. r. impera. Aurelianum cœpiſſet: cum maxima quidem ignominia eum hominem captiuum detinebat: qui toti⁹ fere orbis terrarum imperator fuiſſet: ſic ut aſcendurus equum Rex ſapor: curuatos Aureliani humeros pedibus premeret: ac deinde equum regeret: qua animi elatione & inſolentia: nihil prope immodetiſ: aut inſolentius dici poteſt: cũ & rex Belſolus: Odenatuſq; & Valen⁹: aliiq; compluris præclari principes ad repetendum Rom. Impe. Aurelianum inſurgerent contra Saporem: ſed & Tamburlanus (qui multo poſt Imperator maximus apud Scythas præſtitit) non minore quidem ſauiſſa & animi feritate fuit: quod alibi a me cõmodi⁹ relatũ eſt. is enim Taburlanus Bayſettum thurcarum principem cum in bello cœpiſſet: per omnes ſane expeditiones: quas egit complures: catenis deuinctum in exercitu circumagebat: quo tam diro exemplo talis crudelitas magis magiſq; populis innotefceret.

De. L. Metello uiro clariffimo: & quod in tota uita decem præcipua pro uoto ſit conſecutus: ac de Crasso etiam Mutiano: cuiſq; inſignib⁹:

Caput. V.

e Gregie factum eſt: ac pro Romana dignitate a L. Metello: qui decem ſe præcipua: & maxima in tota uita conſequi ſummo ambitu deſidera

uit eaq; (ut traditur) abunde pro uoto ſibi parauit: ſunt autem hæc: quæ uir maximo animo & cõſilio cõcupierit: ut ex his aperte intelligatur: q̄ uel a te nera ætate uirtutum inſigna i hominum ingeniis præluceſcant. uoluiſſe. n. ferunt primarium ſe bellatorem eſſe: optimum oratorem: fortiffimum imperatorem: auſpicio ſuo maximas res geri: maximo honore uti: ſumma ſapientia eſſe: ſummuſ ſenatorem haberi: pecuniam magnam bono mō inuenire: multos liberos relinquere: & clariffimum inciuitate eſſe. atq; hæc quidẽ (ut dixi) conſecutus traditur. ſicuti. Q. Metellus ſcripſit in oratione de laudibus patris: & C. Plinius in hiſtoria naturali recensuit: ſiquidem non modo quidecemuir fuit agris dandis: ſed pontifex: bis Coſ. dictator: & magiſter equitum: etiamq; a pop. Rom. curru donat⁹: quo in curiam ueberetur. quod ipſum alibi a nobis copioſe relatũ eſt: P. uero Crassus Mutianus uir ſtren⁹ atq; clariff. quinq; maxima & præcipua diciẽ habuiſſe: ut Afellio Sempronius in romana hiſtoria rettulit: qd̄ eſſet quidẽ ditiffim⁹: nobiliſſimus: eloquẽtiſſimus: iuriſconſultiſſimus: qd̄ etiam pontifex max. quã rem & i Gel-

lianis noctibus comperies. *Plim⁹*

Diligens adnotatio de generibus telorũ ac nominibus: & quæ cuiuſq; gẽtis ſunt: tum de lancea: & ceſtris non nihil.

Caput. VI.

n On defuerunt apud ueteres: qui de re militari cum ſcriberent: Telorũ quoq; genera: & gladiatorum referret: ſed ea tamen minus apte: & cõmode diſtinxerũt. quod ego nuper in quorundam obſeruationibus cognoſci: qui ueterum authoritate decepti: paulo imprudentius ineundẽ ſunt errorem delapſi: qua r̄ te ut ad liquidum ueritas pernoſcatur: telorum genera & iaculorum aſſeremus: quibuſq; nominibus apud ſuos populos cenſeantur: ne quis diligentiam in nobis: maioremq; præterea curam deſideret. ſunt igitẽ hæc: quæ apud probos authores iaculorum uocabula comperies: ſpari: cateia: frammea: caia: rumigeſti: meſacula: ſibini: geſſa: ueruta: aclydes: rōphea lancea: pila: ſariſſa: nam & ſci bones quoq; & tragulas: & telones: hæſtas: ſudes: phalaricas: iſſos: faces: ſemiphalaricas: ceſtra: ſolliferrea: & ſcōpios leges propria uero populorum hæc ſunt: ut doctiores fere conſentiunt: frammea germanorum: geſſa Gallorum: rōphea trbacũ: lancea Hiſpanorũ: Pila Romanorũ: iſſi boiorũ: ſariſſa Macædonũ: uide Sariffophoros milites (q̄ cũ Alexandro macædone decertarunt) frequens apud græcos authores inuenias: ſibini uero Iliricorum ſunt. Quod autem lanceam dixerim eſſe hiſpanicum: ſecutus ſum. M. Varronem: & Gellium: nam Varro ipſe in libris rerum diuinarum lanceam aſſeruit nõ latinum quidem: ſed hiſpanicum eſſe uerbũ: etſi Pomp. Feſtus (qui Verrii Flacci commentarios in breuiarium cõtraxit) græcũ eſſe hoc ſcribat: qd̄ apud eos λόγχη pro haſta capiaẽ: ac λογίτης ſatelles ſit: unde ridiculus error uulgi e ſacra hiſtoria emerſit. Loginum temere credentis pro lancea: cum uerba in Ioannis euangelio ad hunc modum legã

Gelligr

Telorũ gener.

Varro

Feſtus

Longinus

Feſtus Verrii flacci cõmentarios in breuiarium contraxit



tur ἀλλ' εἰς τὴν στρατιωτικὴν λόγῃ αὐτῆς τῆς πλευρᾶς ἐνεύει. **Cæstron** uero apud græcos teli gen⁹: quod in bello p̄fico inuentum fuerit: sicuti **Sudæ** collecta nea probāt, quidā ex n̄ris Viriculū latine uocarūt: sibi nā quoq; iter ipsa tela relatū: Sex. Pōpeius libro. xix. de uerbis prisca testat: Sibina inq; ap̄d illyri cos telum dicitur: uenabuli simile: de quo & **Q. Ennius** in Rom. annalib⁹ meminit.

Illyrici restant: sicis: sibi n̄isq; fodentes.

De anatomice disciplina: & historia de **Aristomene Messenio**: qui hirsuto corde fuerit: ac ibidem relata quædam ex ueterib⁹ de humano corde.

Caput. VII.

u Idere est apud eos authores: qui libros anatomicos ediderunt: miranda quædam: & quasi incredenda describi de humani corporis partib⁹: qua in re putamus magna ex parte fidem illis adhibendam: quandoquidem curiosa ueterum sedulitas: nihil prope itactum: uel incōsideratum reliq;: in quo non se demitteret. illud autem inter alia me nuper tenuit: qđ in quibusdam hominibus traditum sit: cum eorum cadauera dissecarentur: hirsutum cor fuisse inuentum: ueluti & in corde bouis: equorumq; ossa etiam cōperta. Inter alios uero **Leonidam Sparthanum**: & **Aristomenē Messeniū** nominant: **C. Plinius**: & **Max. Valerius**: eosq; animo & fortitudine fuisse insignes: atq; præclarissimos asserunt. etenim **Aristomenes** quidem (ut in ueterū historiis traditur) trecentos **Lacedæmones** occidit: cumq; idem conuulnertus foret & captus: latomiarum pœnam & angustias: per cuniculos: & cauernas euasit: secutus uidelicet subterraneos aditus: iterū captus (custodib⁹ somno sopitis) ad ignem accessit: & lora cum corpore exussit: cum tertio caperetur: **Lacedæmones** eiusdem pectus dissecuerūt: quo hominē quoq; itrospicere possent: inuentumq; est hirsuto corde fuisse **Aristomenem**. de percib⁹ autem: quod in paphlagonia bina corda habeant: authores sunt: **philosophus Theophrastus**: **Plinius**: & **Gellius**: sicuti etiā uulgatū illud in extispiciis: cor ipsum aliquando haud in uictimis inuētum: quod ipsum. **C. Cæsari** sacrificanti non semel dicitur accidisse: quibus autē cor rigidum sit: brutilla: & stolidia animantia existimatur: quibus prægrande: timidiora & pauida: quibus parua: audacia & animosa: quod & **C. Plinius** ex **Aristotelis** libris: ut alia multa recenset: quo loco de anatomice differit.

Quo modo **Dioclitianus Cæs. Imperii dignitatem contempserit**: & quibus uerbis ap̄d po. Romanum deprecatus sit.

Caput. VIII.

Id Ignium sane exemplum de imperio **Dioclitiani Augu.** in ueterum cōmentariis reperitur. is enim **Dioclitian⁹** Romæ imperator factus: diu imperium cum **Herculio Cæsare** tenuit: quo factum est: ut cum in senium

uergeret: relicta imperandi cura: priuati hominis personam delegerit: quæ parum foret idoneus ad imperiū Rom. popu. moderandum: quod equidē propterea existimaui referendum: ut etiā quiuis intelligat: qđ maxime interdum fallantur homines: qui ea summo ambitu conquirant: & immoderata libidine expetant: quæ fugienda profus: ac deuitanda prudentiorum iudicio censentur. nam hic idem impe. **Dioclitian⁹**: ubi se imperio abdicauit: **Salonas** concessit dalmatiæ urbē: in qua natus esset: cumq; ibidem priuatus in uilla iuxta **Salonas** ageret: ac molliter pro ætate præclaro in otio cōquiesceret: rogatus plurimum est: a Senatu. p. q. r. ad imperium recipiendum: sed istalē dignitatē: æque ac maximā pestem accusauit: atq; in hunc etiam modum rescripsit. Utinā Romani possitis bolera uisere: nostris manibus **Salonis** instituta: profecto enim numq; istud tētandū iudicaretis: ex quibus haud dubie colligitur: quanti sit habenda ratio uitæ quietioris: præsertim in ætate iam affecta. nam idem quoq; **Dioclitianus** cum priuatus uiueret: prudenter atq; egregie de imperio dixit: Nihil esse in rebus humanis difficilius: quā bene imperare: quod & **Flavius Vopiscus** in cōmentariis ad **Bassum** scribit.

Dissentire. **C. Plinium** ab antiquis scriptoribus de urfis Numidicis: & qđ in Libya: & Numidia celebrentur: ex **Solino**: **Herodoto**: & aliis.

Caput IX.

f Eruatum est: & in Rom. annalibus relatū: urfos quidem numidicos in circo Romano ab **Aedilib⁹** editos. **M. Pisone**: & **M. Messalla Cos.** qua in re. **C. Plini⁹** mirari se plurimum refert: qđ etiam numidicos ad ditū sit: cum in ipsa (ut inquit) aphyrica minime urfi gignantur. ego etsi a **Plinii** autoritate non censeam penitus dissidendum: quoniam is quidem in ueterum monumentis perquirendis pensandisq; diligentior cæteris: & accuratior uideri solet: nō tamen prætermittam: quo minus ea de urfis numidicis ascribam: quæ cum publica annalium autoritate conueniāt: siquidem **Lulius Solinus** in polihistore (ita enim liber inscribitur) de urfis numidicis hæc tradit. Numidici urfi forma inquit cæteris præstant: rabie dumtaxat: & uilulis profundioribus: quod haud dubie probat: & in ipsa pariter numidia urfos procreari: uerba autem ex Rom. annalibus hæc sunt: quæ **Solinus** etiam (ut alia p̄ multa) ex libris **Plinianis** trāstulit. **M. Pisone** & **M. Messalla Cos.** ad. xiiii. Cal. Octobris. **L. Domitius ænobarb⁹** curulis ædilis urfos numidicos centū: & totidē uenatatores æthiops in circo romano dedit: quod spectaculū inter memorabiles titulos annotatur. **Herodotus** quoq; alicarnāse us idem sensit de urfis libycis: ut poetas nostros mittam⁹: qui aperte pbant: fuisse numidicos urfos maxime celebres: nam & numidas: & libycos passim appellitant: cuiusmodi illud. Profuit ego nihil misero: qđ comminus urfos Figebat numidas: albana nudus arena.

Sudas

Festus

C. Plinius

Vale m.

Theophrastus

Plinius

Gellius

Plini⁹Vopisc⁹Plini⁹

Solinus

Solinus

Plini⁹

Herodotus

Iuuenalis

Quid si falso tribuuntur hæc uerba plinio?
scripta n. ab aliquo studioso g. eius opim



aliud: qđ frēno lybici domantur urfi
De figuris & effigie elementorum: ex Pythagorica doctrina apđ Philo-
sophum Platonem.

Caput X.

Pro comperto iam omnibus est: Platonis quidem philosophiam ma-
gna ex parte e sacris illis: ac mysteriis Pythagoræ prouenisse: quando &
ipse Plato pleraq; non aliter sensit ac Pythagoras: quod ipsum alicubi inge-
nue professus est: ut homo ad ueritatē natus: cuiusmodi etiam placita hæc:
atq; decreta sunt: de mundi primordiis ac elementis: eorumq; habitu & figu-
ris. asserit enim Pythagoras: quiq; eum secuti sunt: Terræ elemētū cubi: seu
quadrati effigiem præferre: Ignem uero Pyramidis: Aquā forma esse octan-
gula: uniuersum autem duodecim angulorum effigie: in qua sentētia & Pla-
to ipse fuit: qui in Tymeō copiose hoc totum percensuit. quod ego uel ob-
id obseruandum putauit: ut istiusmodi etiam opiniones memoriæ commen-
darem: sed enim Pythagoras in hūc modum ait: sicuti & Claudius Galen⁹
repetit: quo loco de philosophorū placitis: atq; sententiis disputat: Pytha-
goras iquit ἐκ μὲν γὰρ τῆς κύβου γεγονέναι τὴν γῆν φησὶν. ἐκ δὲ τῆς πυραμίδος τὸ
πῦρ. ἐκ δὲ τοῦ ὀκταέδρου τὸ ὕδωρ. ἐκ δὲ τοῦ δωδεκάεδρου τὴν ἄπαιρος σφαῖρα.
quod & Ioānes Zezes diligenti studio profecutus est: uir (ut apparet) i omni
antiquitate maxime diligens.

Quid in Romana Theologia forent deus Sentinus: & Deus Vitunus: ac
de diis etiam selectis non nulla ex Varronis: & Augustini commen-
tariis

Caput XI.

Varro 1 lbros. xvi. scripsit. M. Varro de Romanorum Theologia: in quibus
cum uaria deorum nomina: atq; rationes collegisset: in tam diuerso:
tamq; multiplici deorum numero: Vitunū: & Sentinū enumerauit: eosq;
appellari sic asseruit (ut est author Augustinus) qđ alter uitam: alter sensum
a puerperio largiatur: itaq; hos deos Augustinus obscurissimos appellat: et
hi tamen inquit: multo plus præstant: cum sint ignobilissimi: q̄ illi tot pro-
ceres: & selecti dii: nam nihil dici potius atq; præclarius potest in omni offi-
cio mortalium: q̄ uiuendi: ac sentendi munere ampliari: quo circa uiuifica-
torem: ac sensificatorem nominat. Qđ autem selecti dii ab Augustino nun-
cupantur: sciendum est: hos omnes a Varrone explicatos uno uolumine:
ob eamq; rationem sic appellatos: quod ampliorē potestatem: atq; dignita-
tem possideant: seu qđ apud ipsos populos celebriores aliis forent: maiori-
busq; honoribus colerentur: qua propter a ueteribus dii selecti nobilissimi
habiti sunt: supra ceteros deos: ab Augustino bis deni enumerantur: ex tra-
ditionibus. M. Varronis. xii. mares. viii. foemina: hoc est Ianus: Iupiter: Sa-
turnus: Genius: Mercurius: Apollo: Mars: Vulcanus: Neptun⁹: Sol: Orc⁹
Liber pater: Tellus: Ceres: Lucina: Iuno: Diana: Minerua: Ven⁹: Vesta: sed
hæc

hæc de diis alibi explicauimus: dicatis huic operi uoluminibus.

Quā sit grauiissimū crimē nimia in homine insolentia: & qđ p comitali
morbo habeatur: atq; execretur a philosophis.

Caput XII.

Quantum præstiterit priēnensis Bias consilio atq; sapientia in omnib⁹
uitæ officiis notū est: bis omnibus: qui antiquitatis studio: atq; disci-
plinis delectantur: cum ab ipso etiam Apolline propter egregiā singularēq;
illius sapientiā: tripode aureo donatus tradatur. is igitur inter cetera homi-
num uitia & delicta: fastū: præcipue ac insolētiā odio maximo habuit: ni-
hil existimans iniquius ac scelestius in rebus humanis fieri: q̄ elatione: ani-
mi: imodicaq; arrogantia uti. quo circa modeste iquit & ciuilitate in uitæ offi-
ciis agendum esse. ita enim gratia & studium paratur apud omnes: fastus au-
tem & insolentia dannum atq; odium affert. Sed & Zeno ille citieus (cui⁹
uerecundia præcipue cōmendatur) monere homines consueuit: ut nihil pr-
sus fastu & insolentia indignus atq; scēdius existimarēt. idq; cū in omnibus
tum in iuuenib⁹ maxime: qđ eorū ingenia sine ulla ratione impudētissime
insolecant: eorū nomine infurem atq; insaniam facile rapianē: de qua re
cum copiose atq; eleganter Picus Mirandula mecū disseruisset: haud alienū
existimaui ab instituto nostræ professionis: aliquid ceu in memosinon mihi ip-
si adnotare: est enim hac in re habēda semp̄ imemoria Heracliti Ephesii sen-
tentia (qui ex ipsa scribendi obscuritate scotinos est appellatus) is namq; fa-
stum dicebat atq; animi elationē: perinde atq; sacrum morbū seu comitalē
habendum atq; extimandum.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA LI-
BER QVARTVS DECIMVS.

Quam probis moribus & egregia doctrina Plutarchus præstitit: ac ibidē
epistola eiusdem ascripta ad Vlpium Traianum Augu.

Complura sunt in græcorum cōmentariis: quæ Cheronensis Plu-
tarchi mores: atq; ingeniuū declarent: quāta uidelicet modestia &
probitate omnes disciplinas: atq; optima studia percoluerit: et si
opera ab eo cōposita: elucubrataq; uigilia: hoc totum etiam cō-
probent: iuxta illud: qualis oratio talis uita: nam cū Vulpii Traiani Augu.
præceptor fuerit: ac eiusdem ingenium bonis disciplinis istruxerit. suū esse
officium existimauit: non minus honestis studiis: q̄ proprio uitæ exemplo
eum optime erudire: qui merito consensu omnium totius orbis terrarum
impe. dici deberet: neq; mō imperator: sed optim⁹ impe. qđ i nūmis adhuc
i

Galenus

Icames Zezes

Varro

Augusti

Varro



ueteribus uulgo perspicitur; in quibus idem Traianus titulo quasi peculiari optimo censetur, sed libuit epistolam philosophi Plutarchi subiicere: ad eundem Traianum descriptam; quo facilius iudicari possit; quanta animi libertate; ad optima quaeque consequenda adhortetur & moneat; quasi iam tunc tanti animi indolem; ac uirtutem praenotaret; Plutarchus Traiano Augu. salutem. Modestiam tuam noueram non appetere principatum; quem tamen optimis moribus semper mereri studuisti; itaque tanto dignior hoc iudicaris; quanto a crimine ambitionis abesse longius existimaris; quo nomine tua uirtuti gratulor; & fortunae meae; si eum recte gesseris; quem probe meruisti; alioqui te periculis; & me detrahentium linguis subiectum iri non dubito; cum & ignauiam Imperatorum Roma non ferat; & sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in praecipuos. sic Seneca Neronis sui culpa detrahentium uerbis incessit; adolescentum suorum temeritas in Quintilianum refunditur; & Socrates in pupillum suum dementior fuisse culpatur; tu uero quodcumque uelis; aut cupias rectissime geres; si non a te ipso recesseris; si primum te; animumque tuum composueris; si omnia ad uirtutem dispo fueris; recte tibi uniuersa processerint; ciuitatis constitutiones; morumque uires tibi descriptae; quibus si (ut par est) obtemperaueris; Plutarchum uiuendi habebis auctorem; alioqui praesentem epistolam testem inuoco; quod in perniciem quidem Romae imperii non pergis auctore Plutarcho; haec haec hactenus; quae ab auctore in libro de imperatoria institutione referuntur;

Plutarchus

Sacrificommissum; & impiecommissum quomodo inter se differant; ex pontificum legibus; & quid haec uerba significant.

Caput. II.

proposite me Hercle; & erudite seruata est a ueteribus Romae proprietas quaedam; & potestas in exponendis uocibus; adeo ut quo antiquiores aliquid scripserunt; eo id uideatur absolutius; doctius; ac sincerius; sicuti quod nuper in iure pontificum Romae legimus; quo loco impiecommissum; & sacrificommissum differre iter se asserunt; nam committere impietatis dicitur; qui tamen purgari potest; ille autem sacri commissi arguebatur; qui nullo pacto aut tempore posset expiari; uersus ex tabulis illis pontificum hi sunt.

Sacrificommissum est; quod nunquam expiari poterit;

Impiecommissum est; quod expiari poterit.

Qua in re peregrine mihi uideetur considerasse aliud ad uitae modestiam pertinere; alterum ad religionem & deos; itaque M. etiam Cicero ius pontificum accurate doctus; hoc inquit postremum uel aspersione aquae; uel dierum numero tollitur; animi labes neque diuturnitate uanescere; nec manibus ullis elui potest.

Cicero

De obitu demonum; ac memoranda historia de Panis interitu Tib. Caes. imperante; tum de Christo etiam non nihil considerandum.

Caput. III.

In libro fecit Cheroneus Plutarchus hoc titulo; quod oracula ueterum deum fecerint. uir iudicio & graeco eloquentia summus; in eo autem demones quoque ipsos fuisse mortales affirmat; exemplumque adicit de Panis memorando interitu; quem accidisse inquit Tib. Caesare imperante. quod ego praeterissem ut commenticium; & fabulosum; nisi me Plutarchi grauitas; & in rebus discernendis iudicium commoneret; sed eius uerba subscribam; ex quibus aperte hoc totum de Panis interitu constare possit. de morte inquit demonum audiui equidem a rethore Aemiliano; uiro & prudente ac modesto; quem multos uerum cognouisse arbitror; quod cum eius pater Italiam ad nauigaret; circa insulas. quas appellant echinadas; uentis deficientibus prope Paxas deuenisset; cumque omnes fere; qui simul nauigabant; attentiores euigilarent; repente a Paxas insula uox magna est exaudita; qua Thannus quidam uocabatur; quae uox rei nouitate magno admodum terrore cunctos percudit. Thannus enim ille; qui uocabatur homo erat aegyptius; eiusdemque nauis gubernator; ex quo semel atque iterum uocatus nihil respondit; tertio autem more uocanti gessit; atque illi respondit; ille uero multo maiori uoce exclamauit. cum fueris propter paludem; nuntia tunc Panis magnum esse mortuum; quo audito dicebat Epiterfes (ita enim Aemiliani pater uocabatur) omnis magno terrore fuisse affectos; cumque magno perere dubitarent; an eiusmodi uoci foret obtemperandum; Thanni gubernatoris consilium hoc a ceteris probatum est; ut si uenti pro uento spirarent; nihil profus dicendum; sin autem contra accideret; ac flatu eo loco deficerent; proloquendum esse; quod audierunt. cum igitur paludem attigissent; neque tum uenti spirarent; Thannus ipse in aquor pronus clara uoce exclamauit; quae audierat; Magnus Panis mortuus est; quo nuntiato statim magnus multorum gemitus; quodam quasi miraculo exauditus est; quoniamque haud pauci fuerant; qui simul nauigabant; cum facili cursu Romam uenisset; tanta rei rumores uniuersam quidem ciuitatem replerunt; Tib. autem Caes. (qui Romanam tuam rei publicae imperium gerebat) Thannum accersit; eique tam certam fidem habuit; ut conuocatis philosophis; qui in urbe erant; diligenter quaesitum sit; quis nam ille Panis esset; ipsi uero philosophi pari consensu dixerunt; de illo quidem nuntiatum uideri; qui a Mercurio; & Penelope originem duxerit; haec hactenus Plutarchus. quae uel Paphilus Eusebius ad episcopum Theodorum recenset; idemque ait; dignum esse diligenti animaduersione; eodem tempore fuisse hunc demonis obitum; quo & Christus; quem pro summo deo Christiani colunt; qui omnes quidem demones; de hominum uita expulit; atque deiecit; Tib. enim imperante Christus uixit; & pro salute mortalium in crucem elatus est; sed hoc totum commodum in sacris theorematibus explicauimus.

Plutarchus

Paxas insula

Eusebius

Galerii Imperatoris impudenter dicta contra Romam reipublicam; & quo animo fuerit in acceptis cladibus atque defectionibus.

Caput. III.



Um legerem nuper Rom. annales: in quibus imperatorū historia scribitur: aperte cognoui quāto in discrimine romana dignitas saepissime ageretur: his praesertim temporibus: quibus ipsi principes libidibus ac uoluptatibus dediti: nihil praeterea pensi habebant de imperio Rom. & eius maiestate. itaque mirandum non est: si quando tam summa dignitas ad haec deuenit: ac uilissimi instar mancipii uenditioni exposita est: ut is imperium orbis possideret: qui plus auri militibus obtulisset. illud autē caedens: atque dānosius: quod & quidā impe. de acceptis cladibus: ac puinciarū defectionibus: impudentissime iocati sunt: cuiusmodi fuerūt illa: quae Galieno imperante cōtingerūt: is. n. tam perditus fuit licentiae atque improbitatis: ut cōtra Rom. decem: propriamque dignitatē: in his iocari non dubitaret: quae in humani generis dānū ezta rent: sicuti ab antiquis scriptoribus asseritur. nā cum Galieno relatum esset: aegyptum a Rom. imperio desciuisse: ita illudēs inquit: quod sine lino aegyptio esse non possumus: perditam autem Galliam risisse fertur: et nō est inquit tuta res. pu. sine trabeatis sagis: cum uero Asiā uastatā: & Alemānos: cōcurfioni bus: Scytharumque inuasionibus comperisset: quod inquit sine aphyronitis esse nō possumus: sed istiusmodi plura alia & caediora de Galieno impe. a Pollione Tremellio scribuntur ad Cōstantinum impe.

Probro fuisse apud romanos: ut equites ac pedites in coelibatu essent: tū leges allatae contra coelibatum: & quod item Moses & Plato statuerint.

Caput. V.

Gregiae ac prudenter a ueteribus factum est: qui ciuitatū instituta & leges uolebat a suis ciuibus perdisci: ne uidelicet ignari rerum & uitae: rationisque expertes haberi possent: nā quod esse hominibus melius ac potius debet: quod ex aliorum inuētis: atque cōstitutionibus prudentiā augere: & inscitiam profus repellere. ex quo illud nup̄ obsecundū putauit: quod in. xii. relatum esset cōtra eos ciues: qui in coelibatu praesisterēt: erat. n. censorū officium: ne Romae equites ac pedites coelibes forent: quod hoc ipsum ueluti probum habitū est. uersus autem ex antiquis legibus subiiciam: quo facilius id totum innotescat.

Censores equitū: peditumque prolem distribunto.

Coelibes esse prohibunto.

Mores populi regunto.

Probrum in senatu ne relinquento.

Ex his constat: quae diligentia & studio seruatum sit a. f. p. q. r. ut eorum soboles concreveret. Vale autem maximus Camillū: & Posthumium Censores tradit fecisse eos ararios: qui ad senectutem coelibes peruenerant: cunctosque alii qui talem constitutionem incusarent: puniti sunt a censoribus: haec asserentibus natura uobis quemadmodum nascendi: ita gignendi legem praescribit: parentesque uos alendo nepotum nutriendorum debito: si quis est pudor alligauerunt: ite igitur: & nodosam exoluite stirpem utilem posteritati numerosa: sed & Moses hoc idem constituit: qui diuinas leges: quasque

oracula quaedam hebraeis tradidit: Plato uero in omni uitae officio cōsultissimus: ita in legibus statuit: uxorem quisque a xxx. anno: usque ad xxxv. ducat. quod si non faxit: pecunia & probro mulsetur: ita. n. sit ut humanū genus suapte natura immortale existat: neque ullus puto reperitur: qui nō maxime cupiat aeternum sibi nomen apud posteros: itaque hac una ratione: perpetua ducatur hominū facultas: quod est in filiorum cōtinuo generandi ordine coalescat: neque fas est se ipsū: hinc mortalitate eximere: quod ab illis efficitur: in quos & uxorē cōtemnunt: quibus hinc legi obsecundauerunt: iudicis esse: qui fecerit fa- pecunia & probro mulsetur: ita. n. sit ut humanū genus suapte natura immortale existat: neque ullus puto reperitur: qui nō maxime cupiat aeternum sibi nomen apud posteros: itaque hac una ratione: perpetua ducatur hominū facultas: quod est in filiorum cōtinuo generandi ordine coalescat: neque fas est se ipsū: hinc mortalitate eximere: quod ab illis efficitur: in quos & uxorē cōtemnunt: quibus hinc legi obsecundauerunt: iudicis esse: qui fecerit fa-

uitate leges: trigena & alia passim facta: ad usum procreanda sobolis: de quibus apud ueteres per multa leguntur.

De cenariis cenis: ac uerba Tertulliani exposita: tū de lege Fannia: & miliariis apris: & columnis.

Caput. VI.

Tertulliani uerba sunt in Apologetico cōtra gentiles: quo loco de Rom. legibus agit: quo nā illae leges abierunt: sumptum & ambitionem cōprimentes: quae ceterum aera nō amplius in cenā scribi iubebat: nec amplius quā unā inferri gallinā: & eā nō saginatā: in his autē sumptuarias leges insinuat: quibus cautū erat ne supra. C. HS. in conuiuio quisque romanus expenderet: sed erit pu- to minus indignū: si uerba Fanniae legis referemus: cum praesertim de re ipsa nō Gellius tantū: sed Sāmonicus: & Macrobius aliquid tradant: ut ea mictā in- praesens: quae de Licinia: & Amiliaeque legibus dicant: satis. n. futurum est gratis: si de Fannia quae legerim apponā: quibusque uerbis cibarii sumptus: ac nimis romanorum luxus inhiberet: iudicis inquit romanis: plebeis: & saturnalibus: & aliis quibusdam diebus aera cenā indies singulos impendūto: & aliis diebus x. in singulis mēribus trigena sunt: ceteris diebus oibus tantūdem: si qui plus faxit dicta poena damnatus esto: hinc Tertullianus romanorum libidinem & ambitionem in cōuiuio tam urgeret acculat: cenasque illas ueterum parciore appellat cenariis: uideo enim inquit & centenarias cenas: a centenariis iam sextertiis dictas. nam & Lucilius poeta amarulentus centussem in satyris: legem eandem lepide uocauit: per multis autem legibus cenas illas profusiores: & adipales romani coheruerunt: quod in ueterum commentariis abunde explicatur. C. certe Plinius cum de nimio sumptu romanorum in extruendis aedificiis scribit: ad hunc modum Rom. po. improbitatem inceperit. extant inquit censoriae leges: glādia in cenis: gliresque: & alia minora apponi uetantes: marmora inuehi: & maria huius rei causa transiri: quae ueteri lex nulla lata est: iam & in ueterum aedificiis columnae: & porticus centenariae sunt appellatae: quae centum passibus longe essent: sicuti & miliaria porticus apud Suetonium: & alios auctores: a numero millenario dicuntur: Var. autem Terentius ad. Q. Pinnium de uillaticis passionibus miliarios apris urbane appellat: qui mille pondus crederentur: Aelius uero

Aproponiti

Pollio

Plato

Tertullianus

Gellius

Sāmonicus

Macrobius

Vale Max

Plinius

Suetonius

Varro



Lampridius Lampridius Antoninum Heliogabalū Impe. cētenaria uasa refert habuisse argentea. i. ut conicio cētum pondo. uerba eius hæc sunt. primus Heliogabalus mensas deinde & capsas argenteas habuit; primus etiā cacabos; uasa deinde cētenaria argentea sculpta; & nō nulla schematibus libidinofissimis inquinata.

De urbanitate. M. Antonii cū græcis; & quo cōmento Atheniensium blā dimentis illuserit; ac digno talione represserit.

Caput. VII.

u Rbane factura est; atq; admodū callide a. M. Antonio; cum Athenien sium urbē uictor ingrederetur; nā cum ipse Antonius ob res egregie ge stas; pro deo Libero haberi se uellet; atq; id nomē statuis etiam uelut isigne elogium ascriberetur. Atheniensis populus; ut qui ingenio & salibus præ staret; statī cōsiliū hoc iniuit; ut ipsū quidē Antoniū in tāta uictoria nō sum mis mō honorib⁹ decoraret; sed etiā ueniēti blanditer obuiā irent; et ea ratio ne qua Bacchi numen salutando exciperent; eunt igiē obuiā Athenienses cū liberis; & cōiugibus; & Dionysiū uocitantes blādissime salutarūt; quod ha ctenus satis cōmode p re ipsa processerat; sed qm blādiri atticorum est; ac ni miū assentari; adiecerūt etiā Palladem se (q̄ in arce Atheniēsiū colebatur) Libero i matrimoniū despondisse; simulq; ut eam duceret; nuptiaq; fierent impense illum rogauerūt; qđ Antonius haud quidē contēpsit; & occasione accepta; ducturū se prorsus respondit; sed impare tamen se Atheniēsiū no mine dotis mille talenta; i quo apparet q̄ subdole; q̄ astute Romana callidi tas ingeni attico illuserit; quādo Atheniēsiū plausus ac blanditie; nō mō (ut inquit Anne⁹ Seneca) ab homine Ror. deprehēsa sunt; sed etiam castiga tæ. quo nomine quidā e graculis festiue ac scitule in hunc modū fertur ioca tus. Hic impune ad uxorem; sed atbeniensium sponsalia mille talentis sūt extimata.

Quæ sit apud Syrios dea Adagartis; ac de eius simulacro; & qđ uirginis si gnū p iustitia sit a Nigidio Figulo acceptū; eiusdemq; uerba apposita.

Caput VIII.

c Vm nup legeretur Bassi cōmentariū sup. c. Germanici phenomenis; q̄ il le ex poeta Arato ciuib⁹ romanis latina exhibuit; in eū forte locū lectio deducta est; quo de Erigone a Germanico scribitur; hæc. n. inter Leonē & Li brā domiciliū tenet; sed ibi forte q̄ sitū ē; q̄ nam foret dea Adagartis; qm Bas sus ad hunc modū de ea tradit. uirginem inquit nō nulli esse Cererē dixerūt; eo qđ spicis teneret; alii Adagartim; quidā uero Fortunā; quoniā sine capite astris infertur; uerum cum nihil tum suppeteret; incidi mox in Macrobia / nas cœnas; in quib⁹ potestas ac uis eiusdem Adagartis descripta est; quo ma xime loco de Adad; & Adagartide syriis diis agitur; sed ascribā Vectii præ textati uerba; nequid hac in re possit desiderari. Deo inquit; quem summum maximūq; Assyriū uenerātur; Adad nomē indiderūt; eius nominis interp̄ta

Macrobi

Bassi cōmentariū sup germa
nici phenomenis

tio significat unū; hunc ergo ut potissimum adorāt deum; sed eidem subiū gūt deam nomine Adagartym; omnemq; potestātē cuntarū rerum bis duo bus attribuunt; Solem; terramq; intelligentes; nec multitudinē nominum enuntiātes; diuisam per omnes species potestatem; sed argumentis quibus ornātur significantes; multiplicem præstātiā duplicis numinis; ipsa autē argumenta solis rationem locuntur; namq; simulacrum Adad insigne cerni tur radiis inclinatis; quibus monstratur uim cœli in radiis esse solis; qui de mittuntur in terram; Adagartys simulacrum sursum uersum reclinatis ra diis insigne est; monstrando radorum uim superne missorum enasci; q̄cūq; terra progenerat; sub eodem simulacro species leonū sūt; eadem ratione ter rā esse mōstrātes; quā phryges sinxer matrem deū. i. terrā leonibus uehi. sed & Strabo diligens author in rebus syriacis deam hanc Syris ascribit; transflu uium inquit Bambiēna est; quā urbem etiā Edessam & sacrā appellant; i ea uero deam Syriam Adagartym colūt; ex his abunde cōstat cuiusmodi apđ Bassū dea sit Adagartys; eamq; tali nomine apud Assyrios p terra uenerari. Bassus enim spiciferam uirginem uarie acceptā asserit; sicuti & C. Higigin⁹ in secundo Astronomico ad Fabium recenset. Nigidius uero Figulus iusti tiam uel æquitatē eā existimatā probat his uerbis; uirgo ipsa iustitia siue æq ritas dicitur; q̄ inter mortales locis pene oibus & cōciliabulis solita esset consi stere; atq; omnibus p̄cipere; ne temere a iustitia; & æquitate discederent; qui q̄ diu monitis eius obtemperarunt; sine ulla quidem cura ac sollicitudine ui xerunt; sed cū negligentius obseruarent; insidiisq; & cupiditate & auaritia; alter alterum deciperet; discessit illa ab hoibus; & digna cœlesti numero im mortale præmium pietatis possedit; unde illud uulgatum.

Victa iacet pietas; & uirgo; eade madentes

Vltima cœlestum terras astrea reliquit.

De triplici numerorum proportione; in arithmetice; musice; ac geome / trice; tum de eleganti similitudine ad rem. pu.

Caput IX.

f Criptū copiose a ueteribus; & erudite admodū explicatū; q̄ maxime cœn seanē termini ac proportiones in his numeris; quorū ratio ad musicem; arithmeticem; & Geometricam disciplinā pertineat; neq; idignum sane est; aut ab honestiorib⁹ litteris abhorrés; ita eorū rationes & præcepta callere; ut facile cognoscas; quæ minor in quolibet termino sit proportio; quæ maior; quæ item possit æqualis appellari. nam i arithmetice maior quidem propor tio est in minoribus terminis; in musice autem maior est proportio in ma ioribus terminis; Geometria uero & in minoribus; & in maiorib⁹ æquali p portione componitur; qđ hæc in quibusq; proportionibus æquum ius ubiq; custodiat; ex quo Anicius Boethi⁹; qui mathematicas a græcis accepit; pele gātī similitudine uideē usus ad hāc ipsā proportionum uarietatē dignoscē / dā; scribit. n. qđ ipsa quidem Arithmetica ei potissimum rei. pu. comparan

Strabo

Higim⁹

Boeti⁹



da est: quæ a paucioribus regitur: musica illi: quæ ab optimatibus: Geometria uero inquit: statum quasi popularē effingere: quod æqualiter omnia pensare: ac extingere iudicē. maxime autē uersat hęc facultas in his uestigandis: quæ plana & solida dicuntur. planum. n. quod in latitudinē & longitudinē lineas habet: sicuti triquetra: & quadrata sunt: citra altitudinē in area descripta: solida uero quæ non latitudinē & longitudinē cum linearum numeris habent: sed altitudines extollunt: ut sunt Metæ: Pyramides: Tesseræ: atque cubi: quos latine quodam quadrantaliam interpretantur: sed hæc alias comode a nobis sunt exposita.

De Romanorum studio in bonis disciplinis: & relata contentio inter Lucullum: Hortensium: & Sisennam de historia marsica componenda.

Caput. X.

d Electant me interdum exempla quodam Romanæ nobilitatis: quæ in bonis adeo disciplinis excolebatur: adeo litterarum studiis fauebat: ut nihil mirum sit: ad summum prope fastigium cuiusque eruditionis eos deuenisse: sed. n. nostra ætate illi fere uulgo haberi solent sapientiores: & nobiliores: quam honestas quodam disciplinas: ac litterarum cognitionem contempnant. L. autem Lucullus: & quodam tunc romana ciuitate princeps agebat: longe aliter sentientes: ita bonis studiis egregie affecti erant: ut cum uiris doctissimis uersari assidue: & congregari non dubitarent: eiusmodi preclara illa contentio celebratur inter Lucullum: Hortensium: & Sisennam: de qua putari esse aliquid afferendum: ne tam inepte quidam ætate nostra supercilium tollant: ac se se ob id supra ceteros ponant: quod & litteras oderint: & litteratos etiam despiciant. conuenerunt igitur inter se (ut fit) L. Lucullus. Q. Hortensius: & L. Sisenna: idque ea conditione: ut cui fors contigeret: is Bellum Marsicum describeret: oratione uel carmine: græce uel latine: pro ut fors declarasset: quod ipsum quidem cum L. forte Lucullo eueniret: græce oratione eiusmodi historia diligenter absoluit. quæ & a Chroneo Plutarcho: & ab aliis quoque celebratur: facile autem intelligitur quanto studio: & animi cupiditate togati homines bonis disciplinis incuberent: nam idem L. Lucullus imperator maximus habitus est: Hortensius uero orator summus: quem & Cicero ipse in dicendo sibi aliquando pretulit: Sisenna autem in scribenda historia omnes profus romanos: qui ante se scripserant superauit. quod & Cicero idem ad Brutum ingenue professus est: sed alias de Sisenna: & Hortensio comode diximus.

Qua urbanitate Antoninus Geta Imperator litterarum ordinem conuiuia strueret: quibusque notis ferula ipsa prenotaret.

Caput. XI.

l Epidum sane commentum atque urbanum refertur a ueteribus Antonini Getæ imperatoris in cœnis & conuiuibus agendis. fuit enim Geta uir ingenio haud quidem in eleganti uel in uenusto: is igitur consuetudinem hanc in parandis conuiuibus seruabat: ut ipsas cœnas ex appositis litteris notari atque intelligi uellet: scilicet tibus id ipsum seruis: nam sicubi uoluisset in prandio exhiberi: per dices: porcos: porcellos: pisces: ac pennis: tum primæ dictionum litterarum ad hunc modum appo-

Plutarchus

Cicero

nebant. p. p. p. p. uel mutatis aliter litteris: farcta: fasianos: ficus. f. f. f. tum alia uari generis edulia pari ordine litterarum prenotabat: in quo uisus est uoluisse aliqua in parte. L. Luculli cœnas: atque ordinem imitari: hoc autem de imperatore Geta Aelius Spartianus ad Constantinum Augustum rettulit.

Quod nulla deorum imagines per. clx. annos in urbe Roma fuerint ex Numæ doctrina. et quod Hebræi quoque nullas in templis imagines haberent: aliaque de templis atque imaginibus memoranda.

Caput. XII.

r Es digna memoratu est: quæ a Clemente Alexandrino traditur: de Numæ rege Romanorum: eiusque religione. refert. n. cum is fuerit pythagoricus: Mosis præcepta & ritus ab eo magna ex parte seruos: nam Pythagoras quidem ad Aegyptios accessit: eorumque sacra: & mysteria diligenter peruestit: ex quo idem Numa inquit apud Romanos lege constituit ad exemplum Mosis: nec ubi diis imago ulla tribueretur: factumque ob id: ut per. clx. annos ab urbe condita: nulla profus romæ aut depicta: aut in sculpta deorum imago uideretur. quod ipsum Augustinus: & Eusebius Pamphilus probant: cum de iudeorum sacris: & religione differunt: sed. n. in eorum templo: quod in Solymis nobilissimum foret: nullam fuisse imaginem constat: quod & Cor. Tacitus in historia iudaica non negat: & si ut loquacior a Christianis incessitur: Septimius Tertullianus sic in Apologetico: Cor. inquit Tacitus sane ille mendaciorum loquacissimus: in eandem historia refert Gn. Pompeium cum urbem hierosolymam cepisset: proptereaque templum adisset: speculandis iudaicæ religionis archanis: nullum illic repperisse simulacrum: et utique si id colebatur: quod aliqua effigie representaretur: nusquam magis: quam in sacrario suo esset exhibitum: eo magis quæ nec uerebatur extraneos arbitros: quam uana cultura: solis enim sacerdotibus adire licitum: conspectus autem ceterorum uelut oppanso interdicebatur: hæc Tertullianus: Zenon uero Citius in libro: quem de moderanda re. pu. scripsit aperte ostendit: ea profus contempnenda: quæ cura & studio hominum proficiantur: Sacella inquit ac templa construere nihil quidem necesse est: nihil. n. sacrum iure existimandum: neque pro sancto habendum: quod ipsi homines construxerint: sed & Xerxes traditur omnia quidem templa in græcia combussisse: suadentibus hoc Magis: quod impium ac nefarium foret deos ipsos parietibus includere.

An uerum sit: quod de Numæ: & Pythagora notauimus: ac ibidem probatum habuisse Romanos temporibus Numæ regis imagines deorum.

Caput. XIII.

c Considerandum melius est: quod in superiori capite notauimus de Numæ rege: & eius disciplinis: nam quæ traduntur a Pamphilo Eusebio: & Clemente alexandrino: eundem Numam præceptore Pythagora hebræos secutum: nec ubi Romanus populus deorum imagines haberet: auctores quidem hac in re magni nominis & doctrinæ dissentiunt: Dionysius. n. Alicar

Spartianus

Augustinus

Eusebius

Cor. Tacitus

Tertullianus

Templa non esse necessaria

Eusebius

Clemens

Dionysius



nasseus erudite pbat: Numā regem āte philosophū Pythagorā quattuor pe
ne atates uixisse: neq; ullo mō eius disciplinis affuisse: quod & M. Cicero &
Plutarch Cheroneus: atq; Manet uidentē concedere: qm̄ Numas āte Cro
Manet thonā: & Sybarim urbes cōditas: Romanū īperium rexit. xvi. olympiade:
Plim Pythagoras autem sexagesima quarta Tarquinio īperante: qui superbus est
cognominatus. Sed illud penitus a ueritate abhorret: qđ isti afferunt de Ro
manis imaginibus: siquidem Numæ regis tēporibus (ut C. Plinius tradit) si
mulacra qđam: & imagines Romæ extiterunt. qm̄ idem Numa lanum gemi
num dedicauit: qui pacis belliq; argumento in urbe coleretur: cuius effigies
foret digitis ita compositis: ut adnotatione. ccclxy. dierū: per significationē
anni: atq; temporis deū se designaret. de quo simulacro etiā Prætextatus in
Macrobi cœnis Macrobianis disputat: cum lanum ipsū pro sole accipiendū esse copio
se exequitur. neq; dubiū est Romanorū regum tēporibus lignea quidē simu
Plim lacra: & fictilia in urbe fuisse: quod & C. Plinius existimauit: et si Augusti,
Varro nus longe aliter sentit Varrone auctore: cui⁹ iquit uerba clarissime testantē:
nullum fuisse in urbe simulacrum deorum p̄ annos. clx. factumq; deinceps
ut ex imaginum ac statuarū multitudine: religionis cult⁹ negligētior: atq;
contemptior haberetur.

De Asclepiade medico: qui lectos egrotis suspensiles prim⁹ excogitauit:
ac de tricliniis uersatilibus imperatoris Heliogabali.

Caput XIII.

Om̄plura scripta sunt a ueterib⁹ de Asclepiade medico: qui atate Gn.
Pōpei uixit: deq; eius īgenio atq; disciplinis. is. n. præter alia multa do
cumenta: qđ de arte medendi pertinerent: blādimēta etiam & quasi lenocinia
cōmentus est: ad egrorum gratiam atq; iucūditatem: siquidē & balneorum
consuetudinem celebrē fecit: primusq; lectulos excogitauit suspēsiles: quo
rum molli: faciliq; iactatione: aut alliceretur somn⁹: aut mōbi ipsi magis ex
tenuari possent: quod a C. Plinio relatum est ex M. Varronis cōmentariis.
Plimius idē p̄terea Asclepiades per multa in arte medendi cōmutauit: quod & The
Varro mison eius successor sectat⁹ est: de Vario autem Heliogabalo (qui supra oīa
rerum prodigia mollissimus fuit) traditum est: eū uersatilia triclinia habuif
se: in quibus quandoq; amicos suos ponere consueuit: eosq; uiolis & florib⁹
Lampri obrutos opprimere: sic ut aliqui animā efflauerint: quod in historia Lampri
dii memoratur ad impe. Constantinum.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA LI
BER QVINTVS DECIMVS.

Historia de Cleomede Pyctē: & quib⁹ gestis atq; honoribus claruerit: ex
Theodereto & aliis auctoribus.

Elebratus est a C. Plinio Euthimus Pyctes insignis: qui oraculo Plim
etiam summi Iouis consecrat⁹ traditur: quoniam semper olym
pia uictor: & semel uictus fuit: qua in re complura sunt allata a
doctissimo uiro Hermolao ex Pausania lectione. et si de oraculo Pausanias
hoc nihil omnino apud Pausaniam comperies. legim⁹ autem apud aucto
rem Theodoretū nomen Pyctæ alterius: cui nomen Cleomedes: quē Pythi
Apollo ut deum coli iusserit: sicuti Pythiæ carmine probatum est.

ἕσπετος ἠρώων κλεομένης ἀστυπαλαίως.
ὄν θυσιῶν τιμὰς ὡς οὐκ ἐτι θικτόν ἐοῖτα.

puto autem non in iocundum fore legentibus: si ea hoc loco referam⁹: quæ
ad historiam hanc Cleomedis pertinent. is igitur aduersarium unico ictu cū
percussisset: latera eius adaperuit: atq; iniecta manu intestina eduxit: sed cū
iudices hi: qui certamini præsidebāt: nimiam illam crudelitātē mirati essēt:
multandum quidem Cleomedem putarūt: is uero grauius irat⁹ discessit:
ac dum iter per forum capessit: columnā disiecit: qua tectum litterarii Iudi
suffulciebatur: eaq; ruina pueros omnis (qui ī eo ludo sessitabant) pobruit:
quibus gestis factum est: ut eum Pythius inter deos rettulerit: ut est auctor
Theodoret⁹. oraculi autem ipsius (quod supra rettulimus) sentētia hæc est.
ultimum heroum Cleomedem Astypalēsem: colendumq; sacrificiis: quan
do mōtalis esse iā desierit. sed & Pausanias a Cleomede refert lxxi. olympia
de ipugillatu Iachum Epidānium fuisse occisum: cumq; dannassent eum iu
dices: qđ iniquius se gesserit: palmamq; illi abstulissent: marore nimio affe
ctus: ad insaniam redactus est: & Astypalē rediit: columnamq; ibidem euer
tit: qua litterarius ludus fulciebatur: eoq; casu sexaginta ferme pueri tradun
tur in ludo extincti: quo circa cum illum sui ciues lapidibus impeterent: in
Mineræ templum se recepit: atq; arcā ingressus: quæ forte ī templo aderat:
operculo se obtexit: diuq; frustra laborarunt Astypalenses: uti eam arcā ape
rissent: uerum con fractis tandem arcæ illius lateribus: nusq; Cleomedem cō
pererūt: itaq; in re tam mirifica delphos miserunt: qui oraculum cōsulerēt:
super his quæ Cleomedi euenissent: responsumq; a Pythia est idem carmen:
quod ex Theodereto attulim⁹: ut Astypalēses diuinos ei honores exhiberēt:
& ueluti deum colerent: quod ego cū diligentius aduerto: miratus pene sū:
a Plinio fuisse prætermisum: uiro in omni antiquitate perquirenda diligen
tissimo: de hoc ipso Cleomede: Plutarch⁹: Celsus: & Enomanus per multa

Plim
Plutarch
Celsus
Enoma

Ridiculi
nota

Lampri



Diomedes

runt: et si alicubi Diomedem: pro Cleomede reperias.
Nobile exemplum de Alexandro Macedone: contra in utiles labores: & nimis curiosam sedulitatem.

Caput .II.

p Er sæpe in uita id accidit: ut non pauci operam: ac studium in his reb⁹ collocet: quæ & si difficultatis multum atq; laboris præ se ferat: nihil tamen utilitatis: & emolumentum habent. nec enim probare illa primo aspectu debemus: quæ non sine summo etiam conatu: atq; uigiliis consequi possumus. siquidē non semper in arduis ac difficilioribus uirtus uersatur: quod ab ipsis etiam stoicis assertum est. sed Alexander ille Philippi filius exemplo quidem honestissimo idem comprobauit: nam cum militem quēdā in exercitu haberet: qui ex distante spacio grana ciceris missa in acum statim ac sine frustratione infertaret: simulq; rem hanc pleriq; ut arduam & mirificam spectabundi efferrent: tum rex (ut egregia uir prudentia) eiusdem leguminis modio militem illum donauit: dignissimū sane illo opere præmiū. haud enim ad cuiusq; id usum: atq; emolumentum pertinebat. neq; uero defuit q̄ septo ambitu: laboreq; inutili ac superuacuo: tempus optimum conterat istis nugis: quæ uana quidē sedulitas pereleganti uoce a græcis *ματαιτηχία* est appellata. id autem de Alexandro rege exemplū: & Fabius ad Marcellum Victorium refert: quo maxime loco exponit: an sit uirtus rhetorices.

Quintili

Quid sint apud iureconsultos reliquatores: & quid item reliquari & reliquatio: ac loci aliquot in iure civili expositi.

Caput .III.

Iurisconsultos

i N libris digestorum: quo loco de publicanis & uectigalibus agitur: uerba hæc sunt: ad conducendum uectigal nemo iuitus compellitur: & ideo impleto tempore conductionis ea locanda sunt: reliquatores: uectigalium ad intuendam conductionem: ante q̄ superiori conductioni satisfiat: admittendi nō sunt: hæc est autem uera & genuina in libris uetustioribus lectio: q̄ peruersa: interpolataq; iuulgatiorib⁹ habet. nā p̄ illo: qd̄ nos legimus ea locanda sunt: iuenies licitatores alloquēdi sūt: qd̄ Accursius quoq; Florentinus agnoscit: & quo loco nos reliquatores: illi subdiderūt licitatores. sicuti qd̄ i principio legis hui⁹ erat locatio: subdiderūt isti licitatio: neq; obscurus admodū: sed per facilius est uerborū intellect⁹: satis fore ex usu: quoties dies exacta sit: in qua uectigalia quis publice conduxisset: iterum ea locare auctione: nec enim iniuriam cuiq; fieri: si maius precium quærat locandis uectigalibus: quando nemini liberum non sit: abstinere conductione. sunt igitur ea locanda impleto tempore conductionis: neq; debent iquit admitti ad retinendam conductionem: hoc est ad licitationem alteram reliquatores: id est qui non dum integrum soluerunt: sed reliquum sibi aliquid ad soluendum fecerint: nam hi sunt proprie reliquatores: qui quod alicui debent: ex asse & inte

gro non persoluunt: sed alicuius partis debitores ad huc remanēt: quod etiā ad illos referri potest: qui malam rationem reddunt. hinc uerbum deductū est reliquari: id est relicum ad solutionem facere: & reliquatio: quæ in nostris iureconsultis haud infrequenter cōperias. habes id in Scauola uerbis: ea inquit: quæ mala ratione reliquatus est: quasi furatus reposuerat: pro quo uulgati codices habent: ea q̄ mala ratione reliquaq; furat⁹ est: et apud eundem: humanū est reliquari uisuras: neq; ab ipso qui ex administratione: neq; a fidei iussore eius: & multo minus a magistratibus: qui auctione accēperint: exigi oportet: pro illo autem reliquatus est: aut relinquitur: aut relictus est: in cūtis fere exemplaribus inuenies: unde nullus omnino sensus elici potest: qd̄ sicubi etiam integrum adhuc permaneat: & reliquari uerbū: & reliquator: nescio tamen quo pacto mutare hoc interpretes (ita creuit inscitia) & in uerte re conantur. sic autem Paulus iniure civili consultissimus: legatarius inquit proferebat manu patris familiæ reliquatum: quod Accursius falso reliquatum legit. quin & idē Paulus alibi: si pupillus inquit post suam libertatem rationibus contentione accēptis: reliquationem eius secut⁹ uisuras accepta uerit: priuilegium suum non admittit: et paulo post: quod ex conditione reliquatus est accepisse inde uide⁹: sed & Scauolæ uerba de instrumento legato hæc sunt: reliquatus est amplam summā. de finibus itē regundis sic Papiianus in quibus potest ei consentit: reliquatus est: quod & uulgatissimi codices habent: & ab Accursio probatur: agnouit hoc in pandectis etiam Politianus: cui potestas facta est Florentiæ a summo magistratu: ut cū Pisanis illis archetypis digestorū libros percenseret: qui in sacro palatio obseruatur. quod ille ut homo gloriæ cupidior: uelut istar copiarū cornu: uel diuinæ uirgulæ se assecutū prædicabat.

Quamde pro q̄ apud ueteres dici solitum: et Lucretii poetæ uersus emendat⁹ atq; expositus: tum alia ibidem addita.

Caput .IIII.

p udet interdum me bonarum disciplinarum: quando itot: atq; tam altis tenebris uersetur: ut authores etiam meliores: uiolati adhuc deprauatiq; legantur: cuiusmodi sunt (ut alios mittam) T. Lucretii libri: in quib⁹ innumeri quidē errores: atq; scēdissimi increuerūt inscitia librorum: quo circa ammissum penitus: atq; perditum uidetur quod a. M. Tullio in emendando Lucretii poemate impēsū est: q̄q̄ ætate nostra laudem illis debem⁹: qui aliqua in hoc authore (collatis ut sit exemplarib⁹) emendarūt: sed i hoc tamen uideo a quibusdam improbissime peccari: qui maiore animo q̄ iudicio: meliora interdum adimūt uel inducunt: alia distorquent & cōtrahūt: in quo male docti homines passim aberrant: sed multo maiore dāno doctiores: quod equidem nuper cognoui i his Lucretii uersibus contra Heraclitū philosophum.

Heraclitus inquit: quorum dux prælia primus

*Scauola**Paulus**Paulus**Scauola**Papinianus**Lucreti*

Clarius ob obscuram linguam: magis inter inanes.
 Quamde grauis inter graios: qui uera requirunt.
 Quo loco non quamde grauis: sed q̄ grauior audacissime subdiderūt: igno-
 rantes arbitror illud quamde apud ueteres peride ualuisse: ac q̄ comparatio-
 nis dictionem. nā & locū hunc Sex. Pōpeius signauit: in libro de prisca uer-
 bis. xvi. tum prolatis ueterum exēplis exponit: qui hoc idem dixerunt: et
 Lucretius poeta inquit quāde p̄ q̄ dixit: sicuti etiam Liuius Andronicus poe-
 ta uetustissimus.

Pōpeius

Muro magis, fratus: quamde manus impetu.
 lam & multa extrema falso indiderūt: quo loco pars multesima ab eodē Lu-
 cretio scriptum est bis uerbis.

Lucreti

Et uideas cœlum summi totius unum:
 Quam sit paruula pars: & q̄ multesima constet:
 Qua in re grammaticorum nobis authoritas patrociniatur: quando & cente-
 simus: & millesimus probe dicitur: partē multesimā inq̄ Nonius noue po-
 sitū ē a Lucretio p̄ minima: ne quis forte paulo incautius: atq̄ audacius a ue-
 teribus decedat: quæ a me uel ob eam rationē sunt adnotata: quoniā Marul-
 lus Bizantius atate nostra: uir alioq̄ diligēs: paulo improbius delere hæc: & alia
 pro ingenio subdere tentauit: quæ ab eius quoq̄ sectatoribus recepta sunt p̄
 uerissimis.

Nonius

De Hadriani Impe. ingenio & urbanitate: & quo talione Florum poetā
 repperit: uersiculis eiusdem relatis.

Caput. V.

h Aud hercle immerito in romanis litteris permultum commendatur
 Hadriani Cæsaris ingenium: tum eiusdem quædam ueluti peculia-
 ris urbanitas: inter alia uero complura: non sine magna ac mirifica oblecta-
 tione legi responsum illius ad poetam Florum: nam Florus ipse homo tum
 dicacior: cum diuum Hadrianum inter scythas ac Britannos uersantē uide-
 ret: atq̄ in locis admodum remotioribus: asperrimisq̄ agētē: de eo sic lusit:
 Ego nolo Cæsar esse:

Ambulare per britannos:
 Scythicas pati pruinas:

At noster Hadrianus cum istiusmodi uersiculos legisset: statim per urbane
Florum retaliavit: sed adeo lepide: adeo eleganter: & uenuste: ut hispanum
 certe acumen: atq̄ innatam eius festiuitatem agnoscas. sic autē ad Florum
 Ego nolo Florus esse:

Ambulare per tabernas:
 Latitare per popinas:

Culices pati rotundos.

Spartianus

Id ipsum & Helius Spartianus ad imperatorem Dioclitianum rettulit: cer-
 tare enim Hadrianus cum philosophis: & poetis cōsueuit. et si disciplinagē

Florū retaliare

professores fere: ut doctior (quod inquit Spartianus) risit: contempsit:
 obtriuuit.

Spartianus

Dici solitum apud ueteres: trabes: canes: duces in singulari: pro eo quod
 ē trabs: canis: & dux: & alia eiusmodi obseruata ex. M. Varrōe & aliis.
 Caput. VI.

p Arum æquo animo minutiora quædam notarem: nisi quorundā esset
 inscitia occurrendum: qui cum paulo indiligentius obseruent ipsam
 antiquitatem: siquid minus peruulgatum: ac protritū dicatur: statim pin-
 de atq̄ insolens & barbarum reiciunt: & contempnūt. comperies autem in
 ueterū scriptis frequenter hæc: ut trabes: canes: plebes: & his similia: in sin-
 gulari numero: sicuti & sepes animal apud Vergiliū: ut notauit Ausonius.
 cum Isidorus a. M. Cicerone dicat: nec enim aliter fere uetustiores illi potuerūt:
 ut Gnaeus Neuius: Accius: Plautus: Attilius & alii: unde illud. Q. Ennii uulga-
 tissimum de argo nauis.

Ausonius

Ennius

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
 Cæsa cecidisset abiegna ad terrā trabes.
 Et item in eiusdem annalibus.

Labitur uncta trabes: remis rostrata per altum.

lam & plebes multo etiam frequentius reperitur: cum & ipse quoq̄ poeta
Ausonius (qui sub Valentino Augu. floruit) sæpius protulerit.

Ausonius

Lata operum plebes: inquit: festinantescq̄ coloni: & alibi.

Ausonius

Consona quem celebrat modulato carmine plebes.

Hinc & tribunos dicim⁹ plebei casu patrio: sicuti ex grāmaticis uetustioribus
 colligit: Canes uero: & duces dici i singulari certū est: autoritate. M. Var-
 ronis: in libris ad. M. Ciceronem de latina lingua: q̄ & Q. Ennii in hoc: &
Lucilium aduocat: ex quo uersiculus Ennianus.

Varro

Ennius

Tantundem quasi foeta canes sine dentibus latrat.

Et affirmare quidē uideē idem Varro: fuisse apud uetustiores in usu ut ita p̄
 ferrent: quoniam natura ipsa i quaq̄ re magis ab incorrupto principio: q̄ a li-

Varro

bidine hominum inceperit: uidemus (ut inquit Varro) ex his uerbis: trabes:
 duces: de extrema syllaba e litteram exclusam: & ideo in singulari factū esse
 trabs: & dux: contra ex singularibus non tam uidem⁹ quemadmodum fa-
 cta sit ex. b. & s. trabes: & ex. c. & s. duces: sed hæc satis ne paulo minutiora
 consecrari auidius uideamur: et si hæc ipsa rerum litterarumq̄ discrimina di-
 ligenter: & accurate examinentur interdum a doctioribus: quod & Iulii Cæ-

Varro

Cæsar

saris analogici ad Ciceronem libri affirmant.
 Qui sunt apud iureconsultos pedanei iudices: & q̄ item pedarii fautores: &
 senatores ex commentariis atticis.

Caput. VII.

q Vi sunt pedanei iudices in ueterum scriptis non facile comperies: qui ti-
 bi exponat: nisi ad ipsos accedamus iureconsultos: in quorum uideli



et commentariis scriptum est: eos appellari iudices pedaneos: qui minores causas: ac negotia humilia obeant: quando alii nuncupati sunt: aut honorarii: aut etiam provinciales: qui detineri consueuissent in maioribus officiis: & honestioribus causis, solebat enim Sen. p. q. r. habere prouinciarum praesides: quorum erat officium uarias: multiplicesque causas absolvere: quod si idem nimium fuissent rebus publicis occupati: praemissum his erat alios iudices subrogare: qui in reliquis causis incumberent: & hos quidem pedaneos appellarunt, ex quo Dioclitianus: & Max. a. a. in hunc modum praeceperunt. Placet nobis praesides de his causis: in quibus eo quod ipsi non possent cognoscere: ante hac pedaneos iudices debeant notionis suae examen adhibere: ita tamen ut si uel propter occupationes publicas: uel propter causarum multitudinem: huiusmodi omnia negotia non potuerunt cognoscere: dandi iudices habeant potestatem: quod etiam Iulianus imperator ad praef. praetor. commodius uideat exposuisse. quaedam inquit sunt negotia: in quibus superfluum est moderatorem expectari prouinciae: ideoque pedaneos iudices: hoc est: qui negotia humilia disceptent: constituendi praesidibus potestatem: haecenus de pedaneis iudicibus in constitutionibus augustalibus. pedarii autem fautores hi a quibusdam sunt appellati: qui in alicuius sententiam pedibus irerent: eoque suffragio studium: ac fauorem praestarent: unde & pedaria sententia: sicuti in Laberianis minis notatum est: cum non uerbis quidem: aut punctis: sed pedibus in alienam irent sententiam. neque autem me latet: quod equites pedarii: senatoresque alia ratione dicti sunt: sicuti C. Bassus affirmauit. nam Romae erant senatores curules: id est qui sella curuli honoris: ac decoris ergo in senatu uehebantur: tum erant etiam qui non dum curulem dignitatem coepisset: quorumque pedibus in senatum pergebant: ob id appellarunt eos pedarios: sic & equites: qui cum non dum essent a censoribus incuriam lecti: & si poterant in senatum accedere: & ius habebant sententiae: non tamen senatores erant: atque ob id in aliorum sententiam se descendebant: quam senatus principes Rogati essent. de quo per multa etiam a Gellio referuntur in atticis lucubrationibus.

Gellius

Quam erudite a nostris iureconsultis uerba latina exponantur: & quomodo apud eos liberi: & parentes accipi debeant: non aspernanda obseruatio.
Caput. VIII.

u Erum profecto est: quod a uiris eruditioribus affirmari solet: ueteres quidem iureconsultos: in cognoscendis examinandisque uerborum uiribus maxime praestitisse: de his nunc agimus qui ante Vlpiani aetate uixerunt: quoniam Romanorum tunc eruditio: & quasi puritas deformari atque infici coepit. sed cum nuper Iustiniani principis Augusti commentaria legerem: quae per satyras pene collecta sunt nos illud cum primis tenuit: quod haud paucas uoces: quae a nostris grammaticis apud eum aliter explicari inuenio: cuiusmodi hoc est. quo nam significato parentes & liberi accipi debeant: dicunt enim

relatione

relatione quadam referri filios ad patres: eosque simili uoce & liberos: & parentes appellari: sed apud ipsos iureconsultos parentes accipimus eos. qui ad quintum usque cognationis gradum deueniunt: sicuti etiam liberos: nam pater: auus: proauus: abauus: atauus: tritauus: parentum nomine censentur: liberos uero dicimus filios: nepotes: pronepotes: abnepotes: adnepotes: trinepotes: ex quo Paulus iureconsultus in libro de cognationibus: parentes inquit usque ad tritauum apud Romanos proprio uocabulo nominantur: ulteriores: qui non habent speciale nomen: maiores appellantur: item liberi usque ad trinepotem: ultra hos: posteriores uocantur: uulgatum uero quod a Caesio Placido & A. Gellio de liberis traditur: hac uidelicet uoce & unicum significari etiam filium: quoniam in singulari ualeat: et si in plurali praefatur: quod a Sello in Rom. historia & Ser. Honoratus in Vergiliano commentario asserunt.

Paulus

Placidus

Gellius

Seruius

Quanta calamitas rei Latinae accesserit ex interitu Hermolai ueneti: Pici Mirandulae: & Ang. Politiani: tum de liberalitate Laurentii medicis erga Hermolaum: ac de iniquitate sui temporis.

Caput. IX.

n Escio quo fato superiore anno euenerit: quo francorum rex Carolus Italiae cum in festo exercitu: & instructis copiis inuasit: ut principes uiri in litteris atque in sumis disciplinis clarissimi perierint: hoc est Hermolaus Barbarus: Io. Picius Mirandula: & Ang. Politianus: qui omnes in ipso statim francorum aduentu & conatibus in maturo obitu ad superos concesserunt: sed. n. litterae ipsae: ac studia bonae artium simul cum Italiae libertate coepunt paulatim extingui barbaris ingruentibus: cum deesset hi homines: qui illis suo patrocinio: assiduisque studiis mirifice fauerent: qualis inter alios uir summa sapientia: & egregio animo Laur. Medices: quod ego libentius refero: ut agnosci possit: uel hoc uno exemplo: quod felicissime tunc ageretur: cum litteris atque litteratis. nam cum Hermolaus Barbarus rei. p. uenetae nomine legationes forte per Italiae obiret: & ad urbem Florentiam obiter accederet: Laurentius Medices (qui Florentinae re. pu. non minore tunc consilio quam fortuna gubernabat) statim tanto uiro cum amicis pluribus (ut fit) obuiam procedit: nihil ueritus: quod oegros pedes haberet: ac summis doloribus uexaretur. tum in Caiana uilla (quam infinitis prope sumptibus edificabat) honorificentissime illum accepit: simulque tanti hominis ingenio: & doctrina singulari prouocatus: eam quoque liberalissime studio: rum nomine illi obtulit: cum insigni atque instructissima bibliotheca: quam ad exemplum Philadelphi miratum industria parauerat: ut in eo quasi musaeum secessu: simul cum Pico Mirandula honestioribus disciplinis: ac philosophiae sacris pro arbitrio incumberet: in quo Hermolaus Barbarus (ut homo maxime humanus) libenter se dixit: & studiorum causa: & Laurentii merito talem animum agnosceret: uillamque ipsam: si per publicas curas liceret excipere: quae res monere interdum me solet: quam breui tempore fortunae ratio commutetur: quamque inique nunc agatur cum bonis studiis:

K

Caiana uilla
laurentij. M.

Arbitrator

siquidē pro meliorib⁹ disciplinis uitia: pro humanitate & officiis bella & caedes succreuerunt: ut illud Arbitri iure optimo probari possit.

Qui pugnas & castra petit: praecingitur auro.

Vilis adulator picto iacet ebrius œstro:

Et qui sollicitat nuptas: ad prœmia peccat:

Sola pruinosis horret facundia pannis:

Ac inopi lingua desertas inuocat artes.

De diis ipsis: eorumq; nominib⁹ in Romanis sacris: qui segetibus: ac frumentis praesiderent: ex Varronis & Augustini libris.

Caput. X.

f Cripta sunt ab Augustino complura de Romanis diis: quæ magna ex parte accipit ex libris. M. Varronis: quo autem loco de minorib⁹ diis

Augustinus

ac plebeis (ut uocat) agitur: in hunc modum differit: Proserpinâ inquit ueteres frumentis germinantibus praeposuerunt: geniculis uero: nodisq; culmorum deum Nodinum: iuolucris autem illis folliculorum deam Volutinâ: cum folliculi patefcunt: quo spica exeat deam Patelenâ: cū segetes nouis arstis: quâtur Hostilinâ deam: quoniâ hostire & hostimentum apud priscos pro exequatione accipitur. sed & Florâ mox adicit: Lactucinamq; & Maturam: qd̄ hæc olim numina frumetis florentibus: lactentibus: ac maturefcētibus praesiderent. hæc Augustin⁹ ex M. Varrone. in libro autē de agricultura

Varronem

sic apud eundem Varronem legitur de spica: & eius partibus: i spica inquit ordei & tritici tria fere continentur: granum: gluma: & Arista: tum uagina etiam cum exoritur spica granum: quod intimum soldum est uocatur: gluma uero folliculus eius: unde & glubere uerbum: qd̄ eo folliculo granum: (ut inquit) deglubatur: arista quæ uelut acus tenuis longa prominet ex gluma: sed hæc apud authores copiose explicata sunt.

Quam molli animo Artemon periphoretus fuerit: & historia perlepidade mirifica eius formidine.

Caput. XI.

q Vam molli animo atq; effœminato Artemon fuerit: in graecorum commentariis abude traditum est: in quibus inuenitur hunc ipsum cōsueuisse nunq̄ incedere suis pedibus: sed lectica uti: in qua fere circungebatur: quo circa ridiculo cognomento periphoretus est nuncupatus. poeta autem

Anacreon

Anacreon acerrimis uersibus illius molliciem: atq; prodigiosum luxum est insectatus: neq; secus quidem: atq; apud nos Menam Libertum Flacc⁹ Ho-

Horatius

ratius: aut Strumam Nonium Catull⁹: qd̄ uterq; corruptis moribus: atq; i

Catull⁹

credibili fastu uixerit: in ea praesertim ciuitate: quæ ceteris omnibus uitæ

Plutarch⁹

integritate praclarisque exemplis procul dubio praestitit. sed & Plutarchus Cheronæus ex historia pontici Heraclidæ Artemonem fuisse scribit supra ceteros homines mollem: atque in tota uita uoluptarium: animo etiam praepauido: & ad omnia uitæ momenta inconstantiz singu-

laris: duos namq; seruulos semper apd̄ se continere solitus est: qui scutum æneū supra suum caput sublatum gestarent: nequid forte in eum desuper posset excidere: qd̄ si quando proprios lares egrederetur uersatili lectica circumferri consueuit: neq; nos praeterit eundem pro fabro a quibusdam habitum: ac loripedem creditum: quæ omnia (ut est author Plutarchus) abunde refelluntur ab Heraclide. huius Artemonis imaginem Phidias marmore ab soluit: quæ a. C. Plinio magnopere commendatur: quo loco Astragalizotes Diadumenum: & Doriphorum eiusdem magnis laudibus extollit.

*Ridiculi**Plutarch⁹**Plin⁹*

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA LIBER
SEXTVS DECIMVS.

Quæ fuerit origo hetruscæ disciplinæ: ac de Tagete uate: qui e glebis extitit: eiusq; libris diligenter obseruatum.

q Væ fuerit apud po. ro. disciplina hetrusca: & quæ nā eius origo: in quibusq; maxime censeretur: uisū mihi est breuiter adnotare: quoniâ. S. p. q. r. nihil prope magnū: aut memorādum faceret: quin illud ipsum hetruscis antea monitionibus atq; decretis praebaretur: sed pri⁹ de origine: sicuti. M. Cicero: aliiq; permulti tradiderūt: in agro igitur Tarquinienfi cum terra ipsa paulo alt⁹ araretur: sulciq; altiores imprimerentur: Tages quidā repēte extitit: qui aratorem ipsum affatus dicitur. is autem Tages puerili effigie (ut Cicero ex commentariis hetruscorū tradit) apparuit: & si prudentia quidem senili fuit: uerum cū ad eius speciē bulbucus ostupesceret: edita uoce (ut fit) maxime inclamauit: quo euenit: ut breui tempore magno quidē cōcursu permulti ex hetruria ibidem conuenerit: tum Tages idem multis audiētibus complura locutus est: quæ diligenti cura excepta sunt: ac litteris cōmendata: neq; aliud Tagetis uerba cōtinebāt: q̄ aruspiciæ disciplinā: quæ multis subinde obseruationibus aucta: atq; amplior facta est. sic ut i ea fulminū fulgurumq; & ostetorū sciētia traderetur: quod & Plutarchus alicubi: & alii plures explicāt: sed & Marcellinus Ammianus Tagetis libros citat: quibus prodigia quædā ac portenta possent interpretari: qua i re suum officium hetrusci uates: atq; sacerdotes praestabāt: qd̄ & poetæ latini: & ipsæ decemuirales tabulæ testantur: in quibus & illud de hetruscis

*Cicero**Cicero**Plutarch⁹**Marcellin⁹*

Prodigia: & portenta ad hetruscos & aruspices

Sifenatus iussit deferunto.

Hetruriæ principes disciplinā docento

Quibus diuis creauerint procuranto:

K z



Linius

Linius p̄terea auth̄ est: nō minore studio cōsueuisse Rom. litteras et brucas discere: q̄ postea gr̄cis incubuerūt: quod alibi rettulim⁹. quin & Labeo Antistius (qui in iure pontificio & omnium ueterū doctrina doctus est habitus) libros Tagetis exposuit: eiusq; disciplinā et bruscā quindeci uoluminib⁹ explanauit: quod & Fulgētius ad gr̄maticū Calcydiū refert: quo loco de manali lapide dissent.

Fulgētius

De serpentū natura & genio in Aegyp̄tia theologia: & qua ratione accipitris caput illis addatur: aliq; de accipit̄re memoranda.

Caput. II.

Imrum profecto est: quod ab Aegyp̄tiis de natura & uiribus quorūdam animantium traditū sit: quod ut magis illi posteris comprobarēt: iter notas hieroglyphas siue sacerdotales (ut quidā uocant) rettulerunt: sicuti de serpente: & accipit̄re nūc subit. nā fuisse diuinum animal: ac diuinā serpentis naturā nō Tautus mō: qui & Thoth ab Aegyp̄tiis dicit̄: in Phoenicū theologia testatus est: sed etiam Phoenices atq; Aegyp̄tii: qđ i eo supra cetera quidē animantia spiritus acrior: atq; amplius ignis existat. quæ res cū ex illo celeri gressu ostenditur: sine ullis pedibus: manibusq;: uel aliis instrumentis: tum qđ ætatem subinde cum exuuiis renouant: ac iuuenescūt: itaq; Phoenices populi dæmonē hūc fœlicē: ægyptii Eneth appellarūt: cui caput accipitris adiacentes: celeritatē illius præcipuā indicabāt: qđ & Philon Bibli⁹ scribit: qui Sachoniati historiā ex Phoenicū lingua in gr̄cū sermonē cōuertit: Epies uero (qapđ Aegyp̄tios deorū maximus iterpres ē habitus) cū naturā accipitris: & anguis referret: diuinissimū inq; animal serpēs: & accipitris habēs caput: p̄ q̄ mirificū ē: nā sicubi sublatis palpebris effingebāt: tū oēm Aegyp̄tii regionē suo lumine cōplebat: sin clausis oculis fuisset: tenebras circūfūdī notabat: ut nihil dubiū sit: naturā eius maxime igneā existimasse. idē præterea Aegyp̄tii totius orbis molē demonstrātes: inter circulū aereum & igneū serpētis effigie cū capite accipitris circūducūt: ut istar sit gr̄cæ huius litteræ θ. quæ theta dicit̄: per circulū. n. magnitudinē ac formā totius orbis intelligūt: p̄ æguē uero (qui mediū intersecat) bonū dæmonē: cui⁹ merito ac beneficio oīa alantur: uigēant: atq; contineātur. quin & Zoroastres ille Oromasī filius (qapđ Persas maxime sapiētia p̄stitit) in sacra historia de reb⁹ persicis i hūc modū de re hac meminit: Deus inquit accipitris caput habet. is. n. inter oīa: quæ labem nullā: aut corruptionē sentiant: primus ingenitus: nec interitur⁹ unq; partiū expers: sibiq; ipsi simillimus: bonorū omnium auriga & author: rerū pater omnium optim⁹ ac prudentissimus: sacrum iustitiæ lumen: absolutissima naturæ perfectio: eiusq; inuentor: & sapiētia: quæ omnia copiose prosequit̄ Pamphilus Eusebius ad episcopū Theodorum.

Eusebius

De fœdere iter Gabios & Romanos: quod i corio bouis istar Clypei exaraturū fuerit: & unde Clypeis nomen: & qđ item clypeare uerbū designet.

Caput. II.

Acta est mentio in ueterum scriptis: de eo fœdere: quod iter Gabios & Romanos actū est: Tarq̄nio Rom. imperiū regente. sed illud in primis notandū: qđ in corio quidē bubulo eius capita & conditionē exararunt priscis litteris: ut refert Dionysius: cumq; instar clypei foret: in templo Iouis locarūt. qua in re Pōpeius Sextus Dionysio accedit: ut in eius cōmentariis probatur: quos a Verrio Flacco collegit: et si iuramentū Dionysius uocat: i quo faciēdo eximum bouem imolarunt: Clypeum inquit Pompeius ob rotunditatem ueteres corium bouis appellarunt: in quo romanorum fœdus cum Gabiis foret descriptum: subit autem ex his clypei formā fuisse: p̄pe. rotundam: unde & clypeodes gemma apud priscos nobilis: etsi de forma quidam dissentiant. dictum uero a cluendo clypeum: multis uideo persuasum: quod apud ueteres pugnare significat: alii a cælatura ipsa affirmant. i. ἀπὸ τοῦ κλύειν qđ in clypeis imagines foret. C. certe Plinius uir i bonis disciplinis aeri iudicio: ab ipsis imaginibus dictum refert: qualib⁹ in troiano bello pugnatū sit: non autem a cluendo: ut peruersa grammaticorum subtilitas uoluit: a clypeis uero deductum est uerbum clypeare: pro eo quod est clypeo se protegere: ut apud poetam Pacuuium lectum est. de quo & Var. Terētius ad. M. Ciceronem rettulit: Pacuuium esse uerbū clypeare: qua figura & a Cinna dictū est galeare ita enim: Pacuuius in Hermione fabula. Clamide contorta astu clypeat brachium Quod ipsum etiā Noni⁹ obseruauit: & si apud hūc parum integra uerborū fides seruetur.

Dionysius

Festus

Pompeius

Plinius

Varro

Nonius

De uiribus & egritudine amoris: ac de eius remediis copiose relatū ex Arabum cōmentariis.

Caput. III.

Vi de morbis hominum scribunt: eorumq; remediis: inter alia morborum genera amoris etiam tabem atq; egritudinem referunt: sicuti Græcorum fere: atq; Arabum cōmentarii testantur: nam in his multo maior atq; copiosior eius disciplinæ cognitio reperitur: quod equidem satis probaui: cum ea nuper legerem: quæ de morbo ipsius amoris: ac de remediis apud Arabes tradita sunt. ad hanc enim prope sententiam de amoris morbo edisserunt: nihil est aliud amoris egritudo: q̄ nimius animi affectus atræ bili affinis atq; consimilis: qui mentem assidue agitans: perurit: ex imagine & forma alicuius pulchritudinis: quæ oculis & animo amantis insidens incumbit: is autem magis subinde inardescit insiti desiderii fomentis accensus: donec uotum cōsequi ualeat: huius uero morbi hæc signa: sicubi p̄funditas oculorū adsit: & imodica siccitas: desūt. n. lacrimæ nisi forte superuenit fletus: iā & palpebræ ipsæ motu pene assiduo ueluti cōnuentes subsultāt: sic ut aliqui gestire: & subridere eiusdē uult⁹ apparet: ceu illud ipsum: quod animo agitans libens aspicere uel audire uideatur: est & eius spiritus uelut intersectus: & subsultans: uarieq; aut depressus: aut elatior: quod ipsum p̄ animi æstuat̄is

K iii



fortuna & conditione contigit: siquidem affectus ille miris modis pmutat
 ut qui letitiā: fletum: hilaritatē: tristitiā: spem: metū: audaciā: pauorem
 pre se ferat: nec in aliquo possit consistere: tum id maxime temporis: quo de
 amore: eiusq; uiribus: differentē audiat: laboresq; & insidiā: iniuriā: incōmo
 da: atq; repudia referant: mēbra uero ipsius admodū arefcunt mirisq; modis
 ipallent: nam & oculi altius resident: & palpebræ nimis uigiliis ac fletu tabi
 dæ obliuescūt: uenæ autē & arteriæ ipsius nullum fere ordinē seruātes susq;
 deq; se habent: illarum .n. pulsus maxime pmutatur ut ea ratione mētis di
 uersitas atq; æstus abunde intelligatur: magis autem egritudo apparet: sic
 ubi de re amata mentio incidat: aut hoc ipsū repente oculis amantis occurrat:
 quo fit: ut cognosci etiam possit: qđ ametur: & si callide dissimuletur: aut
 obstinate pernegetur: ita .n. facile deprehenditur: nec ubi medicorū sollertia
 desiderari possit: primo igitur complura nomina proferat medicus: eaq; su
 binde repetendo egroti pulsus obseruet: qui (ubi amata rei nomē editū ē)
 mirifice imutatur: qđ intersectus ac subsiliens est: dein etiā similia quādam
 dissimulāter medicus repetat: ingeniumq; & mores ei⁹: quæ amatis affectū
 excitant: ad memoriā reuocet: ac tum ex ipsis uenarum pulsibus satis pno
 scet & uim & causam egritudinis: quib⁹ diligēter consideratis: uidendū erit:
 si qua ratione ingredi atq; coniungi possint: id .n. potissimū s̄uientis mor
 bi remediū cēseri debet: quo & aīo & corpore facilius conualescat: qđ si fieri
 ullo mō id nequit: ut coniungantur: alia quoq; remedia excogitanda sunt:
 quibus illa tabes & animi affect⁹ tollatur: p multa uero sunt: quæ in arabū
 monumētis traduntur: sed nullū certius: aut p̄sentius: q̄ in aliā grauiorē cu
 ram magisq; anxiam distrahā: quousq; insidiens illa mentis cogitatio & fer
 uor intepefcet: aut etiā in multis passim uariisq; congressibus ueneri. incūbe

Lucreti re: quod & T. Lucretius apud nos precipit his uerbis.

Sed fugitare decet simulacra & pabula amoris
 Absterrere sibi: atq; alio conuertere mentem.
 Et iacere humorem collectum incorpora quæq;
 Nec retinere semel conceptū unius amore
 Et seruare sibi curam: certumq; dolorem.
 Vlcus enim uiuescit: & inueterascit alendo
 Inq; dies gliscit furor: atq; erunna grauescit
 Si non prima nouis conturbes uulnera plagis
 Volgiuagaq; uagus uenere ante recentia cures
 Ut alio possis animi traducere motus.
 Nec ueneris fructu caret is: qui uitat amorem
 Sed potius q̄ sunt sine p̄na cōmoda sūmit.

M. Varronis oraculum de Rom. Imperio: quod ex augurio. xii. uulturū
 per. M. CC. Annos futurum esset.

Caput. V.

c Opiose in epistolicis nostris: de ueterum auspiciis: ac portentis scripsi
 mus: nunc autem minime indignum existimaui: eam partē repetere:
 in qua de urbe ipsa: eiusq; imperio Romani augures p̄iudicium fecerint: q̄
 diu uidelicet tam excelsa rei. pu. dignitas seruanda esset.

Augusto augurio postq̄ inclita condita Roma est.

Scripsit. n. Varro Terentius in libris atiquitatum: fuisse Romæ Vectium in *Varro*
 augurandi disciplina nobilē: eumq; affirmasse futurū Rom. Imperii termi
 num: post. M. & CC. annos: si modo inquit uerum foret: quod in historiis

annalibusq; romanis tradatur de. xii. uulturib⁹: quas poeta Ennius corpora
 sancta appellat: sic autem Varro: si uerum est: quod de Romuli augurio tra
 ditum in condenda urbē: deq; . xii. uulturibus: ad. M. & CC. annos Ro
 manus po. pueniet: cū. c. xx. annos incolumis p̄terisset: qua in re factum ē

quidem iudiciū ex numero alitū: ut singulæ uultures centenos annos portē
 derent: Censorinus uero in perquirendis ueterū monumentis uir diligēs: &
 qui. M. annos ab urbe condita uixit: minime ad suum iudiciū pertinere asse
 ruit: hoc ipsum diiudicare: ne in re. parum cōperta minus prudenter posteri
 tati faceret imposturam: quod his fere hominib⁹ accidit: qui maiore studio
 q̄ consilio fortunæ aleā pensant: tēporumq; uarietatem considerant. ceterū
 tali sententiæ Vectii uidetur annorū numerus cōuenire: siquidem. cc. annis
 post authorē Cēforinū adiectis: iperātib⁹ Cesarib⁹ Constātiis: Romana il
 la dignitas cōsumpta est: quæ italiæ fines egressa Bizantium urbē se recepit.
 nam ingruentibus in italiā Vnnis: Vadalib⁹: & Gothis: tū maxime Rom.
 imperium cladibus multis affectum est atq; deletum. qđ autē. xii. uultures
 auspicii fœlicitatem Romulo p̄notassēt: cū historiæ multorum testatur:
 tum. Q. Ennius in annalibus: qui Romulū inquit ipsum in auentino mon
 te secessisse: ad auspiciū capiendum de urbe condenda: & nomine imponē
 do: itaq; studiis summis de hoc inter eos peractum refert.

Certabant urbē Romā: Remā ne uocarent:

Omnibus cura uiris: uter esset induperator.

Qui fuerit apud ueteres adamiani: & Nyctages heretici: ac de lychnobiis
 etiam hominibus: & Horatii locus expositus: tum de his: qui himero /
 baptistæ dicerentur:

Caput. VII.

i N Christiana philosophia cū uariā primo ac multiplices authorū de ip
 sa relligione foret opinionones: p̄multi quidē extiterūt: qui a Christianis
 heretici sūt appellati: qm̄ uidelicet ab optimo relligionis cultu: & ueritatis
 ratōe detorsissēt: hi. n. (ceu pessimū uir⁹ sensī p̄ arterias illapsū) in p̄cordia
 mox nō minore ipetu: q̄ dāno s̄auebāt: inter cetera uero quorundā p̄cepta
 atq; disciplinas nobiles aliqñ fuerūt illoꝝ factiones: q̄ Adamiani: atq; Nēt ya
 ges appellati sūt: de quib⁹ cū in ueterū cōmētariis mētio sit: eorū ridiculā: &
 p̄inde isanā sup̄stitionē libitū est paucis referre: nam Adamiani ob id nomen

K iiii



hoc acceperunt: quoniam exemplo Adam: nudi ac sine ullis uestibus degerent: eoque modo cum foeminis uersari: atque etiam orare consueuerunt: asserentes illud ipsum in uita melius extimandum: quod ad naturam magis accederet: cum in ea re nullam prorsus modestiam: aut uerecundiam rationem haberent: quae mortalium uitam (ut inquit Plato) pari iure instruit: atque exornat. Nyctages uero: quoniam uniuersam noctem somno. & quieti concederent: neque ipso noctis tempore uigilandum esse putaret: naturam genium uiolari: atque corrumpi opinantes. qui autem noctes euigilant: dies integros dormiunt: a Pedone Albinouano graeca uoce λυχνόβιοι ab Anneo Seneca lucifugae appellati sunt: ex quo illud Horatii ad Meccenam.

Huic parco paucis contento: quinque diebus
Nil erat in oculis: noctes uigilabat ad ipsum
Mane: diem torum stertebat: nil fuit unquam
Sic impar sibi.

quo loco ad istos certe lychnobios poeta Horati⁹ respexit: cuiusmodi a ueteribus quidam imperatores notantur: qui peruerso naturae ordine: noctes totas peruigilarent, sed & Butas Acilius: atque Spu. Pansa (ut apud eundem Anneum est) inter lucifugas reponuntur: unde elegans dictum Tib. Imperatoris de Acilio Buta celebratur: nam cum patrimonium ingens consumpsisset: & paupertatem suam apud imperatorem fateretur: sero inquit Tiberius o Butas experrectus es. hic enim homines (ut refert Seneca) qui se tenebris dicarunt: uelut antipodes sunt: quibus contraria quidem non regio: sed uita: qui Solem nunquam orientem: aut occidentem aspiciunt, sed enim defunctorum loco habendi sunt: neque a funere absunt: qui ad faces: atque careos uiuunt: quorum uidelicet contrarius usus atque praeposterus: Varo equiti Rom. occasione per elegantis dictionis praebuit. Himerobaptista autem apud iudaeos hi uocati sunt heretici: qui cottidie se ipsos: ac sua etiam uestimenta abluere consueuerunt: uerum de re hac secreto opere complura attulimus.

Quibus rationibus Agesilaus princeps: & Plotinus philosophus suis imagines effingi noluerunt: ac de Alexandro ite macedone non nihil.

Caput. VII.

f Criptum est in ueterum historiis de Agesilaio lacedaemonum principe: quod is quidem perpetuo edicto cauit: ne quis eius imaginem ullo modo exprimeret: quod existimaret a nullo prorsus opifice: singularem eius formam posse absolui. Alexander autem macedo (qui fortuna aeam pro uoto rex) impasse omnibus traditur: ne illius imago a pluribus effingeretur: quam ab Apelle: Pyrgotele: & Polycleto: qui in sua quisque arte quam absolutissimi forent: ne tanti regis effigies (ut inquit Apuleius) a multis passim artificibus contaminaret: itaque tantum permisit: ut eam Polycletus aere duceret: Apelles coloribus deliniaret: Pyrgoteles celamine exculperet: quod: & C. Plinius: & alii complures referunt. unde illud Horatii Flacci ad Augustinum de rege Alexandro

Plato

Seneca

Seneca

Seneca

Apulei⁹Plini⁹Horati⁹

Edicto cauit ne quis se praeter Apellem
Pingeret: aut alius: Lyfippo duceret aera
Fortis Alexandri uultum simulantia.

In quo tamen Lyfippum Horatius pro Polycleto adiecit. Plotinus autem philosophus cum eius imaginem quidam cuperet a pictoribus perfici. acerrime restitit: minime passus (ut dicebat) effigiem corporis exprimi: animum non uideri. Amelius certe (qui & Gentilianus est dictus) nulla ratione ab eo id potuit exorare: quam Plotino ipsi studiorum & beniuolentiae causa maxime infedisset: ut qui annos supra. xx. familiariter cum illo uersatus foret: quod & Porphyrius testatur. primus autem Asinius Pollio apud Rom. in biblioteca ipsa imagines collocauit: cum eam dedicaret: & ingenia hominum (ut est auctor Plinius) rem. pu. fecit.

Qui abecedarii: syllabarii: ac nominarii sit apud Hieronymum: ac de abecedario ex uerbis Hieronymi: & Augustini.

Caput. VIII.

d E Hieronymi doctrina & ingenio: saepe alias diximus: in tanto. n. uero non minus laudari debet uita: morumque integritas: quam ueterum omnium disciplinarum egregia eruditio: nam & idem uoces aliquot apud Latinos tam feliciter adinuenit: quam apte & comode composuit: sicuti haec sunt quibus discetium profectus in ipsa litteratura: seu litteratione designatur abecedarii: syllabarii: & nominarii: ita eos appellat qui per suos disciplina gradum promoueat. abecedarios qui litterarum serie atque ordinem profectatur. syllabarios uero: qui syllabas ipsas colligere: & syllabatim legere incipiant: nominarios eiusmodi homines: qui integra nomina proferant: siquidem ita discetium classes a ueteribus institui consueuerunt: quod etiam nunc in litterariis ludis apparet. Sed hoc totum per quam elegantem descriptionem a Hieronymo traditum est: in commentario Mosaycae philosophiae: quo Adamantium Origenem interpretatur. dabimus inquit in nostra etiam lingua similitudinem: qua consequentiae huius ratio patescat: in litterario ludo: ubi pueri prima elementa suscipiunt. Abecedarii dicuntur quidam: alii syllabarii: alii nominarii: alii iam calculatores appellantur: & cum audierimus haec nomina: ex ipsis qui sint in pueris profectus agnoscimus: similiter & in liberalibus studiis cum aut locum recitare: aut allocutionem: uel laudem: aliasque per ordinem materias audierimus: ex materiae nomine profectum abolefcetis aduertimus: hactenus Hieronymus. Sed Augustinus item abecedarium uocat: ordinem illud litterarum: quem pueruli condiscunt: quod & Fab. itidem Fulgentius in mythologicis sequitur: ordinem autem hunc litterarum: syllabarum: & nominum diligenter ac docte Mallius expressit his uersibus.

Vt rudibus pueris monstratur littera primum.
Per faciem: nomenque suum componit usus.
Tunc coniuncta suis formatur syllaba nodis
Hinc uerbis structura uenit per uerba ligandi
Tunc rerum uires atque artis traditur usus.

Horatylor

Horati⁹Porphyri⁹Plini⁹

Hieromy

Hieromy

Augustin⁹Fulgenti⁹Malli⁹

Perq; pedes proprios nascentia carmina surgunt
Singularq; in summa prodest didicisse priora.

De Romanis uatibus antiquissimis: eorumq; hymnis & canticis: tum qui
dicerentur Mineruii: Ianales: & iunonii uersus.

Caput. IX.

primos fuisse apud Rom. po. uates Publiū: Calenū: Martium: & Liuiū
Andronicū uetere cōmētarii tradūt: hi. n. eiusmodi uaticinia ac uersus
effuderunt (ut est author Cicero) quos Fauni: uatesq; canebant: sed. n. illorū
carmen fere: aut ad laudē deorū referebatur: aut ad ciuitatis lustrationē: &
prodigia expianda: Liuius autem Andronicus eos uersus cōposuit: q; a terno
uenis uirginibus per urbē celebrati sunt in Iunonem reginam: data resti per
manus: ut copiose relatum est a Liuiō: in rebus gestis Rom. po. qui carmē il
lud ueluti abhorrens: & incōditum prætereundū putauit. sed & mox. P. Li
cinius Tegula ad expianda prodigia carmen itidem consimile effecit: idq; ex
responso decenuirali traditur absolutum. Zosimus quoq; diligenter obser
uauit: quib; hymnis: & pæanis in tēplo palatini Apollinis Rom. po. utere
tur. tum quo ritu ter nouē pueri nobiles patrimi & matrimi cū totidem uir
ginibus illos decantarēt: nec illud omittendum iunonios quidē uersus: mi
neruiosq; & Ianales ppter ea dictos apriscis: qd̄ corū numini ac maiestati di
carentur: de quibus Var. Terentius: aliq; authores mentionē faciunt.

De. M. Antonio: qui leonibus ad currū iunctis uehi cōsueuit: ac de He
liogabali portentoso ingenio: qui leones: tygresq; & mulieres ad currū
iunxit.

Caput. X.

M. Antonius primus (ut inquit Plinius) iugatos leones ad currum iun
xit ciuili bello post pugnam pbaralicā: & ab illis uectus est cū mima
Citharæda: De Antonino autē Heliogabalo: qui orbis terrarū (ita diis pla
cuit) imperator fuit: sic a Lampridio scriptum est: quaternos iquit canes ad
currū iunxit: eorūq; mō uectat⁹ est. idē quoq; iunctis quattuor ceruis i publi
cum processit: sed & leones cōiunxit Cybelem se appellans: iunxit & tygres
Liberum patrem se uocās: habuit gemmata uehicularia & aurata: atq; ut infa
niam libidini adderet: iūxit etiā quaternas mulieres: nudusq; a nudis perue
ctus est. de Firmo impe. qui robustissimus est habitus: & illud ab Aurelio li
berto scriptum est: eum fuisse uectum ingentibus structionibus: adeo ut ma
gis uolare: q̄ gestari uideretur: quæ res a Vopisco etiam refertur.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE
HONESTA DISCIPLINA LIBER
SEPTIMVS DECIMVS.

Quot apud ueteres idiomata celebrentur: ac de illorum inuentoribus:
tū perelegantes senarii appositi: & de Gordiani impe. sepulchro.

Voniam sæpe in quaestione uenit: quot apud ueteres idiomatū
genera fuerint quæq; maxime celebrata: putauit non indignū fo
re si senariolos quosdam de. vii. linguis subiciam: quos equidē
in peruesto codice legi ex biblioteca septimiana. in eo. n. libro
multiplex linguarum uarietas demonstratur: tum qd̄. vii. litterarum gene
ra præcellant: ut Hebraicæ: Atticæ: Latinæ: Syriæ: Chaldaicæ: Aegyptiacæ ac
Geticæ: sed audiamus ueteres uersiculos: ne impendio longius euagemur.

Moyse primus hebraicas exarauit litteras.

Mente phenices sagaci condiderunt atticas

Quas latini scriptitamus: edidit Nicostrata

Abraham Syras: & idem repperit caldaicas

Isis arte non minore protulit Aegyptias.

Gulfila prompsit getarum quas uidemus ultimas.

Notum uero & illud qd̄ Augu. Gordiani sepulchrū apud circeū castrū titu
lum diu seruarit uariis linguis decoratū: litteris quidem & græcis & latinis:
& persicis & iudaicis & aegyptiacis: Epitaphiō autem id est. DIVO GOR
DIANO VICTORI PERSARVM: VICTORI GOTTO
RVM: VICTORI SARMATARVM DEPVLSORI RO
MANARVM SEDITIONVM: VICTORI GERMANO
RVM SED NON VICTORI PHILIPPI: de qua re alibi com
modius dictum est:

De Maximini Impe. sæuitia: & uersiculis contra eum uulgo prolatis.

Caput. II.

Ioclitiani Imperatoris dictum celebre est nihil prope itota uita esse dif
ficilius: q̄ imperatorem bene imperare quod ab eo tamē dictum credē
ante q̄ factus esset imperator: & sane ex annalibus antiquorum facillime qui
uis intelligit quam pauci omnino fuerint: ex tanto principum numero: qui
optime imperium administrarint: siue enim licentia & libido: siue rerū om
nium copia eorum animos inmutaret: mirum certe q̄ breui ad scelestissima
quæq; prouerent: quod ipsum ex Claudiis: Vitelliis: Caligulis & Neronib;
apertissime constat: nam quid ego de Heliogabalis nunc & Maximinis atq;
Commodis dicam: quorum scelera: ac monstrosa prodigia in ipsius natu
ræ conuictum excreuerunt: sed libitum mihi est uersus aliquot cōtra Impe.
Maximini senioris crudelitatem apponere: is enim tā feri ingenii: tamq; i ma

Carmina que quonda fauni
uatesq; canebant

Cicero

Liuius

Zosim

Varro

Plini

Lamprid

Vopisc



nis fuit: ut illū Cyclopē: & alii Busiridē: Typhonē alii: aut Gigē appellita-
rent: uersus hi sunt: quibus thracēsi seuitiæ illufū est.

Et qui ab uno nō potest occidi: a multis occiditur.

Elephas quidem grandis est: & occiditur.

Leo fortis est: & tamen occiditur.

Tygris acerrimus est: & occiditur.

Caue multos: si singulos non times.

Id autem carmē ex græco uersum: ob eam præcipue causā appofui: ut siquē
in græcum incidam: & illud æque adiciatur, habes hoc apud Iulium quoq;

Capitolin

Capitolinum ad imper. Constantium.

Horatii carmen expositum de Cyclopp i scena saltante: & de Cyclopeis
ludis: ex ueterum authoritate: ac Lucilii uersus de Polyphemo.

Caput .III.

Non defuerunt apud græcos: qui de ludis: & eorū uarietate per multa
scriberent: sicuti ex nostris anneus Seneca: & Suetonius Traquill⁹: in
ter ceteras autem uoluptates scænicas celebrari uideo Cyclopea: sic enim uo-
carūt: cum ipsum Cyclopem in scæna saltantem proferrent: habitu: & orna-
mentis illis: quibus Polyphemus apd ipsos maxime poetas decorat. quod
ego duxi obseruandum: ut apud Flaccum Horatium locū interpretemur:
paulo indiligentius ab aliis expositum. itaq; sic allufit: cū de Sarmento scur-
ra: & Messio osco: eorumq; litibus differit: ac Messiu ore fædo: & facie tur-
pi similemq; laruæ reddit.

Seneca

Suetoni

Horati

Campanum inquit in morbum: in faciem p multa iocatus

Pastorem saltaret uti cyclopa rogabat:

Nil illi larua: aut tragicis opus esse cothurnis.

Quo loco saltare cyclopa nihil puto aliud ab Horatio intelligi: q̄ & fronte
& habitu talem fuisse Messium: ut Polyphemum in scæna saltantem possit
exprimere: ac risum de se spectantibus facile commouere. sed eorum nomi-
na referam: qui hoc in scæna: spectaculum exhibuerunt: Carinus quidē ipe:

Vopiscus

(ut Flauius Vopiscus i tertio ad Bassum libro tradit) ludos fecit apparatussi-
mos: ac mimos undiq; aduocauit: exhibuit etiam ludum sarmaticum. quo
dulcius nihil est: exhibuit & cyclopem adornatum. Tremellius item Pollio

Tremelli

pollio

(cum Galienus ipe. decennia uariis ludis celebraret) cyclopem inquit etiam
luserūt oēs arenarii: ita ut miranda quædam & stupenda mōstraret. Lucili⁹
autem po. (qui primus condidit stili nasum) Homerica imitatione ita i saty-
ris de Polyphemo iocatus est.

Multa hominum portenta in Homero uersificata

Monstra putant: quorum imprimis Polyphemus ducentos

Cyclops longus pedes: huic porro maius bacillum

Quam malus maximus sit in nauis: & corbita in ulla.

Quo habitu ac figura stilius esset apud ueteres: ac de parte eius deletili: &
quid item sit stilū uertere: ex Augustino: Hieronymo & aliis.

Caput .III.

i N libro Sermonum primo sic apud Horatiū legitur: quo loco poetæ
Lucilii carmen: ut minus cultū & incōpositū reprehenditur.

Sæpe stilum uertas: iterum quæ digna legi sunt

Scripturus: neq; te ut miretur turba labores

Contentus paucis lectoribus.

Id ego solitus sum ad hunc fere modum interpretari: uertere ut stilum quis
dicatur: cum scripta ipsa inducuntur ac delentur: quoniā qua parte aculea /
t⁹ is esset atq; subulat⁹: ea potissimū exararet: qua uero parte latiuscula acies
foret: hac delere aliquid (sicubi usus peteret) cōsuerūt: tales autē stilos etiā
num graphiarii nostri habent: sed quoniā priores partes agit scriptio: q̄ litu-
ra: propterea cū debebant: hoc est latiorē ac deletilem stili partem conuerte-
bant: uertisse stilum dicebantur. quod etiam a diuo Hieronymo notatū est:

Homer

qui meliorem stili partē nominat: quæ peiora de authorib⁹ expungat: sicuti
ti & Ruffinus in eundē Hieronymum recenset: Stultus ego inquit: q̄ me

Hieronym

putari hoc absq; philosophis scire non posse: qui meliorem stili partem ele-
geram eam: quæ deleret: q̄ quæ scriberet: frustra Alexandri cōmentarios uer-
ti: & Porphirii Isagogem expendi. sed hoc idem ex uerbis Augustini multo

Ruffinus

copiosius elicitur: quæ sunt in libro de quantitate animæ: quo loco rem mi-
nimam: sed admirabilem tamen: tam latine: tam docte: tam presse: tam si-
gnificanter descripsit homo ille: nō sanctitate minus q̄ doctrina summus:

Augustinus

ut ob id etiam indicasse mihi uideatur: quantum in romana eloquentia po-
tuisset: nisi se nimis interdum ad audientium aures & mēsurā submisisset:

sed ascribam uerba ipsa Augustini: idq; paulo prolixius: quoniam ceteris q̄-
dem credo usu euenturum: quod & mihi accidit: ut cum uoluptate mirifi-
ca perlegantur: ab hoc inquit me reuocat: quod hisce hausi oculis pene se-
rius: q̄ credi potest: sed certe nō serius q̄ deberet: cum. n. nup in agro essem⁹

liguria: nostri illi adolescentes (qui tunc mecum erant studiorum suorū gra-
tia) animaduertentur humi iacentes in opaco loco reptāt m bestiolum mul-
ti pedem: longum dico quendam uermiculum uugio not⁹ est: hoc tñ quod

dicam: nunq̄ in eo expertus eram: uerso namq; stilo (quē forte habebat un⁹
illorum) animal mediū pcussit: tum ambæ partes corporis ab illo uulnere i-
contraria discesserunt: tanta pedū celeritate: ac nihilo imbecilliore nisu: q̄ si

duo huiuscemodi animalia foret quo miraculo exterriti: causaq; curiosi: ad
nos ubi simul ego: & Alipius confidebamus alacriter uiuentia frustra illa
detulerunt: neq; nos parum commoti ea currere in abula quaquauersum po-
terant cernebamus: atq; uno ipsorum stilo tactum contorquebat se se ad do-
loris locum: nihil sentiente alio: ac suos alibi motus peragente: quid plura:

tentauius qatenus id ualeret: atq; uermiculum: immo iam uermiculos i



multas partes concidimus: ita omnes mouebantur: ut nisi a nobis illud factum esset: & comparerent uulnera recētia: totidem illos separatim natos: ac sibi quemque uixisse crederem: hęc Augustinus: uides autem uerso stilo dissectum fuisse animal: hoc est parte eius deletili: qua scriptorum quoque emendatio perficitur: hinc illud Fabii ad Marcellum: stilum ipsum nō min⁹ agere cum delet. qua in re uel Ang. politiani manibus habenda est gratia: a quo similia his aliquando audiuimus.

Quę sint serperastrā in geniculis puerorū alligata: & Aristotelis uerba in politicis: ex Varronis sententia exposita.

Caput. V.

f Cribit Aristoteles copiose in politicis: qua ratione prospiciendum sit his hominibus: qui in tenera adhuc aetate uersent: quibusque cibis maxime nutriendi: quo magis coalescere possint: eorūque uires reddi auctiores: atque solidiores: tum explicat etiā adhibendam diligentiam: ut ambulare infantes doceantur: exemplo uidelicet quorūdam populorum: ne mēbra (ut idem inquit Aristoteles) in tenera aetate deprauata ac distorta reddantur: itaque instrumentis ac machinis quibusdam utuntur: quo puerorum corpus & ualidius & rectius seruetur: quod ego ob id putaui referendum: quoniam. M. Varro latina uoce serperastrā appellat ea instrumenta: quibus adhuc infantes anniculi ad gressum subriguntur: & ambulando facili⁹ pergunt: ne intorta crura sint: uel inæquali gradu inambulent: nam genu alligare illa Romani consueuerunt: ne uaciat (ut inquit Varro) aut cōpernes fierent. uerba ei⁹ hęc sunt in libris de latina lingua ad. M. Ciceronem: si quis in consuetudine ambulandi factus sit uaciat: aut cōpernis: si eum corrigi non concedat: non sequitur ut stultum faciant: qui pueris in geniculis alligant serperastrā: ut eorum deprauata non corrigant crura: cum deculpandus non sit medicus: qui e longinqua mala cōsuetudine agrum in meliorem traduxit. M. quoque Cicero cum de suis cohortibus agit: in epistola ad Pomponium ludens: serperastrā suę cohortis nominat: nisi forte nomen hoc foret cohortis: ut legio: quę alauda: & quę rapax dicerentur: de serperastris inquit cohortis meę: nō est quod doleas: ipsi enim se collegerūt admiratione uitę integritatis meę: sed hoc ex Cicerone considerandum melius est: dicta sunt autem serperastrā (ut puto) ab inferendo: quoniam infantes ipsi reptare potius & inferpe: quę ābulare primū uidentur: qua figura & feliquastrum dicimus: quod a sedēdo. M. Varro paulo incommodius detorquet.

Quid sit proprie lychnucos: & emendata uox in Suetonii historia: tū Lucretii poetę carmen additum.

Caput. VI.

d Eprauata uox est in. C. Suetonii codicibus: quam facile agnoscent hi omnes: qui & gręce litteraturę haud imperiti omnino sunt: & uetustatis non incuriosi: nam uerbum quod est lychnucos tā exemptum est e u

uita Iulii Cęsar. quę e Flauii Domitiani: proque eo lychnos in erudite: ac perperā subscripserunt: cū codices fere omnis uetustiores lychnuchos retineāt: qua in re non minus antiquitati concedendum putamus: quę auctoritati: ad hunc igitur modum Tranquill⁹. C. inquit Cęsarem dictatorem capitolium ascendisse ad lumina elephatis dextra ac sinistra lychnuchos gestatib⁹. et in Domitiano itē uenationes inquit: & gladiatores noctibus ad lychnuchos exhibuit: ita enim ueteres & probati codices in uaticana etiam bibliotheca habent: neque est aliud lychnuchos: quę laterna: quę gręce φανός aut λύκη et si facē lucem quędam interpretantur. de quibus per multa sunt in Suidę collectaneis: sed & Pollux ad Cōmodum: & Athenęus in dipnosophistis meminit: tum multos ad id auctores aduocat: ut Alexim: & Aristophanē ueteres poetas: apud quos pro laterna uideat lychnuchus accipiendus: & Alexis quidē perlepidē sic iocatus est de lychnucho in fabulis.

Qui primus excogitauit: ut noctu cum lychnucho deambularet. Is profecto amator aliquis digitorum fuit.

Dictum uero id uerbum eadem figura: qua Ceruchon: Sceptruckō: Ophiuchon: & alia eiusdem generis: sed & poeta Lucretius nihil aliud nobis innuat: quę istos lychnuchos: qui in ædibus nobiliorū uiserentur: unde lumē ad nocturna conuiuia suppeditari posset.

Si non aurea sunt inquit iuuenum simulacra per ædes Lampadas igniferas manibus retinentia dextris

Lumina nocturnis epulis: ut suppeditentur.

Nec domus argento fulgens: auroque renidet:

Nec citbaris reboant laqueata: aurataque templa.

Nam & C. Plini⁹ lychnuchos pensiles nominat: ubi lychnos falso legebat quod Hermolaus fatetur: ex quo etiam num romę lapis hoc titulo insculpt⁹. PANTHEI CVM SVIS PARERGEIS: ET CVPIDINES DVO CVM SVIS LYCHNUCHEIS: locū uero Suetonii & Politianus agnouit: uir & ingenio acris: & lectione multiplici excellentis: de xilolychnio autem & obelisco lychnio alias dictum a nobis est.

Quid in ueterum nummis sit. A. A. A. F. F. ac de tribunitia potestate ad nummos signandos: tum locus ex decemuiralibus tabulis.

Caput. VII.

i Nueterum nummis litteras quandoque eiusmodi comperias: uix ut solum satis possis colligere ex illis: qualis hęc inscriptio alicubi inuenitur: quę ad imperii Rom. amplitudinem atque dignitatem pertinet. A. A. A. F. F. in his autem litteris (nisi forte decipior) id significatur Aere: argento: auro: flando: serundo: quod in quorūdam commentariis etiam deprehenditur: in quibus de potestate ac uiribus notarum agitur: quem ego librum haud equidem probo Valerio ascribendum existimo: quod de notis Cęsarianis præter alia multa commentariū fecit: quod a Gellio in atticis refertur: libuit

Suetoni⁹

Suetoni⁹

Suidas

Pollux

Athenę⁹

Lucreti⁹

Plini⁹

Gelli⁹

Librū de potestat
ac uirib⁹ notarū
probo nō esse ascri
bendū



hanc rem: ob eam præcipue rationem adnotare: quoniam istiusmodi inscriptio aliter fere a multis exponitur, illud autē diu seruatū est a S. p. q. r. ut argentum de uictis gentibus dumtaxat imperarent: quod & Plinius nouo mensis testatur, signandi uero nummi potestas ad ipsos tribunos relata est: sicuti & leges decemuirales probāt, in quibus uerba ipsa ita se habent: ne quis maiorem in hoc diligentiam desideret.

Tribuni sūto: domi pecuniam publicā custodiunto:
Vincula fontium seruanto: capitalia uindicanto:

Aes: argentum: aurum ue publice signanto,
quod ipsum a. M. Tullio: & C. Plinio in metallicis approbatur.

Qui sint apud iureconsultos directarii & dirigere: ac restituta, in pandectis ueris lectio: tum qd apud grecos thicobates intelligatur.

Caput. VIII.

d Directarii qui sint apud iureconsultos ipsi nobis digestorum libri indicant: nam & in Vulpiani uerbis positum id ē: quo loco de saculariis & directariis mentio habetur: q̄q̄ in uulgatis codicibus pro directariis detrectarios fere inuenias: quin & hoc idem docet alibi Vulpianus: etsi falso directarii scriptum est: quem locum uiri paulo diligentiores non improbabūt: quādo & pandectarum libri ipsi antiquissimi: qui Florentiæ sunt in Marciana bibliotheca: huic sententiæ astipulantur: uerba autem pauli hæc sunt: cū de criminibus extraordinariis agitur: saculariis: qui ueritas artes exercētes: i sacculos partem subducunt: partem subtrahunt: item qui directarii appellantur: hoc est hi homines: qui in aliena se cœnacula direxerint: furādī animo: plusq̄ fures puniendi sunt: utrobique autem ridiculus est Accursius: nisi ueniā dare homini malis: quoniam rudi sacculo: ac prorsus illiterato natus est: sed retineri tamē eius nugæ: & hæc ætate a nostris iureconsultis defendi: qua litteræ omnis: ac honestiores disciplina: per multum incrementi acceperūt: id ego uix ferendum existimo: ab his præsertim: qui bonarum litterarum sacris initiati & exulti sunt. sed hoc ipsum diis iuuantibus commodius asseremus: multa enim in iure civili accepta perperam: & inepte exposita sententiæ per sæpe afferunt uiolentas & falsas: quas defendere nemo ipsorum possit: cum sint adeo nostri legulei a romanis studiis & melioribus disciplinis abhorrentes: qui autem directarios fures istos nominarint: a dirigendo arbitror uocē hanc inflexerūt: qd̄ in alienā domū se dirigere perinde sit: atq̄ ingredi: eosdem uero esse directarios quidā dixerūt q̄ τῆς ὁβέρται a grecis uocātur: apud quos frequēs hoc uerbū cōperies: tā & si flauius etiā Vopiscus hac uoce usus ē in libro historiæ tertio ad Bassū, de Charino inquit: & Numeriano. a. a. memorandū id ē: qd̄ ludos po. Romano spectaculis ornatos dederūt: inter alia. n. exhibitus est τῆς ὁβέρταις qui per parietem urso eluso cucurrit.

De Tertulliani eruditione: ac eius uerba cōtra Marcionem hæreticū relata: & quo modo Hieronymus ea transtulerit.

Caput. IX.

1 Ibro aliquot erudite atq̄ acriter scripsit Septimius Tertullianus cōtra Marcionē hæreticū: q̄ Stoicorū disciplinā secutus: bina p̄cipia: binosq̄ deos ponebat: bonū & malū: sed i his qd̄ libris Tertullianis elegāter iterdū & copiose leuitatis iconstātia: atq̄ improbitatis Marcionē accusat: cuiusmodi sunt hæc: q̄ ob ipsā gratiam orationis ἡ ἀγία μὴ uolui subscribere: noster inquit Marcio Seytha tetrior: Amaxobio instabilior: Massageta inhumanior. Amazonia audacior: nubilo obscurior: hyeme frigidior: Istro fallacior: Caucafo abruptior: quē locū diu Hieronymus (ut alia multa) secutus ē: trāsmutatis quibusdā uerbis atq̄ transpositis i libro cōtra uigilantiū: quē p̄ antiphrasim dormitantium uocat.

Mos ueterum de mittenda impe. imagine ad urbem: siquādo in absentia crearentur: & qd̄ ipsi ludæi nullas imagines Cesare recipere uoluerunt.

Caput. X.

r Elatum in litteris est: quēadmodū Rom. impe. cū hoc nomen: & augustā dignitatē in absentia cōsequerentē: soliti sunt propriam effigiē ad urbem mittere: quo se ipsos senatui, p. q. r. facilius insinuarēt: Hoc ego putauī ob eā causā obseruandū: quā ante Antoninorū imperiū nemini (ut opinor) legi accidisse: p̄ multi autē id effecerūt: subsequētibusq̄ annis: q̄ suā imaginē ad urbem miserūt: qd̄ Ammianus Marcellinus: & Zosimus historiæ Rom. authores testantē: nā & Constantii ipe. imago recepta i urbe est: & itē Galerii: qui & Maxētius effigiē suā Carthaginē destinauit: ut suo nomini atq̄ auctoritati magis cōciliaret Carthaginensē populum: quod a copiis & militibus Galerianis prohibētū fuit: reuentibusq̄ dignitatē Maxētii fieri ap̄liorē: sicut a Zosimo traditū ē. illud autē minime omittam quēadmodū. C. Cæsar cū iudæis populis iperasset: ut eius effigiē tēplo reciperet: nullis rationibus adduci potuerūt: ut hoc p̄ficerent: sed arma potius superserunt: q̄ ut illud aīo Cæsarē concederēt. seruatū est. n. a ludæis magna religione: ut nullā p̄fus imaginē: aut simulacrū in tēplis haberēt: sed unū dumtaxat deū mēte ipsa cōcipientes colere cōsuerūt: quod Aegyptii cōtempnētes uarias ac multiplices animalium formas p̄ diis habuerunt. itaq̄ sic tacitus Cornelius de ludæis: unū inquit num̄ sola mēte intelligūt: p̄phanos credūt: q̄ deū imagines mortalibus materiis i spēs hominū effingāt: solū illud & æternū: neq̄ mutabile: neq̄ interiturū. nulla igitē simulacra suis urbibus: ne dū tēplis sunt: non regibus hæc adulatione: nō Cæsaribus honor: neq̄ illud quidē ignorat: morē fuisse Rom. imperatoribus: suas quoq̄ imagines in templis adorandas apponere: quod a Septimio Tertulliano magnis cōuitiis accusatur atq̄ exhibetur.

Qui sint ap̄d Aeliū Lāpridiū bñ nasati hoies: ac de Imp. Antonini Heliogabali flagitiosa: & infanda libidine.

Caput. XI.

n On cōmittā: quo min⁹ ap̄d Aeliū Lāpridiū exponam⁹: q̄ nā sint hoies bene nasati in uita Antonini Heliogabali Impe. q̄ bene nasatos hoies frequēter appellare cōsueuit: cū mutonatos: beneq̄ mētulatos significabāt

Plim?

Plim?
Cicero

Vopisc?

Tertullian?

Hieronym?

Marcellin?

Zosim?

Zosim?

Cor. Tacit

Tertullian?

Lampidi?



Quod equidem propterea cēfui adnotandū: ut eorū inſcitia ac ineptiis occurratur: qui bene uafatos improbiſſime & legunt & exponūt. Flauio certe Blondus uafatos homines apud Lāpridiū pro his inſcitiffime accipit: q̄ admodum dices: & opulenti forēt: nemini autē nō cōſtat: Antoninū quidē Heliogabalū in tota uita fuiſſe tā extremi luxus: ac nefandæ libidinis: ut potius ſe ipſū naturæ portētū: q̄ Rom. Imperatorē probaret: itē alia, n. uitæ ſcelera atq; flagitia: lenones: meretrices: exoletos: ac ſubactores ppe inumeros collegit: illiſq; uafatos hoēs adiecit: hoc ē (ut Lāpridi⁹ etiā notauit) uiriliores: qm̄ illis Heliogabalus ad libidinē & flagitiū ſceleftiffime utebatur: quo circa ſic Lāpridius ad Cōſtantinū ipe. de pdigioſa eius libidine. quis ferre poſſet inq̄t principē p̄cuncta caua corporis libidinē recipientē: cum ne beluā quidem talem: quiſq; ferat. Romæ deniq; nihil agit aliud: niſi ut emiſſarios haberet: qui ei bene uafatos pquirerent: eoſq; ad aulam pducerēt: ut eorū cōditionibus frui poſſet. ſed hanc ipſam uocem ſæpius apud eundem comperies: facile ut appareat: quātum hi homines incurrant: qui ſunt in legēdis p̄ſandisq; authorib⁹ oſcitantes atq; ſegniores: nā & maioris peculii eoſdē uocat: qm̄ uiriliores fere uidentur: unde & prouerbiū uulgo detritum denafatorum peculio.

De Archite Colūba uolatili ex mechanica eius diſciplina: ac de Boethii philoſophi pari ingenio & doctrina: ad mechanica q̄dā mirāda efficiēda. ex Caſſiodori Variis. Caput. XII.

Er multum laudatur in ueterū cōmentariis Archite Tarētini eruditio & ingenium. nā & Plato philoſophus eidem Archite plurimum conſeſſit: cuius merito factum exiſtimatur: uti Plato idem a Tyrāno Dionyſio ſeruaret: in mechanicis uero magnopere Archite p̄ſtitit: ſic ut eius quoq; columbā lignēā ponduſculis quibuſdā inſtructā: mirificoq; artificio fabrefactam uolitaſſe ſcribāt. cū alii authores: tū Phauorinus: qui ut egregie uir doctus eā celebrauit: ſicuti legitur in atticis cōmentariis. id ego cum diligentius cōſiderarem: offendi cōſimile exēplum de Boethio philoſopho: quod ab Aurelio Caſſiodoro relatū eſt in Variis libris: ſ. n. Caſſiodorus: cū ad eū dē Boethiū ſcriberet: ſimulacra eiufmodi: atq; mechanica opa librantis adhibitis: ſūmoq; ingenio excogitata ab eo & cōfecta affirmat: ut aues deuolantes: & angues exhibitantes: et hercle tā magno ingenio fuit Boethius: tamq; multiplici eruditione: ut facile ad id credēdum animū inducā: aſſerente hoc maxime Caſſiodoro: qui fuiſſe traditur Regis Theoderici a ſecretis. ſed apponēda ſunt eius uerba ex Variis: quo facilius atq; cumulatius hoc totum pernoſcatur. Tibi inquit ardua cognofſe: & miracula monſtrare propoſitum eſt tuæ artis ingenio metalla mugiūt: Diomedes in ære graui⁹ Bucciantur: ane⁹ anguis inſibilat: aues ſimulatæ ſunt: et quæ uocem propriā neſciūt habere: dulcedinem cantilenæ probantur emittere: parua de illo referimus: cui cœlū imitari fas eſt: hæc in Variis Caſſiodorus.

Variar. libri

Caſſiodor⁹ a ſecretis

Mirandum & adinaton uiderit: quod a Iosepho traditur: de Alexandro Macedone: ut huic perinde ac Moſi mare Pamphilicum patuerit: cū trāſſetaret in Perſas cum exercitu.

Caput. XIII.

de Alexandro Macedone: eiufq; maximis & foeliciffimis geſtis: p̄ multa & uaria apud ueteres ſcribuntur: ſed quod in Iosephi hiſtoria cōpertū eſt: id omnino uidetur maxime mirum: peneq; incredendū: cum nemo alter ex antiquis (quod equidē legerim) talia de Alexandro rettulerit. Iosephus uero (quē iudaorū uernaculū appellat Tertullianus) cū omniū iudaorū hiſtoriam libris. xx. complexus ſit: de Moſe: eiufq; uita & geſtis eadem p̄p̄modum refert: quæ & in ſacra hiſtoria habentur. & apud Philonē magna ex parte repetūtur. quo autē loco iquit cœleſti cōſilio: ac diuina poteſtate p̄miſſū: ut Moſes uirga accepta mare ægyptiū diuiſerit: quo hebræorū copiis atq; militi p̄uium iter fieret: & expeditio facili⁹: tantū dē iquit Ioseph⁹ de Alexandri Macedonis militibus ſcriptū fuiſſe: regē Pamphilico mari imperaſſe: cumq; uniuerſo exercitu trāſſetare diſiuncto ac diuiſo mari: ut inuadens Perſiā uictoria potiretur: de uictis atq; ſubactis populis: quod equidē cōſiderandū diligentius exiſtimo: ac maturo iudicio expēdendū: ſiquidē miracula illa Moſi: & inſignia facinora minime debēt Alexandri geſtis cōparari: ab his præſertim uiris: qui in præſidio chriſtiana militiæ a noſtris collocētur. neq; mirari admodū oportet: ſi pro loquaciſſimo homine Tacitus Cornelius tantopere a noſtris inceſſit: quādo iudaeos ipſos dixerit ſuperſtitioni obnoxios: religioni aduerſos: atq; ad omnē libidinē proiectiſſimos: cū & illi ſua inſignia & admiranda facinora: græculorū cōmentis: atq; mēdaciis cōparent: quoꝝ ingenioſa improbitas (ut authores cōueniunt) nihil nō audet i hiſtoria: ſic ut mēdaciōrum parentes ueteri prouerbio græci cenſeantur.

Aureliani Impe. epiſtola ad Zenobiam Palmyrenorum reginā: & eius reſponſum q̄ alto & generoſo animo ad eundem ſit redditum.

Caput. XIII.

Enent me cōmētaria quædā græca: i quib⁹ de Amalaſiūta: de Zenobia & Mamea agitur: quæ omnes & egregie quidē aīo: & cōſilio nō uulgari p̄ſtiterūt. itaq; magna uoluptate: & ſicubi incidere ea adnotamus in his cōmentariis: quæ memoria digna ſunt: quale hoc eſt de Zenobia Palmyrenorum Regina: quæ tam generoſi ſpiritus fuerit: ut Aureliani Augu. Imper. minas & dignitatem proſus cōtempneret: ſed apponam utriuſq; epiſtolā: nequid hac in parte poſſit deſiderari: Aurelianus Augu. Imper. Rom. orbis: & receptor orientis Zenobiæ. S. Sponte facere debuiſti id: quod meis litteris nunc iubetur: deditioem præcipio tibi impunitate uitæ propoſita: ita ut illic Zenobia cum tuis agas uitam: ubi te ex ſenatus ampliffimi ſententia collocauero: gemmas: argentum: aurum: ſericum: equos: camelos: i arariū romanum conferas: Palmyrenis ius ſuum ſeruabitur: ad hæc autē ita reſpoſum eſt: Zenobia Regina orientis Aureliano Augu. S. Nemo adhuc p̄ter te



quod poscis litteris petit: uirtute faciendum est: quicquid in rebus bellicis gerendum: deditioem meam petis: quasi nescias Cleopatram reginam perire maluisse: quod in qualibet uiuere indignitate. nobis Persarum auxilia non desunt: quae iam speramus: pro nobis sunt Sarraceni: pro nobis Armenii: Latrones Syrii exercitum tuum Aureliane uicerunt: quod si illa uenerit manus: quod undique speratur: ponas profecto supercilium: quo mihi nunc deditioem quasi omnifariam uictor imperas. has autem epistolas: qui legere apud auctores uelit: is Flauium Vopiscum

Vopiscus

scum adeat: in libro ad Bassum primo de Imperatorum gestis.

Vnde rerum principia atque effectus in uita existant: & quomodo Astrologi: Phisici: atque Theologi inter se dissentiunt.

Caput. XV.

Augustinus

Notandum & illud existimo: quod ab Aurelio Augustino scribitur: de his commodis atque incommodis: quae in uita ipsa mortalium eueniunt: quo pacto in tam uaria: multiplicique rerum fortuna pro disciplinarum decretis: principia atque effectus habeantur. Astrologi iquit: & hi qui Caldae uocantur: omnes morbos atque calamitates sideribus ac caelo ascribunt. philosophi autem phisici medici haec eadem: aliaque similia ad naturam uires & maiestatem referunt. Theologi uero uni deo eiusque potestati: quam imperare omnibus: & regere omnia merito existimamus: Haec Augustinus: in quo tamen imprudentia ac mendacii omnes illos accusat: qui non omnia ad unius dei potestatem: atque numen referunt: quod ipsum & Origenes copiose persequitur: in libris quos de rerum principis composuit.

Origenes

Qui sit morbus tonsillarum: & in qua maxime parte corporis: qualique origine dicantur tonsillae.

Caput. XVI.

In commentariis medicorum iuenio & illa remedia esse relata: quae ad tonsillas pertinent: quo loco non minus partem faucium debemus accipere: quod morbum ipsum: qui fauces occupat. itaque Cor. Celsus de tonsillarum curatione in hunc modum scribit. si tonsillae sine exulceratione sunt: ac per inflammationem intumuerunt: caput uelandum est extrinsecus: isque locus uapore calido fouendus: multa ambulatione utendum: caput in lecto sublime habendum: gargarizandumque ex reprimentibus. radix quoque ea (quam dulcem appellant) contusa: & in passo: mulso uel decocta idem praestat. tum medicamenta alia subicit: quae breuitati studentes omittimus: cum plura a Claudio Galeno: aliisque medicis de eodem morbo referantur. Est autem hoc uerbum pro diminutionem dictum: sicuti a Pompeio grammatico seruatum est ex Ver. Flacci commentariis. toles inquit pro tumore faucium accipitur: quem per diminutionem tonsillas uocamus. Aristoteles uero: & alii compluris apud Graecos Paristhymia & Antiades uocarunt: inflammantur. n. partes secundum fauces abscessibus ulcerosis. sed & M. Cicero palatum & ac tonsillas nominat: cum

Galenus

Pompeius

Aristoteles

Cicero

Paristhymia
Antiades
Tonsillae

Idem

de hominis partibus disputat. C. Plinius tonsillas in homine constituit: in sue glandulas: quo loco disciplinam antomicam explicat. quod a nobis ob id repetitum est: ut quorundam imperitiam deuitem: qui de hoc morbo inscite atque inepte uerba habuerunt: neque illud ignoratur quod & tonsas: tonsillasque pro remis ueteres acceperunt: ut Accius poeta: Ennius: atque alii: ex quo illud uulgatum ex Ennianis annalibus.

Plinius

Pone petunt exin referunt ad pectora tonsas.
& item.

Tonsillas rapiunt configunt litus ad uncas.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE
HONESTA DISCIPLINA LIBER
OCTAVVS DECIMVS.

De Hormisdæ perfarum principe: & quo astu atque comento e custodia sit liberatus ab uxore.

libet exemplum de Hormisdæ fortuna uiri summi referre: qui ex familia persarum regia fuit: sicuti & Zosimus: & Marcellinus: aliique commemorant. hic igitur Hormisdæ in colle quodam relegatus: magno studio custodiebatur a Persis: qui fratrem illius minorem natu contra legem in regno maluerunt. euenit autem ut Hormisdæ uxor tale comentum excogitaret: quo uirum suum facilius posset ex uinculis eximere. itaque piscem eximia magnitudine ad illum mittit: inque eius alueo limam ferream recedit: ac simul si dissumo eunuchum madat: ne quo praesente piscem illum comedat: tum eo utatur: quod in uentre iuenerit: camelos quoque uino & cibis onustos custodibus mittit: ille rei compos strenue hoc facinus peragit: ac supra ibidem eunuchi ueste per medios custodes euasit incolumis: neque me autem latet: alios quoque similia quaedam effecisse: sed hoc ipsum de rege Hormisdæ non putauit omittendum: de quo alibi tamen complura rettulimus.

Zosimus

Marcellinus

Vergilii carmen emendatum contra quorundam inscitiam: fuit in tus aquai: ex Quintiliano & aliis auctoribus

Caput. II.

Ab Quintiliano libro institutionum primo ad Marcellum Victorium: unde pictai uestis inquit & aquai: Vergilius doctissimus uetustatis inseruit: sed illud aquai tulerunt e nouis codicibus indiligentes: imprudentesque librarii: proque eo subdiderunt aulai: cum ueteres omnes codices: & ille imprimis: quem ex Gallia Poggius in Italia aduexit: aquai retineat: fuit autem causa liberarius aduulterina uoce pro uera subiciendi: quod nusquam apud Vergilium legerant aquai: cum aulai: & pictai legissent.

Quintilianus

Vergilius

I iii



Virg Aulai in medio libabant pocula bacchi. & alibi.
Virg Diues opum: diues pictai uestis & auri.
Serui? Sed ego cogitans: non ab re factum esse: ut in eandē lectione meliusculā si
 dei codices conspirarent: cœpi curiosius indagare: an usq̄ apud Vergiliū po-
 tuerit esse aliquādo hæc uox: nec. n. pauca quorūdā inscitia: uel imutata ha-

Virg stenus: uel detracta adnotauimus: inuenisse autē mihi uideor: uel in Seruiana
 nis quidem cōmentariis id ipsum: ut nihil præterea dubitari debeat: uersus
 igitur Vergiliani sic in libro aeneidos. vii. leguntur.
Virg Scuit amor ferri: & scelerata infania belli
 Ira super: magno ueluti cum flamma sonore
 Virgea suggeritur costis undantis abeni
 Exultant q̄ æstu latices: furit intus aquæ uis:
 Fumidus atq̄ alte spumis exuberat amnis.
 quo autem loco legimus aquæ uis: legendum est aquai: ad hūc modum
 Furit intus aquai.

Seruius Fumidus atq̄ alte spumis exuberat amnis.
 cuius me lectionis Honoratus Seruius admonuit: q̄ dieresim esse hic factā
 dicit: qđ si quis codices Seruianos paulo meliores nactus fuerit: facile in his
 aquai comperiet. nā & i peruulgatis fere sic habetur. hāc dieresim Tuca &
 Varus fecerunt: nā Vergilius aliter scripsit. quæ. n. hoc loco fit dieresis: nisi
 illud aquai restituatur. quin & hoc ipsum in Persiano interprete (qui Cornu-
 tus dicitur) inuenias: cum Ennianū hoc exponit.

Persius Lunai portum preciū est cognoscere ciues.
 Lunai inquit dictum est: secundū antiquā declinationē: sicuti Vergilius: fu-
 rit intus aquai: quod etiam Benedictus Philologus (cū de Virgiliana emēda-
 tione ad eum scriberē) cōprobauit: uir unus ætate nra: q̄ de omni antiquita-
 te sit optime meritus: cū in ea illustranda atq̄ excolēda assiduo studio: ac mi-
 rifica diligentia incumbat.

Dictū Demosthenis de sua fuga: ac uerba Tertulliani exposita: & quo pa-
 eto Cicero & Demosthenes in propriis causis maxime degeneres: ac timidi
 fuerint. Caput. III.

n Otum est: & in cōmentariis celebratū Demosthenis oratoris dictū de
 sua ipsius desidia: nā cum is passim p ignauo & inertī accusaretur: ut
 q̄ apud Cheronā i bello segniorē se gessit: & fuga salutē sibi q̄siuit: pelegā-
 ti hoc uersiculo respondit: iuisq̄ accusatoribus illudit.

Demosth ἀνὴρ ὁ inquit φεύγον ἢ πάλιν μαχέσεται.
Tertullia quod a me seruātū ē: ut Florētis Tertulliani uerba exponerem: q̄ sententiā
 hāc erudite (ut alia multa) mutuatus est: cū de Rutilio uiro factissimo loq̄re-
 tur: in libro quem de persecutione ad Scapulam composuit: uerba ei⁹ hæc
 sunt: sed omissis quidē diuinis exercitationib⁹ illum magis græcū uersiculū
 sæcularis scientiæ sibi adhibēt: qui fugiebat: rursus ibi præliabitur: ut & rur-

sus forsitan fugiat: in quo facile apparet: quid ipse Tertullianus uir egregie
 doctus insinuet: re autem uera Demosthenes pro ignauo & maxime timi-
 do accusatus ē: siquidem uel in propria causa dicturus: prius traditur aufu-
 gisse: q̄ iniudicium deuenit: quod etiam in. M. Cicerone turpius & indi-
 gnus uisum est: qui cum in aliorum causis nemini profus concederet: i sua
 tamē mirum q̄ timidum se ac pavidum præstiterit: sicuti cum a Clodio i iu-
 diciū uocatus est: qđ is Lentulū & Cethegum ante sententiā a senatu p-
 latā supplicio affecisset: tūc. n. nō uili mō & fordida ueste idutus: sed squal-
 lidus & plorabūdus: familiares: amicos atq̄ ignotos supplex adiit: obsecrās
 atq̄ obtestans omnes: ut risum magis: q̄ cōmiserationem de se concitauerit:
 quod Appianus Alexandrinus in Rom. historia refert.

Horatii poetæ uersus expositi contra aliorum sententiā de Attæ fabulis:
 cum inquit

Recte nec ne crocum: floresq̄ per ambulet Attæ
 Fabula. ac de croco in scanis copiose expositum.

Caput. III.

h Oratii Flacci uersus hi sunt in epistola ad Octauium Augu. quo loco
 de Rom. poetis iudicium facit.

Recte nec ne crocum: floresq̄ per ambulet Attæ
 Fabula: si dubitem: clament periisse pudorem
 Cuncti pene patres: ea cum reprehendere coner:
 Quæ grauis Aesopus: quæ doctus Roscius agit.

In his ego uersibus cū aliqñ interpretū cōmentarios desiderarē: legi apđ eos
 deridicula qđam & plane nugæ: siquidē fabulā dicunt ab Atta scriptā: i qua
 de floribus ageretur: ceu sit officiu poetæ comici de floribus scribere: neque
 hæc ullo quidē authore tradunt: quo nihil potest esse i bonis disciplinis ini-
 quius aut pestilentius. quin illud magis fuerat explicandū: quis nā hic Atta
 aut qđ in scæna crocus & flores: q̄ cū paulo diligētius p̄sitarē: haud ab re fu-
 turū putauī: si Horatianū sensū exponerē. constat igitur Attā ipsum come-
 diæ aut horem fuisse haud incelebrem: ut in poetis diximus: ex quo inquit
 Horatius: si uelim nunc Attæ fabulas (ut critici solent) reprehendere: qđ i
 scenam uix afferri debeant: omnes me inscitia: atq̄ imprudētia arguent: ui-
 debor. n. addubitare haud satis in scæna suas partis absoluere: hoc est crocū
 & flores perambulare: quoniam consuetudo apđ ueteres fuit: uti cū fabulæ
 agerentur: flores ibidem aliaq̄ odora menta inspergerentur. hinc Lucretianū
 illud in libro ad Memmiū secundo.

Et cum scæna croco cilici perfusa recēs est.

Araq̄ panchæos exalat propter odores.

Nam & P. quoq̄ Vergilius idē intellexit: cū in Georgicis dixerit: ex tmolo
 croceos mitti odores: quo loco Seruiana expositio ut ineptior atque indo-
 ctior iure incessitur. iam & Hadrianus impera. in Traiani Augu. honorem

liiii

Appian?

Horati?

Lucreti?

Virg

Serui?

Virg. loc.



Spartia balsama & crocū per gradus theatri fluere iussit: quod Aelius Spartianus: ad Cæsarem Dioclitianum commemorat: neq; scenam ipsam dumtaxat (quæ in theatro erat) uariis floribus ornabant: sed & mensas etiã. Antoninus quidẽ Helioabalus (qui naturæ portetum dici potest) cum uiros summos inuitasset ad prandium: mensam croco struebat: se scenum dicẽs: pro eorum dignitate exhibere. sed nolo hac in re impendio longius uagari: ne ambitioni potius: q̃ authoritati uideamur cõcessisse: nam de re hac & Plinius Neuocomensis: & Suetonius Tranquillus egerũt: ut poetas mittamus: hinc illud etiam peruulgatum.

Suetonius Pulpita solemnes non oluere crocos.

Varro Quid apud ueteres muginari significat: & quõ ea uoce utatur Cicero: & quid item sit apud Var. ex prouerbio min facere.

Caput. V.

Eprehendi uideo a quibusdam uerbum hoc. quod est muginari: quasi asperum & minus latinum: uel ut alii dixerunt obscurum nimis & insolens: quod ego ferendũ non puto: ne illa omnia pro absurdis: ac plebeis statim reiciamus: quæ cum ueterum usus cõcedit: tũ authoritas doctorum defendit. nec. n. Lucilius tantum in satyris hac uoce usus est: sed etiam

Cicero M. Cicero: poeta uero Lucilius sic ad Attam.

Muginamur inquit: molimur: subducimur Atta.

Marcellus quod ipsum alibi apud eundem seruatum est: ut Marcellus grammaticus notauit: in cõmentario de proprietate sermonis. sed & M. Cicero (qui unus omnium romane loquutus est) minime ab hoc uerbo abstinuit: quãdo in epistola ad Põponium Atticum sic scribat: de Ocella dũ tu muginaris: neq; mihi rescribis: cõpẽ consiliũ domesticum. neq; præterea defuerunt: qui in Plinii præfatione ad impe. Vespa. ita legant. dum ista (ut ait. M. Varro) muginamur: plurib; certe horis uiuimus. Festus quoq; Põpeius in hoc inquit uerbo accipiendum: cum qd molimur: & quasi tardius conamur. est. n. prope ac nullitare: & min facere: sicuti a Varrone relatũ est: qui min facere inquit illos: qui uix proloqui audeant: sed summissando hesitantes in aliquo apparent: ex quo prouerbium contra subuerentes. quo circa sic poeta Ennius in Rom. annalibus.

Cicero Quod minimum est: neq; (ut aiunt) min facere audent.

Varro quod ita P. Vergilius imitando emolliuit.

Virg Quid fortuna terat populi: sed dicere mussat.

Qui sint proprie milites ærediruti apud poetã Ausonium: ac eiusdem uerba in epistola explicata.

Virg Quod minimum est: neq; (ut aiunt) min facere audent.

Virg quod ita P. Vergilius imitando emolliuit.

Virg Quid fortuna terat populi: sed dicere mussat.

Qui sint proprie milites ærediruti apud poetã Ausonium: ac eiusdem uerba in epistola explicata.

Virg Quod minimum est: neq; (ut aiunt) min facere audent.

Virg quod ita P. Vergilius imitando emolliuit.

Virg Quid fortuna terat populi: sed dicere mussat.

Qui sint proprie milites ærediruti apud poetã Ausonium: ac eiusdem uerba in epistola explicata.

Virg Quod minimum est: neq; (ut aiunt) min facere audent.

Virg quod ita P. Vergilius imitando emolliuit.

Virg Quid fortuna terat populi: sed dicere mussat.

Qui sint proprie milites ærediruti apud poetã Ausonium: ac eiusdem uerba in epistola explicata.

Virg Quod minimum est: neq; (ut aiunt) min facere audent.

Virg quod ita P. Vergilius imitando emolliuit.

Virg Quid fortuna terat populi: sed dicere mussat.

Qui sint proprie milites ærediruti apud poetã Ausonium: ac eiusdem uerba in epistola explicata.

Min facere

pendium iubebis: finaliter æredirutum facies: ut cumulo carminis in fiscum suum redacto: redeant uersus unde uenerunt. hætenus Ausonius. sciendum uero: qd ærediruti milites eiusmodi appellati sunt: quibus propter ignominia stipediũ subtrahatur: iocã. n. Ausonius de uersib; Vergilianis: qd Spartos laceratosq; passim collegerit: & in unum ueluti op; cõtexuerit: ut ex alieno suum poema factũ sit: nam si carmen inquit redeat unde uenerit: haud quãq; strenuus: & frequens in militia haberi potero: proindeq; me potius item & æredirutum dixeris: neq; mihi stipendium aliquod uelut assiduo poterit assignari. Varro autem in libris de uita patrum: stipendium inquit appellatum est: qd æs militi semestre: aut annuũ dabatur: cui uero datum nõ sit: is propter ignominiam æredirutus erat: quod & Nonius Marcellus in libro de doctorum indagine notauit. nam & Verrius Flaccus est author: æs militum: qui ob ignominiam missionem habuissent: nõ in militia sacculum: sed in fiscum mitti solitum.

Quo pacto Varronis uerba in libro de agricultura emendari oporteat: & quo sensu accipienda sint.

Caput. VII.

Terentius multi olim quæsierunt quæ nam in dicendo figura illa sit: qua Terentius Varro in principio libri de re rustica ad uxorem Fundaniam est usus: potius esse cõsequutus Fundania & Commodius: si tibi hæc scriberem: quæ nunc (ut potero) exponam: ex his autem uerbis nulla quidem sententia elici potest: digna. M. Varronis eruditione: quem Terentianus undecunq; doctissimum uocat. sed ego atiquissimum e marciana bibliotheca codicem natũ (quæ Florentiæ admodum nobilis est) inuenio fere ad hunc modũ. otius essem consecutus Fundania: Commodius hæc tibi scriberem: quæ tamen non nihil etiam sunt interpolata. qd si liceat in his tenebris: quæ sentiam respondere: haud aliter a Varrone crediderim scriptum: q̃ in hũc omnino modũ. otium si essem cõsecutus Fundania: Commodius tibi hæc scriberẽ: quæ nũc ut potero exponam. nam illud: quod aliquot habent codices otius esse: de prauatum: uiolatumq; improbitate scriptorum est: quorũ & uelocitas plerumq; & inscitia per multũ obfuit bonis authoribus. quamq; & hoc apud ueteres quoq; usitatum: ueluti in Plautinis ad huc: Terentianisq; fabulis cõspicitur: ut uocales adeo litteras abiiceret: quo sit credendum facilius: lectio nem illam (quam restituiimus) genuinam ac propriam esse: nam & cõsonatis interdum litteras pari licentia in prolotione ommittebant: quod & M. Tullius asserit: & gramatici passim factitatum affirmant: lectio uero hæc: quam & fidei & uetustatis merito intromittimus: quanto pere sit a studiosis approbata: testis erit mihi & Mainardus Iohannes uir diligens: & in bonis litteris admodum doctus: qui eam pro uerissima tuetur: & asserit. qd autem otius & negotium per. T. litteram malim scribere: q̃ per. C. mouent me ueterum elogia: & inscriptiones: in arcis & marmoreis monumẽtis: ut illud ro

Varro

Nonius

Verrius Flaccus

Varro

Terentianus

Cicero

Otiũ
Negotium



inæ uulgatū & peruetustum ARGENTARII ET NEGOTIAN
TES BOARII HVIVS LOCI.

Accii poetæ uersus apud Apuleium recogniti: & quo pacto mutuatus sit
illos ex Acciana tragœdia.

Caput. VIII.

L. Apuleius in oratione ad Seuerianū proconsulē apbricæ uersus Accia /
nos mutuatus est: quo loco de Hippia: eiusq; multiplici ingenio ac do /
ctrina agit: sed eos tamen uersus: non cuiusq; est agnoscere: quoniam nulla
ibi mentio sit: uel carmen id esse: uel ad aliquem saltem poetarū referēdū.
sic. n. inquit Apuleius: uno solatio frata est urbs exēpli tui: qđ qui legatus
mittitur proconsul ad nos: cito reuersurus est: Sol qui micantē candido cur /
ru atq; equis: flammam citatis feruido ardore explicas: itemq; luminis ei⁹ lu
na discipula. in his autem interpositi sunt uersiculi senarii: qui diligētia no /
stra facile authorē suū recognoscēt: cū ex Accii tragœdiis ab Apuleio assūp /
ti sint. nam & Priscianus nō cōtempnendus author: pro Accianis eos affert
in libro de metris comicis: tum i pbœnissis ab Accio ita scriptū tradit.

Sol qui micantem candido curru: atq; equis
Flammam citatis feruido ardore explicas:
Quiq; natum aduerso augurio & inimico omine:
Thebis radiatum lumen ostendis tuum.

Apuleius autē non mō ad ipsum solem se conuertit: sed ad ceteros errone
(ut uerbo utar Nigidiano) Sol inquit: & Luna: nec nō quinq; ceteræ uaganti
um potestates. Iouis benefica: Veneris uoluptifica: pernix Mercurii: pñicio
fa Saturni: Martis ignita.

Egregie factum a rege Alfonso in legenda Liuii historia contra imperium
medicorum: & de simultate inter eum: & Cosmam medicem.

Caput. IX.

m Inus indignum fore putamus: neq; improbā dum ab his: qui paulo hu
maniores sunt: si & eorum exempla in litteras referamus: quibus ma /
iores nostri etiam uiuentibus plurimum concesserunt: solent. n. quidam sic
in ominibus antiquitatem admirari: ut ingenium: resq; gestas iuniorum pr /
sus despiciant: sed ætate quidem superiori extiterūt uiri aliquot: magno ani
mo & egregia prudētia: cuiusmodi habiti sunt Alfonso rex Neapolitan⁹:
Franciscus Sfortia: Othomannus Turcharū princeps: & Cosmas Medices:
de quibus (si quando incidit) non nulla a nobis relata sunt: sed illud celebre
Alfonsi regis de Liuiana historia uisum est: quod hoc loco legeretur: nā cū
inter Cosmam Medicem maxime authoritatis uirum: & Alfonso Regem
suborta simultas crederetur: misit munerē Alfonso Cosmas. T. Liuii comē
tarios: librum quidem (ut par est) q̄ ornatisimum. quoniam rex idem liuia /
næ historiæ maxime fuit studiosus. id autem cū medici regis (qui aderāt) itel
ligerent: statim Alfonso imperant: ut cautim agat cum Florentino ingenio

neq; ullo modo Liuium attingat: librum illum ab hoste missum: in eoq; ue
nenum occultari posse: atq; interlegendum contrahi. quibus auditis Alfon
sus attentior factus est: quasi assentiri monentibus uideretur. sed ecce iterim
Liuianum opus in medium affertur: quod ubi rex cœpit aspiceret: nolentib⁹
medicis: aperuit: legit: euoluit: simulq; (ut homo sūmi spiritus) ineptire in /
quit desinite: nam regis anim⁹ baud priuati cuiusq; regitur arbitrio: nec. n.
denibilo dicebat Homer⁹ sub Iouis clypeo: ac patrocinio uersari p̄icipes.
itaq; Ioannes Rom. Pon. in epistola ad impe. Iustinianū: uet⁹ illud ex histo
ria sacra mutuatus est: cor regis in manu dei.

M. Ciceronis uerba exposita de .L. Tubulo sacrilego: & Luciliani uer /
sus additi de eodem: tum q̄ acri carmine Romanos ciues Lucilius exa /
gitari.

Caput. X.

M. Ciceronis uerba sunt in .V. de finibus libro: quis. P. Numitorem fre /
gellanum proditorem (q̄ rei. pu. nostræ profuit) non odit: quis ur /
bis conseruatorē Codrum: quis Erichei filias: non maxime laudat: cui Tu /
buli nomen odio non est: quis Aristidem non mortuum diligit: in his autē
uerbis: a plerisq; (ut uideo) ignoratur quis nam fuerit hic Tubulus: aut qua
improbitate notatus: ut esse odio apud omnes debeat. sciendum igit. L. Tu
bulum fuisse in Luciliana ætate hominem multis facinorib⁹: ac flagitiis insi
gnem: qui præter alia multa rapinator impi⁹: atq; sacrilegus est appellatus:
& a poeta Lucilio amarulēto carmine p̄scissus. quod & Cic. idē in libris de
natura deorū insinuat: quo loco de abderite Prothagora (qui a grecis dictus)
eiusq; libris publice cōbustis: disserit: quid inquit de sacrilegis: quid de impiis
periuurib⁹ dicemus. Tubulus: si Lucius unq;

Si Lupus: aut Carbo: aut neptuni filius

(ut Lucilius refert) putasset esse deos: tam periur⁹: aut tam impurus fuisset:
quin & alibi accusatū inquit eundem in causa peculatus: & qđ in re iudican
da pecuniā dolo malo cœperit: & i oratione p. M. Scauro audacissimū hūc:
atq; sceleratissimum uocauit: quo circa sic Pedianus Asconius. L. hic Tubu
lus prætorius fuit: ætate patrum Ciceronis: is propter multa flagitia cum de
exilio accersitus esset: ne in carcere necaretur: uenenum bibit. Lucilius uero
satyrarum author: non Tubulū mō: sed Mutium: Lupū: Carbonem: ac La
patum multis uersibus est acerrime insectatus: ex quo illud.

Secuit Lucilius urbem.

Te Lupe: te Muti: & genuinum fregit in illis.

Quanta scuitia fuerit Audi⁹ Caius: ac de supplicio illius ad necandos
homines per fumum: tum de his etiam: qui fumos uenderent: non inele
gans obseruatio.

Caput. XI.

Homer⁹

Cicero

Cicero

Cicero

Cicero

Ascon⁹Pers⁹Pers⁹

i Nter cætera exēpla sæuitiæ atq; crudelitatis Auidii Cassii nomē: atq; i
geniū relatum est: qm̄ & hūc ipsū nō nulli cruoris cupidū: & alterum
Catilinā uocarūt. sed hoc unū supplicii genus ab eo excogitatum: libitū mi
hi est adnotare: ne tanta sæuiētis animi feritas: atq; atrocitas nō cōsideretur.
is igitur Auidius trabē seu stipitem longitudine. lxxx. uel. c. pedū e materia
curabat deligi: tum a sūmo usq; ad infimas partis noxios alligabat: eosq; in
altū erectos incendi: atq; cōcremari uolebat: sic ut multos incendio: alios fu
mi cruciatu necaret: quod a Vulcatio scriptum ē ad Augu. Dioclitianū: Ale
xander autē Seuerus fumo eos necari i perabat: qui fucum facerent: & i ami
coꝝ caufis: atq; officiis fumū uenderēt. itaq; Turinum familiaritate sibi con
iuctum: qd̄ i probius imperatorem uēderet: in foro transitorio ad stipitē alli
gatum fumi cruciatu extinxit: addito p̄ præconem elogio: fumo pereat qui
fumum uendit. hi enim homines fumum uendere dicuntur: qui in offi
ciis auilicis emētientes: imperatoris autoritate abutuntur: eiusq; famam &
dignitatem infami ambitu debonestant: quales apud Antoninū Heliogaba
lum nobiles in hoc genere habitū sunt: Cordus: & Herodes: qui eum ex stul
to stultiore faciebant.

Relatum ex lege Menia de comprimendis morientiū oculis: & qd̄ mini
me filius liceret parentū oculos occludere.

Caput. XII.

d E lege Menta scriptū sic est apud ueteres fuisse cautum: ne filii parēti
bus oculos in obitu fugillarent: qm̄ pietatem ostendi: atq; p̄bri existi
marēt. uerba legis hæc sunt: ut est author Terentius Varro.
Ne filii parentibus luci claro oculos fugillanto,
quod ipsum & Marcellus Nonius obseruauit. C. autem Plinius refert: sacru
fuisse magno ritu quiritium: ut moriētibꝝ oculos operirent: in rogo autem
patefacerent. quo magis indicari posset: neq; ab homine supremū eos specta
ri fas esse: & cælo non ostendi nefas. Hinc frequens locus apud poetas ad pa
rthon maxime permouēdū: de operiēdis cōprimēdisq; moriētū oculis: quo
nomine infelices inquit Plutarchus eos uulgo solemus uocitare: quoz; ocu
los propter absentia non potuerint parentes obtegere:

Verbum quod est subulo betruscum esse: ac p̄ tibicine accipi: & Macro
bii uerba de subulonibus ascripta.

Caput. XIII.

f Eruatum est alibi a nobis: fuisse apud ueteres: qui fabulas betrusco ser
mone componerēt: ac in ipsa quoq; urbe studium fuisse Romanis ciui
bus: ut betruscam eruditionem perdiscerent: quo circa uoces compluris ad
huc afferūtur a grammaticis: quæ suam originē in betruria habuerūt: quod
a Terentio Varrone: & Fabio Quintiliano scriptum est. inter alia uero qua
traduntur uocabula: subulonem inquit festus Pompei tuscam esse dictio
nem: qua significatur tibicē: quod ipsum: & Q. Ennius poeta hoc uersu po

suit.

Subulo quondam marinas propter astabat aquas.

ut. M. Varro notauit in libro de uerbis poeticiis: huius inquit uerbi radices
haud quidē in latio: uerū in betruria petendæ sunt. sed illud i primis seruā
dum est: hæc uocē & in cœnis Macrobianis haberi: quo loco de iocis ac dicte
riis disserit: q̄ in cœnis atq; cōpotationibus ad urbanitatē & grām merito exi
guntur. neq; illa inquit proferenda sunt: q̄ Planipedes: aut subulones solēt:
quē locū facilius quidā cōtamināt q̄ exponunt. de subulis notum est oibus
acceptas esse p̄ mucronatis spiculis: quorū sit usus in lanificiis ad pestēda uel
lera. hic illud ab Anneo Seneca diciē: indignū esse p̄ diis hominibusq; i aciē
suscepta subula armatū descendere. Plinius in ceruorū cornibus subulas nū
cupat: quæ a græcis μαλαία appellantur.

De animantibus: quæ in igne uiuant: ac ibidem de Cameleōtis facie: inge
nio: & coloribus.

Caput. XIII.

i Nter alia animantia: de quibus scribitur a ueteribus: relatum de his ē:
quorum uita ex ipso tantum igne cōstet: ob eamq; causā Pyraules be
stia: uel Pyrausta uocantur a græcis: qd̄ in flagratibꝝ fornacibus medio igne
peruolitant. quadrupes sunt: ac p̄nulis instructa: magnitudine maioris
muscæ: ut ab Aristotele: & C. Plinio notatum est. L. Apuleius flammida
appellat latino uerbo: quæ totū æuum in igne (ut inquit) consumunt: ubi a
flāmis longiore paulo uolatu absunt: protinꝝ emoriūtur. de Cameleōte ue
ro: uulgatum est: eum animal ex elemento aeris dumtaxat constare: sed hac
i re libet uerba. C. Plinii subiicere: qui in his prosequēdis atq; explicandis sū
ma diligentia: incredibiliq; doctrina præstiterit. Cameleontis figura inqt ma
gnitudine Crocodili est: nisi crura essent recta & excelsiora: latera uentri iun
guntur: ut piscibus: & spina simili modo: prominet ei rostrum: ut in paruo
animanti: haud absimile suillo sit: cauda illi prælōga i tenuitatem desinēs:
& implicans se uiperinis orbibus: unguis adunci: motus tradior: ut testudi
ni: corpus asperum ut Crocodilo: oculi in recessu cauo: tenui discrimine præ
gandes: & corpori concolores: nunq̄ eos operit: nec pupillam mouet: sed to
tius oculi uersatione circum aspicit: ipse celsus hianti semper ore: solus ani
malium omnium nec cibo: nec potu: neq; alio quidem q̄ aeris alimento nu
tritur: circa caprificos ferus: innoxius alioqui: de colore eius mirificū illud
notatur: eum namq; subinde mutat: & oculis: & cauda: & toto corpore: ac
semper illum reddit: quemcunq; proxime attigerit: præter rubrum tamē &
candidum: ut authores conueniunt: obidq; animantium timidissimum exi
stimat. ut hinc uetus prouerbiū traditur de his hominibus: qui ad omnia
commode atq; aptissime se habēt: quod in Atheniensem Alciadiē relatum
est. uisitur hoc animal præcipue i india: & hibernis mensibus latere solet ut
lacerta. de uiribus autem & potestate eius complura atq; admiranda referun

Vulcatio

fumo peat q̄ fu
mū uendit

Varro

Marcellus

Plim?

Plutarch

Varro

Quintili

Festus

Enni?

Varro

Macrobi?

Seneca

Plim?

Aristot

Plim?

Apulei?

Plim?

Macrobij
cus



tur ab authoribus: maximeq; a Democrito: qui librū de potestate Cameleōtis cōscripsit. neq; autem ignoramus accusari a criticis. C. Plinium: qđ in describendis Cameleontis uiribus Democriti autoritate abutatur: in quo eodem minime sum iudicium nostrum interpositur: praesertim cum idem Plinius fidem suam ad authores uetustissimos reuocet: inuestigandis atq; aperendis naturae arcanis.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE
HONESTA DISCIPLINA LIBER
NONVS DECIMVS.

De remedio expurgandi a sōno: & quō inter se differāt authores de Alexandro Macedone: & Aristotele philosopho enarrantes.

Ignis sane exemplum graecis ingeniis celebratur: in ueterū modum numentis: quo se ipsum facile quis possit urgente somno eximere. Relatum enim de Alexandro quidem Macedone qđ is ut iugendo imperio occupatior: remedium hoc contra somnum excogitauerat: primo uas aeneum prope lectum adstituēs: se ipsum ita ad quietē componebat: uti pilam aeneam: seu argenteam manu compressam retineret: brachiumq; super uas prolatū haberet: quo pila ipsa (sicubi sōno cōcederet) e manu delapsa in subiectum aeneum procideret: simulq; illo sonitu excitus exurgeret: unde haec Alexandri potius dormitatio: q̄ sōnus uideri poterat. hanc rem & Ammianus Marcellinus homo graecus in Romana historia retulit: quo loco similem facit Alexandro Bizantium Iulianū: qđ is in tres maxime partes noctem diuiserat: sic ut quieti: & rei. pu. & musis iustum pensum rependeret. sed est tamen in quo authores dissentiant: alii enim Aristoteli philosopho id ascribunt: ut Laertius Diogenes: qui ab eo factum asserit: quo posset experrectius in oibus fere disciplinis aduigilare: nos eiusmodi authorum differentiam iudicaturis liberam relinquimus.

De instrumentis militarium machinarū: & earum uocabulis: ac de Tellenone: & de machina Demetrii ducis quae poliorces dicebatur.

Caput. II.

Utrum mihi est in otio agentis tormentorum uoces: & apta bellis instrumenta percensere: quae graeci uocāt poliorciticane nihil agendo: male agere discamus: sunt igitur haec (quae pro ut memoria suppeditauerit minime duximus suppressenda) Testudines: Arietes: Fundibula: Asseres: Ballistae: Arcubalistae: Arrobalistae: Harpagones: Exostrae: Falces: Musculi: Trifaces: quae ex balistis emittuntur: Fustibuli: Cathafractae: Plumbatae: quas uocant Martiobarbulos: Onagri: Heliopolis: Plutei: Sabuca: Praela: Scorpio:

nes: quos Manubalistas appellat: ambulatoriae Turres: Tribuli: Sarissae: Poliorches: Vineae: Tellenones: Phalae: & ex quibus intorquetur Phalarica: nominantur etiam Tragulae: Bipennes: & Crates metallae: est autem Tellenon machinae genus: cum una trabes praeter humo defigitur: & in summo uertice alia transuersa: eademq; longior annectitur: eo uidelicet libramento: ut si unum caput deprimatur: alterum statim subrigatur: in uno autem capite machina cum tabulatis cratibus contextitur: in qua armati aliquot collocantur: tuncq; altero capite funibus depresso: eleuati milites in muro facile superponuntur: de hac machina & Plautus poeta mentionem fecit in fabula Astraba: cum lepide inquit.

Quasi Tellenon: aut pilū graecum reciprocos plana uia. de Poliorche: quoniam & hoc minus frequens: ad hunc propemodum Plutarchus: erat haec machina a Demetrio principe his rationibus & habitu constructa: primo quadratam sedem habebat: cuius singula quidem latera aequalia in latitudinem octo: & quadraginta in altitudinem. lx. cubitorum protēdebantur: a postrema uero basi usq; ad uerticem sic gradatim uidebatur extenuari: ut sedes infima multo latior suprema parte foret: ac mirifica quaedam & egregia uidebatur figura ex quacumq; parte resultare. itus praeterea latebrae erant: & caernae complures ad excipiēdos milites accommodatae: qua uero hostes ipsos spectabat: patefactam frontem habebat: & undiq; fenestellas obiectas: quibus citra ullum discrimen facile poterant milites tela in hostes iacere: & quod supra omnia maxime mirum uidebatur: tanta quidem facilitate in quolibet partem mouebatur: ut & si strepitum maximum ederet: minime tamē obseruari aut conspici poterat in utram partē inclinaret: haec uero machina Demetrius ille Antigonis filius (qui Poliorcites est appellatus) ita cupide ac strenue utebatur: ut ex urbium ruinis nomen illi inditū sit: plura autē huius generis bellica instrumenta reperiuntur apud graecos in Athenis & Philonis commentariis. apud Romanos uero authores non Flavius modo Vegetius de his: sed Ammianus Marcellinus: & Pollio Victorius ad Octavianum Augustum scripserunt.

Ennii poetae distichū de P. Scipione allatum: & Annei Senecae uerba in epistolis emendata: atq; recognita.

Caput. III.

Nihil inuenio in Romanis litteris magis deprauatum: aut corruptū: quae omnia: in quibus ueterum poetarum carmen allatum sit: ut Accii: Neuii: Lucilii: & eiusmodi aliorum: mirū. n. q̄ peruersae uoces: q̄ praefracti numeri: & intorta lectio existat: ut magnopere laborandum sit: uel sensum aliquē posse aucupari: quod ego nuper expertus sum in annei Senecae epistolis: in quibus si quando citantur ueterum carmina: nullam prope imaginē uerbae lectionis: aut effigiem dignoscas. libro autem: ut uulgo nūc creditur unde uigesimo: carmen hoc Ennianum affertur: de P. Scipione: quod ille idē

Plautus

Plutarchus

Athenae

Philo

Marcellinus

Seneca



de se: ut animo fuit maximo: sic refert.

Si fas cædendo cœlestia scandere cuiq̄:

Mi soli cœli maxima porta patet.

At in epistola Annæi q̄ corruptum hoc est: q̄ uiolatum: q̄ peruersum: ut nec uerba ipsa satis cohereant: neq̄ sensus in aliquo appareat: quam rem satis habui pro tempore bonis ingeniis indicare: qd̄ si quis Ennianos uersus: p̄inde ut apposui: ex integro apd̄ authorē desideret: Cœliū is Firmianū legat: in libro ad ipe. Constantinū primo: de diuinis institutionibus: quo loco: & hoc ipsum carmē de Scipione magnis cōuitiis incessitur: qn̄ & M. Cicero i libris de re. p. posuerit: sicuti a Firmiano demonstratur: uide illud etiā Vergilianū: quē sup̄ ingens porta tonat cœli.

Cassii Seueri dictum perelegans i Labienum historicū: ac de improba eius de Labieni dicacitate.

Caput. III.

Idem hercle lepidū & perinde elegans fertur Cassii Seueri: in Labienū historix authorē: cuius forte libri cum fuissent exusti: belle secū agi Cassius putauit: siquid in hominem (cui credebatur admodū inuisus) scōmatice iocaretur: itaq̄ dū illi (ut dixi) cōmentarii ex Sen. Conf. essent cōcremādi: me quoq̄ inquit Cassi⁹ uiuum uri oportet: qui illos didici: festiue nimis atq̄ mordaciter. huius autē rei meminit Annæus Seneca in epistola ad Nouatum: nā cum Labienus idē Pompei partibus studeret: ac historiam rerū eius gestarum scripsisset: Senat. Conf. actum est: ut eius cōmentarii cremarentur: fuit autem in Labieno libertas tāta: ut libertatis nomē excederet: & quoniā passim ordines: honoresq̄ oēs laniabat: Rabienus uulgo uocatus est: quod in oratoribus nostris copiosius explicauimus.

Quid sit repandirostrum: & incuruiceruicum pecus ex Pacuuiō apud M. Varronem: et emēdata ibidem uerba & exposita contra imperitorū sententiam.

Caput. V.

Omplura quidem uocabula reperiuntur: quæ poetæ ueteres nō minore studio innouandi: q̄ consilio delectandi adinuerunt: existimātes fore (quod ait Cicero) ut Roman⁹ sermo fieret idies aptior atq̄ locupletior: qd̄ si in quibūsdam compositio ipsa paulo durior: atq̄ improbius uideri potest: apud Comicos præsertim authores: pleraq̄ tamen longo usu atq̄ cōsuetudine mitiora efficiuntur: eoq̄ gratiora forent: si min⁹ deprauata: & corrupta haberentur: cuiusmodi hæc sunt repandirostrum pecus: & incuruiceruicum: & arietes etiam reciprocicornes: de quibus breuiter nunc agemus: nam delphinos quidam repandirostrum animal & incuruiceruicum uocarunt sumpto ex habitu animantis uocabulo: qd̄ rostrum habeat repandū: & ceruicem quasi in curuam: quod & M. Varro ad Ciceronem: & Fabius Quintilianus in Pacuuianis fabulis obseruarunt: sic. n. Varro: secundus gradus:

a quo

quo grāmatica descendit a triqua: quæ ostēdit quēadmodū quodq̄ poeta uerbu cōfinerit: quod etiam declinarit: hinc Pacuuius rudentisibilus: hinc incuruiceruicum pecus: hinc clamide clypeat brachiū: quæ uerba in grām studio forum apponere uolui: qm̄ in uulgatis fere exemplarib⁹ p̄fracta: & foede in uersa sunt. qd̄ autē incuruiceruicum pecus in Pacuuiana fabula dictū sit: demōstrat hoc ipsū & Fabius ad Marcellū Victoriū: referēs Pacuuianū hunc uersu Nerei repandirostrum: incuruiceruicum pecus.

Sed & Lucilius quoq̄ (qui apud nostros stili nasum primus cōdidit) repandirostros appellat delphinos in satyris.

Lasciuere pecus iussit: rostriq̄ repandū.

quod in cōmentariis Nonianis inuenitur. arietes uero prim⁹ Laberi⁹ (ut existimo) reciprocicornes appellauit: qd̄ haberēt reciproca: & obtorta cornua: id & cōmentaria quorundā ueterū pbant: & Septimius Florens in libro quē de Pallio inscripsit: arietē inquit nō ut Laberius reciprocicornē & lanicutem appellauit: sed trabitextum.

De imagine Nemesis: eiusq̄ maximis potestate & nominibus: & epigramma Aufonii expositum.

Caput. VII.

Væ dea sit Nemesis: & quo maxime honore habeat: exponūt fere complures: tam apd̄ græcos q̄ apd̄ latinos: sed libuit adnotare hoc loco epigramma illud Aufonii Galli: quod ex græco poeta ingeniosus (sicuti pleraq̄ alia) in latinū cōuertit: carmen id est.

Me lapidem quondam Persæ aduexere tropæum

Vt fierem bello: nunc ego sum Nemesis.

Ac sicut græcis uictoribus asto tropæum:

Punio sic Persas uaniloquos Nemesis.

quod apd̄ græcos tamē nescio quo pacto præstius multo: atq̄ limati⁹ habet.

καί με λίθον πέρσαι δαυρήγαγον ὄφρα τρόπαιον

ἤσσωμαι νίκας. ἀλλ' ἴδ' ἔνυ μὲ μωσικ.

ἀυφοτέρης δ' ἔστικα κ' ἑλλήνοισι τρόπαιον

νίκας κ' πέρσαις ἔπολέμ' υνέμεσις.

Historia uero ex qua utrumq̄ declaret epigramma Pausanias ponit: ad hanc p̄pemodū sententiā. a Marathone inqt stadiis supra Ix Rānus abest uicina mari: qua Oropum itur: paulo autē supra mare tēplum Nemeseos est: q̄ contumeliosis maxime hoibus inuitabilis dea. uideēt autē barbaros quoq̄ illos indignatio hui⁹ numinis cōprehēdisse: qui in Marathone descēderūt: nā cum Athenas ipsas despicerēt: easq̄ ipediūto sibi fore arbitrarent: lapidē pariū at tulerūt: tamq̄ uictoria iā forent potiti: quē lapidē Phidias opifex in ipsā Nemesis statuam formauit. inest autem capiti eius dex corona: in qua cerui sunt: & uictoriarum exiguæ uisuntur imagunculæ: in dextra phialam retinet: i qua calati sunt Ethiope: p̄pter ipsū fortasse Oceanū: q̄ pater Nemesis

m

Lactatius

Cicero

Seneca

Cicero

Varro

Quintili

Quintili

Noni

Tertulli

Aufoni

Pausanias



Plini⁹

Marcelli

traditur: hęc Pausanias: qui tamen idem in hoc ipso libro haud Oceanū Nemesi parentem dicit: sed Iouem: sicuti Helenā matrem: nuticē Ledā. neq; me autem latet aliter de Nemesi hac Rhāusia Plinium Secundum scribere: sed ad cognitionem epigrammatis: non Plinii uerba: sed adhibend⁹ Pausanias fuit. nam & Ammianus quidem Marcellinus de gestis Galli Impe. ad hunc modum. hęc inquit: & huiusmodi aliquoties operatur Adarstia: quā duplici uocabulo Nemesim appellamus: Ius quoddam sublime numinis et ficacis humanarum mentium opinione: lunari circulo suppositum: uel uti definiunt alii: substantialis tutela: generali potentia partibus praesidēs fati: quam Theologi ueteres fingentes Iustitiæ filiam ex abdita quadam aternitate tradunt omnia despectare terrena: Hęc ut regina caesarum: & arbitra rerum hac disceptatrice urna fortium temperat accidentium uices alternās: uoluntatumq; nostrarum exorsa interdum alioqui: quo contendebant exitu terminās: multiplices actus permutādo conuoluit: eademq; necessitas insolubili retinaculo mortalitatis uinciens fastus tumentis: in casum & incrementorum & detrimentorum momenta uersabilis: et nūc erectas mentium ceruices opprimit & eneruat: nunc bonos ab imo suscitans: ad beneuendum extollit: pinnas autem ideo fabulosa uetustas aptauit: ut uolucris uelocitate cunctis adesse existimetur: & pretendere gubernaculum dedit: eiq; rotam subdidit: ut regere uniuersitatem per elementa discurrens oīa non ignoretur: et hac demum inquit mutabilis & inconstans fecit Agathoclem Siculum ex figulo regem: & Dionysium gentium quondam terrorem corinthi litterario ludo praefecit: & Andrisum Adramitenum in fullonia natum ad Pseudophilippi nomen euegit: ac legitimum Persei filium artem ferrariā ob uictum quaerendum edocuit: uerum de hoc dictum a me alibi copiosius

Fortuna mutabilitas

De prudenti responso Cecili Metelli ad amicum: qui eius animi consiliū scire cupiebat: neq; esse cuiusq; ingenio facile confidendū in rebus grauioribus.

Caput. VII.

n Emini unq; dubium fuit: quin prudentiores illi homines atq; consultiore habitū sint: quorum consilia & in re. pu. seruanda: & in uita instruenda maxime praestiterint: qua in re obseruatum hoc est: cautissimum quemq; haud temere animi consultationes: uel intimis etiam amicis committere: nihil enim dicebat Democritus maiorem arguere imprudentiam: atq; uecordiam: q̄ ea credere homini: quā parum æquo animo patiaris disseminari: itaq; resposum Metelli Cecili eiusmodi uisum est: quod his quoq; cōmētariis legeretur. nā hic ipse Metellus: q̄ de uicta Macedonia dictus ē Macedonicus: cū summa uir prudentiæ & consilii habere: amico cuidā qd esset in re magni momenti acturus rogantē: ad hunc modum cordate respondit. Tunicam inquit hanc meam exscinderem: si eam meum scire

cōsiliū existimare: quo dicto facile quiuis pōt cōsiderare: cuiusmodi sit uiri prudentis officium: cū sit homo ipse: ut inquit alicubi Cicero: acutum animal sagax: uariū & multiplex: ut nihil sit minus tutū: q̄ hominis fidei cōsiderare: iuxta sententiā Pauli Tarsēsis. id autē de Metello: Nepos Cornelius. & Val. Maxim⁹ in exemplis rettulerūt. poeta uero Enn⁹ eū p̄cipue amicū pbat: q̄ uerborum uir paucorū sit: & q̄ nō min⁹ loqui: q̄ oīo tacere calleat: qualis ab eo Seruilius Geminus doctissimis uersibus cōmendatur.

Ceruus pro seruis & fugitiuis accipi apud ueteres: ac Martialis poetæ carmē expositū contra aliorū sententiam.

Caput. VIII.

m Martialis poetæ uersiculi sunt notissimi in hūc modū quos ascribā: ut in libris antiquioribus inuenio.

Suppositam fama est quondā pro uirgine Ceruam:

Ac nunc pro ceruo mentula supposita est.

ita. n. ueteres adhuc codices retinēt: q̄ lectio propria & genuina ē: ut nō puer: sed ceruū suppositū legamus. nā qui lepori obsero in carmine: quæ festiuitas in poeta urbanissimo fuerit: si (ut quidā legūt) pro uirgine ceruā fuisse suppositā: nunc pro puero supponatur mentula. hoc autē loco ceruū Martialis & eleganter & antiquorū more profugitiuo accipit: siquidē & supra.

Huic comes herebat domini fugitiuus Achilles

Insignis forma: nequitiaq; puer:

Ceruus uero apud antiquos uocari cōsueuisse a celeritate fugitiuos docet etiam Sex. Pompeius: cuius uerba ex libro de uerborū significationibus. xix. subieci mus: & in puulgatis istis codicibus neutiq; cōperias: seruorū inquit dies festus uulgo existimat Idus Augu. qd̄ eo die Seru⁹ Tullius nat⁹: idemq; Dianæ adem in auentino dedicauerit: cui⁹ tutelæ sunt cerui: a quorum celeritate fugitiuos uocant ceruos: quibus intellectis aperte sensus elicit: neq; illud alienū uideri debet: quod in Terentiāna fabula scriptū ē ab aelio Donato: quo enim loco Terentius quadrupedē inquit cōstringito: quadrupes inquit Donat⁹ ligaturæ genus in cruribus: aut itē quadrupedē posuit pro seruo & fugitiuo unde illud Vergilianum.

Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.

quo circa apud comicos etiā authores ceruū p̄ fugitiuo dici solitū apparet: si cuti & lupæ itē p̄ meretricib⁹ passim accipiunt: & canes p̄ amatorib⁹: ut q̄ lepores magno studio cōsectent: quæ ab eodē Donato asserunt: hic illud uulgo fecundi leporis sapiens sectabitur armos.

& illud etiā Terentianū ex Liuiō Andronico (si Iulio Capitolino credim⁹) pro militari dicto: Tute lepus es: & pulpamētum quæris.

M. Ciceronis uerba emendata atq; exposita in libro de optimo dicendi genere Lucilianis uersibus de Esernino oratore: ac de eo non nihil.

Caput. IX.

m z

Cicero

Corn. nepos

Val. Maxim⁹

Sextus pop

Aelius donatus

Virgili⁹ Terentij l⁹

Terent

Capitoli



LIBER

M. Ciceronis liber est: cui titulum fecit de optimo genere oratorū: quo autē loco de Eschine oratore attico: & Esernino romano habet mentio: uerba quidem corrupta alicubi sunt: & obscure inuoluta: quod ut facilius extimari: atq; iudicari possit ascriptimus: ueluti etiamnum leguntur in omnibus fere exemplaribus. a me inquit quo maximis minima conferā: gladiatoꝝ par nobilissimum inducitur Eschines: tamq̃ Eserninus: ut ait Lucilius: non spurcus homo: sed acer & doctus: quō a Pacidiano hoc cōponitur optimus lōge post homines natos: haecenus Cicero: in quis tñ uerbis null⁹ prope sensus elicitur: nulla carminis Luciliani effigies apparet. nos autē (qui bonis mentibus elaboramus) non indignū prorsus operā p̃cium fore arbitramur: si & Ciceronis uerba exponamus: & ipsum Lucilii carmē restituum⁹. eleganter. n. & erudite. M. Cicero inter nobilissimos gladiatores: hoc est iter eos: qui in foro: uelut in acie & arena certantes dimicent Eschinem cōnumerauit: collata cū Esernino similitudine ex Luciliana satyra: facile autē Ciceronis uerba intellexeris: si Lucilii uersus ascribamus: sicuti adhuc integri feruantur in commentariis Nonianis ad filium.

Nom⁹

Eserninus fuit: flacco ore: atq; que sannis
Spurcus homo: uita illa dignus: locoq;
Cum doctus & acer componier optimus multo
Post homines natos: gladiator qui fuit unus.

Cicero

Cicero

Cicero

Seneca

ex his plane constat: quo pacto Ciceronis locus & interpretandus sit: & emendādus. q̃q̃ hoc ideim de Esernino in epistolis ad Pomponium atticum: & in Tusculanis etiam relatum est. neq; illud praterea ignorandū: qđ hic idē P. Lentulus Eserninus uocatus est: uir acer: exercitatus: & prōptus in dicendo: cuius pater Marcellus Eserninus in oratorum quoq; numero a. M. Tullio intromissus: sed filius (de quo supra) longe doctior: acrior: & exercitator habitus est: quā rē & in nostris oratoribus per diligētē explicauimus. apud Senecam uero Annāū: & alter Eserninus Marcellus in declamationibus celebrat⁹: qui nepos Asinii pollionis fuit: a quo sic instruct⁹ atq; doct⁹ tradit⁹: ut eius eloquētiā futurus hāeres credere. sed hāc alibi dixim⁹ copiosius. locus elegās Heliogabali impe. de suis cōiuiis in discubēdo: ac de sigma te etiā mensa: & qđ ea uoce apud Martialem poetā significetur.

Caput. X.

1 Epide factum traditur a Varro Antonino Augu. qui Heliogabulus est appellatus: in amicorum conuiuuiis. nam cum his cōenam forte exhiberet: quibusdā simul discubentibus: non accubitas quidē p̃ cōsuetudine: sed reflatiles folles substerni curabat: idq; ipsū mirifica arte & ingenio: sic ut cōiuiā reflatilis paulatim follibus: infra ceteros sub ipsis mēsis ridicule subsiderent: quin & idem Impe. (ut a Lampridio traditum est) primus ad inuenit sigma humi consternere: sine lectulis: ut a pedibus utres ad reflādum spūm soluerent. qđ autem sigma hoc loco Lampridius dixerit: in ea

Accubitas. uulgo
almohadas

Lampridi⁹

& ipse erant octo
NONVS DECIMVS

uoce accipiendū est: mensa genus: q̃ lunæ similitudinē haberet: formamq; p̃ ferret littera græce: quod & Val. Martialis insinuat. Accipe lunatam scriptum testudine sigma. & alibi.

Martia Sigma

Septē sigma capit: tā etsi dictio hāc a nostris grāmaticis fere depruari cōsueuit: sed. n. Lampridi⁹ id totū aptissime explicat. habuit hāc inq; cōsuetudinē ut octo casuos rogaret ad cōnā: itē octo luscōs: item octo podagrosos: octo surdos: octo nigros: octo longos: octo pingues: cū capi. nō possēt uno codēq; sigmate: ut ea ratione maior subinde risus spectatoribus moueretur.

Lampridi⁹

De Cymbio uase: & Carchesio: & quo pacto Macrobius scēde errauerit: cū de his differit in saturnalium cōmentariis.

Caput. XI.

n Otandū Macrobiū Aureliū erratū: & qđ scēdum de uasculo: quod sit cymbiū: asserit. n. in Romana quidē eruditione primū de hoc factam esse mētionē a poeta Vergilio: cū alii ante illū de eo meminerint. uulgatum autē cōpluris apđ græcos de eo differuisse: nā prater Philemonē comædiæ authorē: & Anaxádridem: Eratosthenes quoq; & Demosthenes de cymbio egerūt: quod apđ eundē Macrobiū Eustatbius affirmat: sed eius uerba subiciēda sunt: quo facili⁹ cognosci ueritas: ac iudicari sincerius possit: de Carchesiis inq; & cymbiis apđ latinos haud scio: an unq; mētionē reperias: ac paulo mox: nec cymbia inq; in latino sermone reperies: nā sic unus apud nos. P. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.

Macrobi⁹
Virg

(Vergilius: quod autē incognitū id latins ingeniis dicat: neq; ab aliquo p̃sus usurpatū atē Maronē: p̃ falsum esse aptissimis rationibus cōuincitur: qñquidē Varro ipse Terentius (q̃ ante Vergiliū scripsit) cymbiū uas nominauit. In eo maxime cōmentario: quē de uita patrum inscripsit: erant inquit. uasa uinaria: si cuti cymbia: aquilina: patera: gutti: sextarii: hāc haecenus Varro: quā No- nius etiā Marcellus in libris ad filium agnoscit: quo loco de uasculis agit: de figura autē cymbii nō est agendū nūc pluribus: cōstat. n. ab effigie cymbæ de nominatū: nā cymbiū ut idē ait Macrobius p̃ cōminutionē a cymba deducitur: qñ & alia tradunt poculorū genera: q̃ ab ipsis nauigiis formā & nomē acceperūt: sicuti Carchesiū: neq; mirari quisq; debet. Macrobiū hāc in re exci disse: cū i Carchesio etiā pari ferme errore deliquerit: qñ & hoc ipsum uerbū a Liuiio quidem Andronico positū est: qui latinorum poetarū uetustissimus merito habetur: sic enim Liuius de Carchesio.

Varro

Nom⁹

Florem antlabant liberi ex Carchesiis. Quod & Pompeius Festus obseruauit: cuius doctrinā atq; eruditionē idem Macrobius magnopere comēdat.

Festus

Quibus causis Romanus populus atros dies ac luctuosos haberet: ac de minuendo luctu: & publice: & priuatim.

Caput. XII.

m iiii

Macrobi⁹
alter

Pompei

N collectaneis Sex. Pompei (quæ cōtraxit ex Verri Flacci cōmētariis) rationes afferuntur: de minuēdo luctu tam publice: q̄ priuatim: quoniam pro rerū fortuna atq; calamitate: luctus i ciuitate habebatur: ueluti cū Vestalis ob noxam iussu pontificum cōfoderetur. cū cœlesti igne capitoliū tangereēt. aut cū clades aliqua insignis foret denuntiata. tolli autem luctum in populo his maxime tribus causis relatum est: in dicatione ædis: in condendo luctro: quod ad censorum officia pertinebat: tertio cū uotum publice susceptū rite solueretur. & hæc quidē contra publicū mœrorem cōstituta sūt. priuatim uero cōplura in unū cōgruebāt: q̄ omnem familiis luctū abolerēt: hoc ē cū liberi nascerētur: cū nouis honoribus familiā honestaret: lte cū pater: aut fili: aut uir: aut frater ab hoste captus domū rediret: cum puella de spōsaretur: cū proprio cognatione aliquis nasceretur: quā ille cuius nomine luctus fuisset. poeta autē Ouidius per decem mēses tradit post uxoris obitū superesse in cōiugibus luctum: quod ex legib⁹ Numæ assumptū est: ut copiose exponitur a Plutarcho: putauī hæc adnotanda: ut intelligatur facilius quæ potissimum rationes forent: quibus Rom. populus ad luctum: aut ad lætitiā adduceretur: quando & in ueterum annalibus frequens mentio fit de luctu publice cōminuendo.

*Ouidi**Plutarch*

De Necepsō Rege & philosopho: eiusq; magice: & Paulini poetæ uersus expositi ex Firmico Materno & aliis.

Caput .XIII.

Ausonius

Armen est in poemate Aufonii Galli: quod a Paulino conditum scribit: cum Tranquilli historiā de regibus in epithomen referret.

Quiq; magos docuit mysteria uana Necepsi:
Et qui regnauit sine nomine mox Sesostris.

Quis autem accipiendus sit hoc loco Necepsus: aut quid etiam scripserit dubitari uideo a doctiorib⁹: qua in re legēdi sunt ueterū annales: in quib⁹ repemus regem fuisse Aegyptiorum Necepsū: qui annos plures imperauit: quod & Manethus autor antiquissimus: & Eusebius tradunt: quin & a Julio Firmico plurimum celebratur: non pro uiro tantum in astrorum cognitione peritissimo: sed etiam pro rege iustissimo: quo enim loco de apotelesmatibus & decanis differit: plura de Necepsō adiicit: sunt decani inquit magni numinis & potestatis: q̄ omnia prospera per ipsos: & omnia infortunia decernuntur: sic & Necepsus imperator iustissimus ægypti: & astralogus ualde bon⁹: p ipsos decanos omnia uitia: ualitudinesq; collegit: ostēdēs quā ualitudinem quis decanus afferret: & quia natum aliā naturam: & quia deum frequenter alius deus uincit: ex contrariis naturis: & ex cōtrariis potestatib⁹ omnium egritudinū medelas diuinæ rationis magisteriis inuenit. idem alibi eundem Necepsum: ac Petosirim diuinos uiros: ac sanctissimæ religionis antistes appellat: quod & C. Plinius sensit: qui in tradenda ratione humanæ ætatis

Plini

Petosirim ac Necepsum autores nominat: quorū sententiā trimoria ipsa i uita hominum redderetur. q̄ autem uana mysteria Necepsi dixerit ad ei⁹ magicem (ut puto) respexit: qua reges fere ægyptii præstiterunt: quæq; a. C. Plinio nō semel inepta uanitas: merunq; præstigium appellatur: hæc una iquit omnium artium fraudulentissima: quæ in toto terrarum orbe plurimum semel ualuit. sed a Tib. Impatore uana falsaq; cōperta est: ea. n. (ut inquit Plinius) quæ a spheris: ex aere & stellis & lucernis: peluib⁹: securib⁹: & multis aliis modis diuina promittūt: & umbrarum p̄teia inferorumq; colloq̄ falsa omnia: & improbe recepta sunt.

*Plinij lo**Plini**Plini*

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER VIGESIMVS.

De Sybillarū diuinatione: q̄ in Branchis: ac Delphis uaticinia redderēt: ac ibidem non nihil de Prophetis relatum ex doctrina Platoniorum.

Aelius Firmianus: Hieronymus: & alii ueteres p̄ multa de Sybillis: earumq; diuinatione scripserūt: quod & si alias diligenter obseruauit: libitum tamē est ea hoc loco repetere: quæ in Academicorum cōmentariis legimus: quo pacto: quibusq; rationibus: & in Delphis: atq; in Branchis eiusmodi Vates deum se concipere crederent: nam prophetæ ipsi: & Vates (ut erudite a Platone: & Iamblico scribitur) per deos quidem: aut dæmones uaticinādi sp̄m capiunt: quo rerum causas cernunt: & futura etiam præuident. nihil. n. sine diis perficitur: quorum tanta est potestas & bonitas in subiectis: ut dum in se ipsis permanent: ad alia tamen subdita pro rerū genio & similitudine calor ille & potestas accedit: ueluti & Solis radiis accedit: sicubi in alia corpora atq; elem̄ta influūt: neq; autē possunt hoīes suo p̄te genio quicq; de diis cognosse: nisi uis quædā ab illis: & quasi ignis incidat: quo inspirate humana simul & diuina cēteatur: quod a Porphyrio & uniuersa Academia copiose asserit. opa. n. diuina: quæ penitus absoluta sūt: dii quidē pficiūt: media Angeli: tertia dæmones: uerū sic de Fatidicis Chalcydensis Iamblic⁹ ad Porphyrium: Sybilla inquit in Delphis duplici ratione deum suscipere solita est: aut. n. per tenuē sp̄itū & ignem: qui alicubi ex ore quodam antri prorumpbat: aut ipsa etiam in adito sedēs sup Aeneam sellā: quæ tripes: uel quadrupes foret: numiniq; dicata: & utrobiquē diuino illo sp̄itu acta uaticinia fūdebat: itaq; tū plurimus ignis ex atro euo lans Vati undique circumfunditur: eamque suo nomine repletam agit: aut item sacrata sedi adheret: per quam deo afflata protinus ad uaticinia erumpit. Sed & Vates fatidica in Branchis: quæ in axe confidit: m iiii

*Lactanti**Hieronym**Plato**Iamblic**Porphyri**Iamblic*

aut uirgā manu gestat a humiſte aliquo ſibi conſeſſam: aut pedes interdum
limbumq; ūdis proluit: uel ignis uaporem ex ūdis haurit: ſimulq; his ratio
nibus diuino ſplendore completur: deoq; plena (ut dicunt) rerum pādīt ora
cula: quin & prophetæ ipſi ac cæteri uates (ut inquit lamblicus) cum dei nu
mine aſſantur: nihil timent: nihil uerentur, nam & per inuia incedunt: p
que ignem intacti feruntur: & flumina tranſeunt: quod etiam fieri ſcribit a
ſacerdotibus in Cathaballis: quibus manifeſto apparet uates ipſos omnē pr
ſus humanitatem exuere: cum diuinum ignē & ſpiritum hauriunt: quo agi
tati magis extimulantur: ut a poeta Vergilio prudenter traditum eſt de cu
mana Deiphebe ſcripſimus alias, de ſybillarum numero & ætate: ex Varro
ne: Auguſtino: Firmiano: Capella: & aliis: cum Var. Terenti a quibusdam
temere in hoc accuſetur.

Mos ueterum relatus in comitiis dirimendis: Ioue tonante: fulgurāte: &
& qđ Flaminica etiam feriata tunc eſſet.

Caput. II.

i Nter alias ueterum obſeruaciones de comitiis dirimendis illud etiam
in augurū diſciplina diligenti cura prouiſū eſt: ne qđ agere cū populo
ſicubi fulgura aut tonitrua extitiſſet: qđ illa omnia diis ſuperis improbari ui
dentur: quæ Senatus. p. q. r. decerneret: itaq; in iure ueterū pontificū ſic lege
cautum eſt.

Ioue tonante: fulgurante ne comitia ſunto.

quod ob eā quoq; rationē referendū eſt: quoniā apud ueteres poetas inſinua
ri hoc ipſum alicubi uidemus: ſicuti Plautinum illud nunc ſubit in ſtatuen
do iudicio.

Plautus

Vt primum tonuit: cicatrix ruffula: ſublurida:

lacent rationes: ſilet iudicium: quid dicam nescio.

& illud notum: tonat augure ſurdo.

haud enim fas putabatur: eo tēporis cum populo agi: quæ res cū locis mul
tis apud. M. Tullium: tum in orationibus contra Antonium notatur, un
de uitioſi magiſtratus atq; dignitates dicebantur: ſiquando Ioue tonante ac
fulgurante crearentur: ſed hoc idem Appianus Alexandrin explicat: ut alia

Cicero

Appian

per multa omittamus: qui in celebri illa ſeditione inter Apuleium tribunū
& Cecilium Metellum tam ingenti uoce romanos ipſos refert in comitiis p
clamaffe: ut tonaffe de cælo uideretur: quo tempore nihil quidem inquit ex
lege cum populo agi conceditur. illud autem ſciendum: qđ ipſa quoq; flami
nica (quotiēs tonitrua audiſſet) feriata erat: neq; agere quicq; fas erat: quouſq;
deos rite placaffe: ut a Veſtio Prætextato referē: ex pōtificū cōmētariis apđ
Macrobiūm.

Marrob

Qđ in Tyberis ūdatione draco maximus per urbem uiſus ſit Maurico Im
perante: ac de alio item Augu. Cæſaris dracone: quem pro comitio oſtēta
rauit: & alia ibidem conſimilia ex hitoriis ueterum allata.

i Criptum eſt in Rom. annalibus: ac ſæpius notatum: quo tempore dra
cones: uel qua magnitudine in urbem romam delati ſint: nam in un
dante maxime Tyberis Fluuio uiſi per urbem traduntur: quod ipſum tem
poribus noſtris cōtigit. ſed illud prope incredendum quibusdam uideri ſo
let: quod imperāte quidem Maurico Augu. Romæ accidit. qua uidelicet tē
peſtate exundationes aliquot maximæ extiterūt: & Atheſis: ac Tyberis Flu
minum quando ob ingentem uim undarum Veronæ urbis mœnia dicunt
alicubi diſiecta ac diruta. Tyberis autem fluuius in tantam excreuiſſe magni
tudinem traditur: ut eiſdem alluuiōnes ſupra muros urbis influerent: ac
regiones late occuparent: quo factum eſt ut cum multa ſerpentum genera p
alueū Tyberis æſtuante fluuio eſſent deuecta: inter hæc draco mira quadam
& inſigni magnitudine per urbem tranſiens: uſq; ad ipſum mare deſcēdit:
quod & mox horribili prodigio peſtis maxima ſecuta eſt: iam uero & Oſta
uius Augu. draconem ſiue anguem quinquaginta cubitorū Romæ habuit:
eumq; pro comitio Romano populo oſtentare conſueuit: ſicuti etiā Rhino
cerotem apud ſep̄ta: & Tygrin in ſcæna: ſiquidem Auguſtus idem eiſ
modi ludis ac ſpectaculis magnopere tenebatur. mittimus nūc hitoriā de
illo nobili dracone: quem Attilius Regulus in Apbrica ad Bragadā fluuium
caſtris ibidem poſitis ac machinis admotis tandem interfecit: cuius etiam co
rium. c. xx. pedū longitudine fuiſſe traditur: cumq; illud in urbem mittere
tur: diu a Romanis non ſine miraculo ſpectatum eſt: ſicuti & Tubero in hi
ſtoria: & Gellius aliq; ex græcis permulti ſcripſerunt.

De ſymbolis Aegyptiæ theologiæ: ac de Loto arbore: ſuper qua de^o lo
cetur: aliaq; obiter non in iocunda de Lotho capillata.

Caput. III.

i Nter alia ſymbola: ſiue notas Aegyptiæ theologiæ: Lotho pſicū:
& eiſmodi alias arbores inuenio celebrari: quibus doctrina occultior:
atq; intellectus ſignaretur: ut multi ex ueteribus teſtātur: nā & limū cū no
minabāt: ſymbolicos mundi molē: ſeu corpus itelligere ſoliti ſūt: quo ipſa
rerum materia exprimitur: cum uero deum lotho inſidentem dicerent: id q
dem pro deo ipſo: atq; diuina intellectus perfectione accipiunt: quod & Cal
cydenſis lamblicus ad Porphirium ſcribit: quoniam inquit omnia in lotho
& orbiculata & rotunda ſunt: & poma & folia: quæ figura omnium procul
dubio abſolutiſſima eſt: ſed enim ex ea effigie inquit lamblicus mentis actio
denotatur: deus autem ſuper hęc actionem in ſe ipſo totus conſiſtens: ac reli
quos principatus exuperans: ſāctus & ubiq; uenerandus penitus cōquieſcit:
quod ex ipſo etiam ſedentis habitu pernoſcitur. nam hic idē cū generationis
ac totius naturæ uirium omnium: quæ inſitæ elementis ſunt: cauſa exiſtat:
in materialis quidem ipſe indiuiſus: immobilis: ingenitus: totuſq; ex ſe ipſo
& in ſe ipſe totus: omnia complexus: qua ratione ſuper aquatilem lotū eiſ
ſmodi numen Aegyptii prænotarūt. Proclus autem (quo loco de magia diſ

Gelli

lamblic

lamblic

Proclus



serit) animantia quaedam: lapidesq; & arbores recenset: quæ suis dicata numi nibus maxime præstant. Lothon etiam inquit Apollinis numini ascriptam: atq; dedicatam: quæ ante solis emersum: sua folia implicat: profurgente autem sensum ac paulatim explicat: & quatenus ad mediam cæli plagam ascendit: folia expandit: quo uenerationem suo numini peculiarem ostendat. notum uero quod in urbe olim Roma & Lothos plurimum celebrata est: nec illa tantum: quæ in Lucina area esset: & quæ item in Vulcanali: uerum quæ capillata diceretur: quoniam Vestalium uirginum ad hanc capillus deferretur: quas omnis aut longissimi fuisse testes sunt & M. Varro & C. Plinius: de eadem arbore: eiusq; magnitudine: fructu: & uiribus per multa apud Theophrastum: & ceteros comperiuntur. neq; enim ignoramus & herbam esse Lothon: & inter palustres etiam caules referri: hæc in ægypto fabæ similis traditur: arbor uero in Aphrica frequens piri magnitudine censetur: quam celtym uocitat: ut a Plinio seruatum est.

Varro

C. Plim

Theoph

Scita admodum ac elegans expositio a Plutarcho de origine uerbi: quod est spurium: ac non nihil etiam de latinis prænomibus.

Caput. V.

In commentariis ueterum grammaticorum: illi homines fere a latinis nominati sunt spurii: qui non ex legitimo genere: sed ex quadam colluione orti sunt: quod eorum uidelicet parætes ignorentur: nam & ipsi uelut ignobiles notissimo dicto terræ filii olim dicebantur: sed uide originem duxerit hoc uerbum: quamq; rationem habeat: Plutarcho homo in omni disciplinarum genere diligentissimus egregie exponit in romanis quæstionibus: cum ueteres inquit romani complura nomina unis litteris aut binis: ternis uel signarent: ueluti. P. Gn. Ser. & Sex. hoc est Publios: Gneos: Seruios: & Sextos: quæ patrum forent prænomina: spurium itidem binis litteris ita notabant. Sp. quæ descriptio & orbatos parentibus indicabat: quoniam si quos sine parentibus dicerent. S. p. tantum scriptitabant: quo factum est ut spurios etiam uocarent eos: qui incerto genere crederentur: quod autem uiris honestissimis hoc prænomine iditum fuerit. Sp. Carbilius Ruga: Sp. Melius: aliiq; complures testatur: tali prænomine insignes: neq; probandam censeo eorum opinionem: qui et hinc huius uocis ad ipsos Sabinos referant: tam etsi prænomina etiam romanorum (ut alibi diximus) magna ex parte a Sabinis accepta sunt.

De Vestalium capillis: qui ad arborem Lothon obruerent: ac Plinii locus expositus: tum quæ arbores felices aut infelices a ueteribus habeant.

Caput. VI.

In libro C. Plinii ad Vespasianum Augu. xvi cum de arborum ætate scribit: uerba hæc sunt: antiquior Lothos est: quæ capillata dicitur: quoniam uirginum Vestalium ad eam capillus defertur: quo loco dubitari uideo a doctioribus: quid Plinius designet de Vestalium criminibus: nos uero mo

Plim

rem uirginum putamus insinuari: quo tenerentur omnes (quæ uestæ sacris forent initiata) capillum detonderi: qui deinde ad arborem Lothon iter felices receptam de uetus humo obrueretur: quod ipsum ex Flaminum ac Vestalium sacris elicitur: in quibus cautum fuit (sicut in ueterum commentariis traditur) ut unguium: & capilli præsegmina subter felicem arborem terra obtegerent: quod A. Gellius in atticis noctibus refert: sic enim de Flaminum sacris notatum.

Capillum dialis nisi qui liber homo est: non detondent.

Unguium dialis: & capilli segmina subter arborem felicem terra integunt. quam rem in Vestalibus etiam obseruata existimo: itaq; ad capillatam Lothon earum crines deponi mos fuit. Sex autem Pompeius in hoc uidetur dissentire: cum capillatam arborem ea ratione dictam crediderit: quod ad eam (ut inquit) attolentur capillus suspenderetur: felices uero arbores sunt (quæ a Veranio traduntur) quercus: æsculus: ilex: fagus: corylus: sorbus: ficus alba: pirus: malus: uitis: prunus: & cornus. infelices uero dicit (quæ diis manibus & inferis dicatae sint) ut sanguinem: filicem: ficum atram: & quæ nigrantis baccas: nigrosq; fructus ferunt: de quibus copiose Macrobius ad Eustathium scribit. C. quoque Plinius eas dicit arbores religione damnatas: quæ neq; feruntur unquam: neq; fructum ferunt: quod ipse etiam Theophrastus non ignorauit.

Quid apud ueteres sit prætextatus sermo: ac de uerbis prætextatis: & quomodo in ea uoce parum consentiant auctores.

Caput. VII.

Raditum est a C. Suetonio Cæs. Vespasianum plurimam dicacitatis fuisse: & sic scurrulis ac sordidam: ut nec prætextatis quidem uerbis abstinent: quo loco prætextata uerba ac sermonem uocat subobsænum & impudentem: cuiusmodi peculiaris est iunioribus ac pueris: qui prætextata utantur: nec togam uirilem induerint: sic enim ex ipsa uocabuli ratione uiderentur intelligendum: quod a me ob id imprimis notatum est: quoniam contraria his: ac penitus diuersa a Pompeio Sexto referuntur libro. xvi. de uerbis prætextatis: nefas inquit apud ueteres habitum est: uti prætextati pueri uerbis obscænitatis uterentur: ideoq; prætextatum sermonem appellarunt: qui nihil obscænitatis referret: quod ipsum & Vestius prætextatus apud Macrobius uideatur probare. nam togam inquit prætextam ea ratione pueris additam: ut ex colore purpuræ ingenuitatis pudor regeretur: diuq; negatum libertinis fuit: ut prætextata uterentur: itaq; iudicari facile potest: uel ex mutatione uitæ apud Romanos uerbi significatum permutatum: aut ipsos quoad auctores pungentia: & contraria scribere: neq; illorum sententiæ accedimus: qui apud eundem Pompeium sermonem prætextatum accipiunt: pro impudico & lasciuo: cum nihil dixerit habere obscænitatis: hinc prætextate fabulæ apud antiquos celebres: quibus præcepta & monitiones ad optimos mores traderentur:

Gelli

Sex-po

felices arbor

Macrobi

Suetoni

Sex-pom

Macrobi



Macrobius neque autem ignoramus in eodem Macrobio prae-textata uerba pro impudicis esse accipienda: cum dixerit admittendam in symposio uenustam alacritatem: quae lasciuia careat: neque prae-textata: & impudica uerba adsint: cuiusmodi subulones: atque planipedes iaciunt. de prae-texta uero: eiusque initio & causis alibi scripsimus: ac multa in saturnalibus referuntur: quae Macrobius & Gellianis noctibus maiore studio quam iudicio transtulit: cum sit obnoxia metis: & ingenii maxime infelicis: nusquam fateri: per quos auctores profeceris.

Gellius

Enigmata duo allata: unum. S. ex Platone: alterum uero ex Fab. Plautinis: & utrumque lepidum: & perurbanum.

Caput. VIII.

Quare uerebatur nupera uiris doctioribus de studio ueterum in his perquirendis ac referendis: quae propter ipsam obscuritatem a graecis griphi & enigmata dicuntur: sed ex pluribus (quae relata sunt) libitum mihi est Platoni phidias & Iosophi enigma apponere: quo legentium animus: in his quoque pensitandis atque intelligendis excitetur: est autem hoc (uelut in Parthenicis satyris triplici senariolo expressimus) ludicrum sane: & ridiculum: sed quod a Platone tamen uiro grauissimo notatum sit.

Plato

Homo non homo: uidens non uidens alitem

Non alitem: lapide non lapide percult:

Cum super arbore: non super arbore degeret.

Quin & aliud de Arietini responso considerandum existimo: quod in atticis lucubrationibus relatum scimus ex freto Plautina. Id autem in hunc modum se habet.

Gellius

Hoc illud est: quod Arietini responsum magnis ludis dicitur:

Peribo si non fecero: si faxo uapulauero.

quod & Gellius uir Romanus diligenti studio perquisiuit.

De licentia ueterum poetarum in notandis hominibus: ac elegans parodia Metelli Cos. contra poetam Neuium: tum de lege a censoribus lata: qua poetarum maledicentia reprimeretur.

Caput. IX.

Notum est ex ueterum historiis: quanta animi libertate ac licentia poetarum graeci flagitia hominum: atque improbitatem insectarentur: tum hi praecipue: qui antiquas comedias scripserunt: cuiusmodi fuerunt Sufarion: Machnes: Cratinus: Aristophanes: Eupolis: & alii complures: quorum ingenium & licentiam apud nostros etiam quidam sunt imitati: in taxadis ac nominatim accusandis hominibus: siquidem Lucilius: Gn. Neuius: & C. Lucullus acerrimi quidem: ac uirulenti contra uitia extiterunt: Neuius certe poeta Metellos etiam ipsos: ac Scipiones suis uersibus percidit: quod & M. Cicero per elegantem parodiam usus contra Q. Metellum in oratione aduersus Verrem significat: sicuti Pedianus quoque Asconius agnoscit: sic enim Cicero. te non fa-

CiceroAsconius

to consulem: ut ceteros ex uestra familia: quoniam id ipsum poeta Neuius ita Satyrice dixerat.

Fato Metelli roma fiunt consules.

cui etiam dicto (ut est aut hor Pedianus) cum esset consul Metellus ita responso Asconius

dit: senario hypercatalecto: quem Saturnium uocamus.

Dabunt malum Metelli Neuius poetae.

de qua re & Maurus Terentianus ad Nouatemum meminit. quin idem Neuius pari licentia atque mordacitate usus est contra P. Scipionem Africarium:

Terentianus

nulla tanti hominis ratione habita: quo factum est: ut poeta Neuius ob nimiam in scribendo maledicentiam: ac probra in Romanos principes: ab ipsis quidem triumuiris in uincula coniectus sit: & in carcere aliquandiu haberetur:

ubi fabulas etiam aliquot composuit: sed enim maledicendi licentia: & improbitas adeo processit: ut lex Romae per censores lata fuerit: qua eiusmodi probra ac maledicta reprimerentur: quod ab Horatio Flacco demonstratur:

Horatius

qui in epistola ad Octauium Augustum refert: ueteres Romanos irato animo atque agerrimo tulisse a poetis lacerari: unde fuit illis haec quoque cura inquit.

Conditione super communi: quin etiam lex:

Penaque lata malo: quae nollet carmine quemdam

Describi: uertere modum formidine fustis:

Ad benedicendum delectandumque redacti.

De morbo elephantiasi: & unde nomen acceperit: ac de lichenis ibidem: & gallica scabie contra quorundam insanitiam.

Caput. X.

Is nuper mihi mouerunt medici quidam in Academia Florentina: qui cum de lichenis & elephante morbo: seu elephantiasi loquerentur: imperite simul & inepte de his eorumque nominibus & potestate disseruerunt: inter alia enim lichenas pro eo morbo falso accipiebant: quem uulgo gallicum uocitant: in quo contagio ipsa: doloresque: & alia permulta maxime dissimilia sunt: Elephantiasis uero (quantum ex ueterum commentariis colligitur) pro cancro accipi potest: quo uniuersum pene corpus occupetur: itaque nullis prope remediis sanari potest iuxta Pauli sententiam: nam si cancer: quod unum aliquod membrum uexat: pene insanabile est: quanto minus Elephas curari poterit: qui uniuersum corpus suo passim contagio depascitur: sed & Claudius Galenus: alique per multi in medicina celebres inter pestilentissimos morbos: & insanabiles Elephantiasim referunt. neque me autem praeterit: in arabum libris ea de lepra referri: quae maxime ad Elephantiasim uideantur pertinere: quoniam ille morbus aegyptios maxime afficiat: quod ibi caeli calores astuent cibique crassiores: & pisculenta copiose suggerantur. Graeci uero auctores Elephantiasim a lepra distinguunt: sic ut in lepra cutis impetiginem quandam: & uelut scabiem acceperint: quae Galliae populos incredibili contagio tenet: in elephantiasi autem non cutis dumtaxat: sed nerui: carnesque: & ossa maxime ui-

ErratGalenus

Corn. Cel
Lucreti?

tianē: quod & Cor. Celsus aliq; permulti tradūt: iā & T. Lucretius: quo loco de morborū cōtagione scribit: pedes maxime refert atq; oculos Elephantiafi affici bis uersibus.

Est elephas morbus: qui propter flumina Nili Gignitur ægypti in medio: neq; præterea usq; Hac luce tentantur gressus: oculiq; micantes. nomen uero tam obnoxii tamq; pestilentis morbi deductum est ex ipsa similitudine cutis elephantis: quoniam qui eo morbo uexantur: cutem fuscā: plenamq; tuberibus: & papulis habent: qualis præcipue in elephantis uisitur: quod ipsū & Galenus probat: sed & Serenus in hunc modum de Elephantiafi.

Galen?

Serenus

Est elephas morbus: tristis quoq; nomine dirus Non solum turpans infandis ora papillis Sed cito præcipitans funesto fata ueneno: quod ego iccirco putauit obseruandum: quoniam Laurentius Valla: uir alio qui accurate doctus: quorundam ineptias secutus: ob id Elephantiam dici existimauit: qd̄ inter alios omnes morbos ita præstaret: sicuti inter animantia Elephas: quo nihil potest esse non dico magis absurdum: sed etiam ridiculum.

Laurentij error
radiculus

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE
HONESTA DISCIPLINA LIBER
VIGESIMVS PRIMVS.

Qui maxime dicantur apud ueteres nullo affectu perturbati ac d. M. Antonino Impe. & Philippo Augu. qui nullo unq; commento ad risū potuit excitari.

n Obiles sunt in ueterum monumētis complures: qui ex ipsa animi constantia & apathia (ut Stoici appellant) eodem statu in omnibus atq; tenore ita permanserint: ut nullis prope affectib; aut perturbationibus mouerentur: quales celebrantur uiri sapientes & ingenio præclari: Socrates: Heraclitus: Diogenes Cynicus: & Pyrrhō: apud nostros uero. M. Crassus: q̄ semel in tota uita risit: ob id appellat⁹. ἀρῆλας sed est uisū ad hæc: de Romanis etiā imperatorib; aliquid afferre: ut de. M. Antonino Cæs (qui philosophus est cognominatus) ac de Philippo iunior re Augu. M. n. Antoninus tāta animi trāquillitate ac mentis cōstantia fuit: ut nullo unq; affectu: nullis rerū fortunīs uultum dicatur immutasse: quē uitæ rigorem ac seueritatem auxit etiam philosophiæ stoicæ professio: in qua se ipsum continuit: præceptoribus ad eam optimis: siquidem inter alios cō-

pluris Sextum Cheronensem Plutarchi nepotem: & Apollonium Chalcedonium magno studio coluit: neq; obfuit eiusdem cōstantiæ: aut filius gladiator: & scelestus: aut uxor infamis: ut a Iulio Capitolino relatum est: ad Impe. Dioclitianum: Philippus uero Iunior: qui cum patre imperauit anno ab urbe condita Millefimo tam seueri animi: tamq; inflexibilis fuit: ut nullo unq; commento: nullisq; rationibus ad risum solui: aut excitari potuerit: & quod est maximum seueritatis exemplum: cū patrem forte aspiceret ludis sæcularibus petulantius cachinnantē: eum ipsū a uersato uultu notauit: ut ab Eutropio traditum est in Rom. historia.

Capitolinus

Eutropi?

De Mario Gratidiano uiro prætorio: & quanta immanitate a Sergio Catilina dissectus atq; interemptus fuerit in Syllanis tumultibus: ex Iulio Firmico: & alia de Catilina & Cicerone addita contra Fenestellam.

Caput. II.

c Elebrati sunt apud ueteres e Mariorum familia compluris: qui & rebus gestis: & dignitate claruerunt: nam. M. Marii duo: ac totidem. C. censentur: de quibus commode in Rom. familiis egimus: Hoc autem loco de. M. Mario dicendum est: Marii Gratidii filio: de quo sic. Q. Cicero ad. M. Tullium scribit: in libro de petitione consulatus: cum. L. iquit Catilina cōsulatum petis: qui hominem carissimum. p. r. M. Marium inspectante poro. uirgis per totam urbem ceciderit: ad bustū egerit: ibidem omni cruciatu lacerant: uiuo statim collum gladio sua dextera secuerit cū: sinistra capillū eius a uertice teneret: caput sua manu tulerit cum inter digitos eius riuī sanguinis fluerēt: hūc igitur. M. Mariū designat: qui a. L. Catilina crudelissime interemptus est. M. uero Cicero in ea oratione quam habuit contra Antonium: & Catilinam competitors copiose rettulit de hoc ipso Mario: is. n. (ut est author Pedianus) uir popularis fuit: atq; ob eam causam bis prætor: cui⁹ abscissum caput sua manu Sergius Catilina per urbem circūtulit: quod illi a. M. Tullio sapius obiectū est. Iulius Firmicus sic de cæde mariana scribit ad Mauortium Lollianū. Prætorio uiro Iuniori Mario (qui iudicio omnium benemeritus de re. pu. uidebatur) Syllana iussione elisa sunt prius crura: deinde deiecta de statu corporis brachia: humeris tenus dissoluta ceciderunt: tertio amputata lingua uocem reliquit in faucib;: ad postremū omni parte corporis mutilata: oculi qui fuerant spectatores & superstites egerunt: & in tam angusto corpore a nephario patriæ carnifice tot sunt inuēta supplicia: & uix anima tantis uulneribus erogata est: quod iccirco adnotauim;: ne tam imperite quidam a ueteribus dissentiant. nec illud præterea concedi debet: quod a Fenestella proditum fuit. L. Catilinam a. M. Cicerone fuisse in causa defensum: Et si ad Atticum scripserit: se cogitasse de Catilinæ defensione. hoc tempore inquit Catilinam competitorem nostrum defendere cogitam;: iudices habemus: quos uolumus: summa accusatorum uolūtate: spero si absolutus erit: coniunctiorem nobis fore in ratione petitionis: sin ali-

Q. Cicero

Cicero

Ascon?

Firmico

Fenestella

Cicero



ter acciderit humaniter feremus.

De uaticiniis per aquas & per uinū: & apud quos maxime populos clara essent: ex Plutarcho: & aliis authoribus.

Caput. III.

I Criptum a nobis est superiori uolumine de his uaticiniis: quæ in Branchis: Delphis: atq; Cathaballis apud ueteres fieri cōsueuerint: nūc libitum est ea addere: quæ apud Thracenses populos: & Clarios celebrent: quo tam dissimilis quidem uaticinandi ratio: tamq; dispar cōsuetudo in oraculis edendis intelligat. in Thraciæ igitur regione apud Lygureos adytus fuit Libero sacer: ex quo cum uaticinia: & oracula reddi solerent: eius templi antistites uno affatim epoto respōdebant: apud Clarios autē (ubi Clarii Apollinis templum foret) diuersa res traditur: nam quibus diuina effari permisum esset: aqua prius assūpta rem pagebant: quod ipsum Vectius Prætextatus apud Macrobiū refert: quo loco eūdem esse deum Liberum: atq; Apollinem copiose disserit. Plutarchus autem Cheronæus & aqua & mero testatur antistites quosdā apud diuersos populos sacra perficere: ac deinde uaticinari: ut enim uinolenti dicuntur prædiuinare: sic etiā lympholepti. lunonis Monetæ nomen & origo allata: tū de eiusdem tēplis: & inscriptione in nummis Cæs. Domitiani Augu.

Caput. III.

Cicero Raditum est a. M. Tullio: cum de diuinatione scribit: lunonē ipsam iccirco a Romanis Monetam uocari solitam: quod ex arce tēpli Rom. populum commonuerit: ut propter terremotum (qui acciderat) sue plena rem procurarent. qua in re uideo ab antiquis plurimum dissentiri. **Maximus Valerius** & alii lunonis tradūt Monetæ imaginem a Vehiorum oppido Romā delatam: quo tempore Impe. Furius Camillus suis auspiciis Vehios superauit: nam apud eos præcipua quidem religione luno Moneta colebatur: captis autem Vehis: cum miles forte Rom. per iocum eam rogaret: an uolēs romam concederet: annuisse ferunt: ac se uelle respondisse: quæ res in admirationem uersa est: ac protinus lati milites eiusdem simulacrum in urbem deuexerunt: atq; in Auētino monte collocatum est. neq; tamen defunt: qui Allocutio deo illa ascribant: quæ de lunone Moneta referuntur: quo nihil dici potest absurdius: cum deus Allocutius: siue Aius (nam idem est) cauēdum a gallis sua uoce monuerit: ac infima uia noua aram habuerit: quod apud ueteres multi cōmemorant: sed eorum iscitiam alibi commodius repressim. templum uero Monetæ non in Auētino tantum uideo ab authoribus celebrari: sed in ipso etiā Capitolio: ut idem Maximus Valerius: ac Liuius asserunt: quo loco Mallii Capitolini dom⁹ fuisse traditur. Pub. autem Victor in regione urbis tertia collocauit: ubi Thermæ Tacianæ: atq; Traianæ forent: sed & Macrobius Aurelius adē refert lunonis Monetæ calēdis luniis dicatā Cos. Claudio Martio Rutilio. iiii. & T. Martio Torquato. ii. neq; dubium est in

Val. Max

P. Victor

Macrobius

est in æde Monetæ solitos seruari libros linteos: in quib⁹ Rom. impe. fata cōtinerent. quin illud adnotandum est: quod in peruetustis etiā nūmis Domitiani Augu. talis descriptio seruatur. DIVAEMONETA E: quod & Ber. Oricellarius obseruauit: uir & in gubernanda re pu. prudens: & in perquirendis ueterum monumentis diligenter accuratus.

De uiribus dæmonum: & quod eorum. vi. genera tradantur: diligens adnotatio: ex cōmentariis Pselli: & Augustini.

Caput. V.

I lbrum fecit Augustinus de potestate dæmonū: in quo erudite atq; copiose explicat quantis uiribus polleat: quoq; habitu sint. & quib⁹ maxime rebus aduersari: aut oblectari soleant: qua in re nō tā Christianam uideatur Academiā secutus: q̄ Platoniorū placita & cōmentarios: in quib⁹ multa de his cōperiunt. quod autē. vi. eorū genera habeantur: id ego apud Michaelem Psellum inuenio: qui ex Marci traditionibus hoc totū egregie recēsit: Basiliumq; & Paulum uiros doctrina & morū sanctitate clarissimos aduocauit in historia dæmonū. ad hunc igitur modū diuersā eorū naturā atq; potestatem rettulit. primū inquit dæmonū genus igneū cēse. quod in sublimiori aere peruagari solitū est (ut Marcus dicebat) qui illud uoce barbara Leliureon appellabat: secundū genus: quod in pximo aere: ac nobis ppinquo obuolitat: quod etiā nū a plerisq; aereū nūcupat. tertiū porro terreū ē: quod in terræ ipsius regionibus uersat: ex quo multiplici ratione: atq; insidiis terrenis animatib⁹ aduersatur. quartū aquatile & marittimū dicitur: quod humoribus se imergit undiuagum. s. ac in palustribus habitās: ut multos in aquis male afficiat: æstusq; ac tēpestates in mari excitet: ac nauigia ipsa cum hominibus prorsus demergat: atq; inobruat. his adicitur quintū genus quod appellat subterraneum: quoniam & ipsis terræ uiscerib⁹ inclusos dæmones: atq; abditos tradit: unde motus terræ: fundamentorū ruina: ac uentorū collisiones oriuntur. præcipue autē infestari hoc dæmonū gñe scribit eos hoies: q̄ aut in puteis effodiendis uersant: aut in metallis pscrutandis. Sextū & ultimū: quod omnem quidē lucē refugit: tenebrosūmq; iccirco uocitat: quoniam in tenebris assidue teneatur. mitto nunc quib⁹ potissimū insidiis: aut quo astu scripserit eos decipere: atq; allicere humanū genus. cōstat enim (ut est author etiam Augustinus) omnis fere dæmones hoc ingenio & natura esse ut deos pariter oderint: & hominibus maxime aduersentur: sed alibi hoc totum disseruimus:

Quæ figura sit dicendi in ueterum libris mediussidius: quaq; origine cēseri debeat: ac de Fidio deo non nihil.

Caput. VI.

M Ehercle: & mecastor: figura est in ueterum libris admodū frequens: qua intelligendum est diligat uel adiuuet: quod a Sex. Pompeio diligenter est obseruatum. in hoc. n. inquit iusiurando subaudiendū est: me amet uel adiuuet: quibus figuris multo sapius græci authores utunt. quo autē

Augustin⁹

Psellus

Sex. Pomp.



modo accipiendum sit mediufidius pauci adhuc (ut uideo) probe intelli-
gunt: aut originem percipiunt. ego uero ita expono ut eiusmodi quidem lo-
cutio p inde ualeat: atq; mehercules: & Deufidius. cuius sacra romanis ana-
libus traduntur: eiusq; tēpla in urbea ueteribus relata sūt: sicuti Plutarchus
Varro: & poetæ latini testatur. sed & Sex. Pompei⁹ in libro de priscis uerbis
xii. pro Iouis filio accipit: quoniā. d. littera cū. l. affinitatē retineat: itaq; ius-
iurandum hoc inquit per diui fidem quidā dixerunt. in fabulis autem Plau-
tini ius iurandū refertur per deū fidū: hunc enim sanctum fidiumq; appel-
lantes: in Quirinali iugo ueteres coluerunt nonis Iuniis. quo circa sic in fastis
Ouidius.

Quærebam nonas sancto Fidio ne referrem:
An tibi femipater tunc mihi sanctus ait.
Cuicumq; ex illis dederis: ego munus habebō:
Nomina trina fero: sic uoluere Cures.
Hunc igitur ueteres donarunt æde fabini:
Inq; quirinali constituere iugo.

Quibus uerbis in latino sermone uti debemus: & q̄ uerecūda esse debeat
in cōponendis uocibus tralatio.

Caput. VII.

i N sermone latino habēda est p̄cipue ratio in uerbis cōponēdis atq; utē
dis: cū ex infinita uocabulorū silua: alia quidē ad usū ptineāt: alia ad
eruditionē: alia uero ad gr̄am. itaq; uerba desita: & parū frequentia cognolle
debemus: eorumq; uires & cōparationē scrutari: anriqua uero & propria reci-
pere: poeticis delectari: qua ratione Terētius Var. cū scriberet ad. M. Tulliū
prudētissime inquit: poeticis multis uerbis magis delector q̄ utor: antiq̄s
magis utor q̄ delector. tralatio autem in cōponendis uocibus (ut est aut hor
Theophrastus) non audax aut insolens debet esse: sed proba & uerecūda:
quod ipsum Pōtanus etiā Iouianus approbat: uir un⁹ ætate nostra: q̄ atiqui-
tatem ipsam ac disciplinas honestiores pari facundia atq; ingenio exprimat.

De insigni atq; mirifico portento infantis: qui duplici pectore atq; capite
bienniū uixerit: historia non cōtempnenda: ac de causis portentorum.

Caput. VIII.

n Otum est q̄ multa sint relata prodigia in ueterum annalibus atq; hi-
storiis: quantumq; admirāda. sed unum p̄cipue hoc loco. repetendū
existimaui p̄ceteris (quæ unq̄ scribantur) insigne atq; monstrificum: si mo-
do hac in re antiquitati fides habeatur. traditū est igitur in oppido quidem
Emaus Theodosio Cæs. imperante puerū natū fuisse: qui ubi lico tenus inte-
ger extaret. supernæ autē partes eiusdem gemina facie apparebant: ut duo pe-
ctora totidemq; capita essent: suis partib⁹ ac sensibus p̄dita: nam & una pars
aliquando cibus & potione utebatur: altera abstinebat: sic itidem in sōno &

Plutarch

Varro

Sex po

Plautus

Varro

Cicero

Theoph

Iouianus
pontan⁹

quiete: uarie ac differenter se habebant: ut uicissim lusitarēt: & risu & lachry-
mistenerentur: mutuisq; plagis se cæderēt: ac si diuersis animis: atq; ingenio
forent: annis autem prope duobus uixerunt. factum deinceps est: ut cum al-
ter perierit: qui superfuit: quatrduo post exagnata tabe computrescens in-
terit: quam rem Sigibertus in suis commentariis rettulit: homo quidem di-
ligens: atq; ut illis temporibus studiosus magis q̄ eloquens. quibus autem
rationibus eiusmodi portenta oriantur: Galenus: & Aristoteles copiose do-
cent: ut aliorum sententias ommittamus: & affirmat quidem Aristoteles
iccirco fieri monstra in animatib⁹: quoniā plura ac diuersa semina inter se co-
herescunt: atq; confunduntur: aut cum forte materies excessus uel defectus
extiterit.

Traditum esse: qd̄ ex uiris sapientibus plerumq; insani: ac demētes gignā-
tur: exemplo addito de Aristarchi filiis uiri doctissimi: & aliorum coplu-
rium: ex Aelii Spartiani uerbis.

Caput. IX.

d E Aristarcho grammatico: qui Alexandrinus fuit: eiusq; multiplici ac
singulari eruditione complura leguntur in græcorum commentariis.
cum is unus & censor maximus omnium poetarum sit habitus: & Philome-
toris regis filii p̄ceptor extiterit: qui Philadelphi nepos fuit. illud autem
de liberis Aristarchi considerandum est. nam cum duos forte habuisset: hoc
est Aristagoram: & Aristarchum: uterq; demens ac stolidus fuisse dicitur. si-
cuti & Sudæ collectanea testantur: quo nomine haud temere quæsitum est
a philosophis: cur ex uiris sapientibus plerumq; ignaui ac dementes orian-
tur. sed hac in re libitum mihi est uerba Aelii Spartiani subiicere ad Impera-
Dioclitianum. Constat inquit Auguste neminē prope magnorum uirorum
optimum & utilem filium reliquisse: deniq; aut sine liberis uiri interierunt:
aut tales habuerunt pleriq;: ut melius fuerit de rebus humanis sine posterita-
te discedere: & ut ordiamur a Romulo: hic nihil liberorū reliquit: nihil Nu-
ma Pompilius quod utile posset esse rei. pu. quid Camillus: num sui similes
liberos habuit? quid Scipio? quid Catones? qui magni fuerunt: iam uero
quid de Homero? Demosthene? Vergilio? Crispo? Terētio? Plauto? ceterisq;
aliis loquar? quid de Cæsare? quid de Tullio? cui soli meli⁹ fuerat liberorū nō
habere: quid de Augusto qui nec adoptiuū bonum filium habuit: cum il-
li eligendi potestas fuisset ex omnibus. falsus est etiam ipse Traianus in suo
municipe ac nepote deligendo: sed ad genitos ueniamus: quid Marco fœli-
cius fuisset? si Cōmodum non reliquisset hæredem: quid Seuerō Septimio? si
Bassianum non genuisset?

Quomodo sit accipiendum stadium: & q̄ multiplex fuerit: ac non nihil
etiam de aliis mensuris.

Caput. X.

n z

Galen⁹
Aristot

Sudas

Spartian⁹

f Criptum est a ueteribus diligenter de mensuris: earumque uariis ac diuersis rationibus: hoc est de iugero miliario: stadiis: & parasangis: nos hoc loco de ipso stadio breuiter agemus: quos inscitiam quorundam: atque ineptias deuitemus: qui cum de re hac nuper sermonem haberent: imperite simul atque perplexe disseruerunt: itaque sciendum est nomen ipsius stadii diuersum ac multiplex fuisse: tum spacio inter se dissimili: praecipue autem nominatur olympicum: pythicum: & italicum: nam pythicum quidem pedibus milenis finitur: olympicum pedibus. cccc. italicum pedibus. cxxv. sic enim Celsus forinus refert: qui de natalicio ad Cerellium scripsit. neque me latet Hercules quoque stadiū ab antiquis celebratum: in quo. cc. pedes haberentur: quod ipsū stadii spaciū Hercules suis pedibus metatus est Pisis apud Iouem olympicum: de quo & Plutarchus: & in atticis Gellius meminerunt. neque desunt etiam auctores: qui tradant octauam partem miliarii in ipso stadio fere contineri: tum Diaulos: & Dolichon addunt: ut. n. stadii mensura pedes. cccc. habet in uniuersum: ita Diaulus. M. cc. Dolichon. stadia xii: & Schenon. xxx. ut ipse etiam Plinius refert: & si hoc totum in graecorum commentariis: cum a pluribus auctis: tum ab his relatum est: qui Platonis leges interpretati sunt: quo loco de currendi ratione: & ludis olympicis disserit. Pollio autem Vitruuius stadias porticus appellauit: ex ipsa stadii (ut puto) mensura: sicuti etiam miliarias dicimus. mensuram uero huius qui geometrae appellantur: in hunc modum haberi scribunt: hoc est quicquid ponderis: capacitatis: longitudinis: altitudinis: latitudinis: ac spiritus finiatur: ut Boethius: & Iunius Nypsius tradunt. is enim in libro de mensuris agrorum sic ad Celsum: mensurarum inquit appellationes: quibus in longitudine utimur xii sunt. i. digitus: uncia: palmus: sexta. pes. cubitus: gradus: passus: decempeda: actus: stadium: miliarium: sed haec suo loco sunt pluribus differenda.

Præclare factum: atque ingenti animo ab Auidio Cassio Augu. in seditione exercitus: atque eiusdem uerba ibidem relata.

Caput. XI.

Volcati d Ignem facinus a Volcatio relatum est: de Cassio Auidio Augu. eiusque egregio animo: nam cum in exercitu (quem imperator regebat) magna seditio orta esset: ac milites ipsi uelut ad conflictum aestuarent: tumultu comperto: egressus praetorio Auidius: sagoque tatum castrensi tectus: Et me ipsum inquit milites percutite: si hoc audetis: & corruptae disciplinae flagitium addite: quo audito omnes quidem quierunt: simulque illum persecuti sunt: non sine mirifica obseruatione. itaque dictum pereleganter est a Vulcatio de Auidio ipse. timeri a milite meruit: quia ipse non timuit: idem Augu. Syriacas legiones luxu ac delitiis defluentes: ad pristinam seueritatem atque disciplinam redegit. tum in Armenia: & Arabia: atque Aegypto strenue ac praclare rem gessit.

Quibus liceret in urbe sepeliri: ac de Posthumio Tuberto uiro consulari: de quo M. Cicero in legibus subobscurè intellexit.

Caput. XII.

n otatum alibi a nobis est: fuisse apud romanos lege cautum: nequis in urbe sepeliri posset: propter eos tantum: quae egregia uirtute rebusque clarissime gestis meriti hoc essent: quod ipsum exemplo atheniensis populi factum ab illis existimamus: ut qui Solonis leges de sepulchris magna ex parte sequerentur. Plutarchus autem in Rom. quaestionibus: eis tradit ex Lyparei auctoritate concessum in urbe sepeliri: qui de hostibus triumphassent: tum Val. & C. Fabricium nominat: qui ob eorum praecleara facinora sepulchrum in foro habuerunt: sed & M. Cicero cum leges romanorum exponit idem asserit: ac Val. quoque publicola: & C. Fabricio Tubertum adiicit: cuius summa uirtus ut inquit hunc honorem promeruit: nos autem de Tuberto ipso diu quaesiuimus: quando eius nomen latinis annalibus atque historiis minus uideatur comperit. Dionysius uero Alicarnasseus in Rom. antiquitatibus. P. scribit Posthumium uirum consulem ac maxime nobilem: qui Tubertus fuerit appellatus. anno inquit post exactos reges quinto: quo tempore Ischomachus Crothoniates in stadio uictor fuit: creati sunt Romae Cos. M. Valerius publicola frater: & P. posthumus qui Tubertus est cognominatus: itaque dubitari amplius non potest Tubertum ipsum apud M. Ciceronem uirum consulem fuisse: quem & Liuius & alii posthumium uocant: referentes ab eo prospere pugnatum contra Sabinos: ac secundo eius consulatu de uictis Sabinis ouationem celebrasse: ob praecleara eius gesta Meneniumque Agrippam eius collegam triumphasse: quibus rationibus factum crediderit: ut in ipsa etiam urbe sepulchrum meruerit posthumus Tubertus: sicuti & Val. Publicola: quod ab eodem Dionysio copiose explicatur. De Rom. familiis Fabiorum atque Curionum: & qua maxime dignitate in ciuitate praestarent: tum de Lepidis etiam breuiter adnotatum.

Caput. XIII.

r elatum est in uetere commentariis de Fabiis atque Curionibus: quod ipsa gens curionum continua quidem serie tres optimos oratores habuit: atque in agendis causis insignes: in Fabiorum uero familia tres in senatu fuisse continuos principes: & egregiis facinoribus clarissimos: cuiusmodi censeant. M. Fabius Ambustus: Fabius Rutilianus filius & Q. Fabius Gurges nepos: quod & C. Plinius ad Vesp. Augu. refert: de Lepidis quoque illud sciendum: quod in eorum genere tres intermissis ordine obducto membrana oculo geniti traduntur: ut non minus naturam quam ingeniorum quaedam uelut insignia in homine existant: sed haec in commentario de Rom. familiis commode notauimus.

Quantum sit ab amoris contagio abstinendum: ex Crathetis philosophi sententia: ac ibidem Panetii uerba notata ex Annæo Seneca: in quibus per grauis atque doctrina existat.

Caput. XIII.

n3



C
n
Ausonius
 Inter alia multa: quæ Crates Thebanus prudenter ac sapienter de uita differuit: illud etiã de amoris potestate ab eo relatũ tradit: amorẽ inquit fame sedari: sin min⁹ tẽpore: qđ fiduo hæc nõ suffecerint: ad laqueũ esse accedendũ: Hæc Crates de amore: ad quã poeta Ausonius respexit: cũ de infania ac de mentia amantium loqueretur. Panetio autẽ philosophus inter stoicos insignis: peregre (ut constat) uideatur respondisse: cũ ab eiufmo: di cõtagio longe abstinẽdũ moneret: minime inquit cõmittendũ est: ut in rẽ cõmotam incidamus: ut pote alteri emãcipatã: uilem sibi: si. n. nos respicit quod amatur: humanitate eius irritamur: sin contẽpsit supbia accedimur: æq; facilitas erroris: q̃ difficultas nocet: facilitate capimur: cũ difficultate certamus: itaq; qui suã imbecillitatis conscius est: is moneo ut quiescat: quod & Seneca Annæ ex Panetio rettulit: & nos in uita obseruandum ueluti opimam legem: ac sanctiora quãdam oracula existimamus.

Seneca

De studio ueterũ in auspiciis: ac de his auibus: quæ ominosæ: ac inauspicatæ haberentur: quæq; oscines aut præpetes dicerentur.

Caput. XV.

n Otum prope omnibus est quantopere ueterũ sedulitas in futuris uestigandis: atq; prænoscentis elaborauerit: quãtoq; studio ac diligentia auguria: omina: extispicia & reliqua diuinandi genera coluerit: ut in uariis quidem animantibus: eorumq; uoce: incessu: cibis: colore: uolatu auguria capere consueuerit: sed hoc loco ea tantum adnotare uisum est: quæ ad alitum auspicia: & omen pertineant: quæq; diræ: & ominosæ aues: quæ rursus sceleres: & auspicatæ crederentur. inter diras igitur & ferales enumerant: noctuas: Vlulas: tinnuculos: miluos qđ hi quidẽ rapacissimi & semper famelici sint: bubonem quoq; inauspicatissimi ominis dixerunt: idq; in publicis maxime auspiciis ex quo funebrem etiam uocarunt: hinc illud notum.

Fœdaq; sic uolucris uenturi nuntia luctus
 Ignauus Bubo: dirum mortalibus omen.

Quin & in coruis: dirum & ominosum est habitum sicubi glutunt: & uocem uelut strangulati emittunt: quamq; de coruis: & cornicibus uaria traduntur: si quando ad leuam aut ad partem dexteram cõuolitent. C. uero Plinius has ipsas aues inauspicatæ garrulitatis appellat: sed & Gallos probabant in tripuis maxime solistimis: quod ab ipsis pullariis indicabatur. quidã grammatici in hunc propemodum de auguriis scribunt: ea esse in gestu: motu: uolatu: ac uoce: ueluti signa rerum constituta. oscines autem uocatæ sunt: quæ ore: cantuq; auspiciũ facerent: ut coruus: cornix: picus: quæ futura uolatu portendunt: ut buteones: sanqualis: aquila: & uultures: si sceleres fuisset & prosperæ appellarunt præpetes: sin aduersa atq; ominosa prenũtiasent: inbras dixerunt: qđ aliquid fieri inbiberent: ut est auctor Sex. Pompei: tum inebra etiam uocarunt: quæ tardare auspiciũ: atq; morari existimarent.

*Plinius**Sex. po.*

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE
 HONESTA DISCIPLINA LIBER
 VIGESIMVS SECVNDVS.

Copiose expositũ de asaroticis pauimentis: ac lathostratis seu tessellatis: tum de opere uermiculato: ac de cerostratis non nihil.

o Currendum est quorũdam questioni: quæ animos etiam doctiorum diu anxios atq; incertos habuit: de hoc picturæ genere: quæ musiua fere a nostris dicitur: tum de his pauimentis differendũ: qđ lithostrata ueteres: seu tessellata uocarunt: tessulis uariis strueta: lapidumq; crustis ornata. Scire igitur debemus ea opera quæ Plinius musiua uocari tradit: pro his accipiẽda esse: qđ posteriores musiua seu muscacea dixerunt: in quibus uitreis tessulis: uariisq; colorũ picturis: mirifica quidẽ grã atq; uenustatis spes exhibetur: græci hoc opus asaroton uocarunt: quale iprius cũ ab aliis: tũ a Plinio cõmẽdat: quod olim Pergami fuit a Zenodoro cõstrutũ in eo genere peritissimo: dictũ uero sic existimat: quoniã cœnæ purgamenta in ipso quoq; pauimento conuerri solent ueluti relicta: ut est auctor C. Plinius: quæ analecã græci appellant. de his asarotis mentionem fecit Plinius in describenda Malli Vopisci Tiburtina uilla: ubi pauimentum refert asarotica elegantia uariaq; structura præstitisse his uersibus.

Dum uagor aspectu: uisusq; per omnia duco:
 Calcabam nec opinus opes: nam splendor ab alto
 Defluus: & nitidum referentes æra testæ
 Monstrauere solum: uarias ubi picta per artes
 Gaudet humus: superantq; nouas asarota figuras.

Apollinaris item Sidonius lapillos asaroticos nominat: quibus musiua ipsa construerentur: quæ uelut erosi annis pumices ad reddendam specus imaginem forent dependentia: inuentum id Romæ. M. Agrippæ temporib⁹: quãdo in eius thermis siglinũ opus encausto pictũ fuit: neq; dubitauit Plinius quin uitreas cameras fecisset Agrippa: si id repertũ antea fuisset. notũ uero est omnibus: qđ ipsa musiua e uitreis tessulis atq; sectilibus crustis uario multipliciq; colore constructa sunt: cuiusmodi ad huc Romæ uisitur locis multis: tũ in propileo basilicæ petri nobilis illa & fluitas nauis: quã lo. pictor cognomẽto Cumabous mirifico artificio atq; diligentia traditur perfecisse: quidam appellarunt id opus cymbam asaroticam ex effigie ipsius picturæ. neq; idem est uermiculatum pauimentum: & asarotum: ut quidam falso existimant: siquidem post Lucilium poetam asarota in urbe cœpta sunt: uermiculatum opus uocamus: quod & si crustis uariis cemento illitis fiat: non tamen uitro constabat: quæ res a Lucilio designatur: cum dixerit in Satyris.

n iiii

*Plim?**Plim?**Plim?**Stati?**Sidon?**Plim?**Lucili?**Encausto
pictũ
siglinũ op?*

Lexim bene cōpositam: ut tesseras omnes
 Arte: pauimento: atq; emblemate uermiculato.
 hoc est orationem uariis figuris: atq; colorib⁹ eleganter compositam. C. Plinius in perquirenda antiquitate diligens: uermiculatum opus iccirco dictū existimat: qđ esset uarietatis crustis: atq; maculosis ad effigiem uermiculi. ut minime sit improbanda Nonii sententia: qui pro minuto uermiculatum exponit. uerbo autem quod est musiuū usi sunt apud nos Augustinus: Spartian⁹: & Trebellius (ut alios mittam) Iulius firmic⁹: musiuarios artifices nominat in astronomicis. sed agamus nunc de lithostratis: quæ a nostris fere tessellata dicuntur: id est uariis crustis ac lapidum segmentis constructa: ceu uisuntur Romæ locis compluribus: ac Florentiæ in æde diui Ioannis: quæ baptisterii nomen retinet: quo loco miram gratiam atq; decorem præfert pauimentata structura: tessellis lapidum multicolorib⁹: interpositis orbibus e lapide macedonico uel porphiretico. ibidem uisitur totius cœli ambitus: atq; signiferi spēs cum suis imaginibus: adeo ut sol ipse uelut moderator & auriga in medio existat: et ea fere debent admitti in lithostratis (ut a ueteribus præcipitur) quæ apta uarietate: ac multiformi picturæ gratia uenustatem suam & elegantiam referant. quo minime mirari oportet si. C. Cæsar in suis expeditionibus tessellata ac sectilia pauimenta circumtulit. sunt in precio cerostrata: atq; xilostrata: illa ex cornib⁹ atq; ebore cōstāt: hæc ex materia cœtetur: maximeq; Ebena: larice: tamarice: olea. de Cerostratis Vitruui⁹: & Plinius meminerunt. proditumq; est ex Vrorū cornib⁹ efficit: quæ Romani ad suas delicias transtulerunt: nunc tincta: nunc sublita: nūc quæ Cerostrata picturæ genere dicerētur: ad sellas principū atq; lecticas parant: quales Aegyptii reges inter cætera ornamenta habuisse traduntur. Xilostrata coloribus uariis distinguntur: & multiformi materia cōstāt: præcipueq; ad templorum sacra & subsellia pertinent: quos appellant choros: ceu spectantur Venetiis in æde Helene: in quib⁹ nobiles italiæ urbes atq; clariore additæ sunt singulis subselliis: miro picturæ artificio: atq; elegantia singulari.

De pœna Romanorum ciuiū per uites: ac Plinii uerba exposita: ex historia de Scipione Africano: tum de uite Centuriali copiose.

Caput. II.

u Erba sunt. C. Plinii (quo loco de arboribus disserit) uitis ipsa: & in delictis etiam pœnam honorat. quæ meum aliquando animum suspensum tenuerunt: haud. n. uidebam quibus pœnis homines per uitem afficerentur: quādo nihil ad rem illud pertineret: qđ insigne Cœturionum id esset: ut quidam parum docte exponūt. sed enim qđ ad pœnam uites pertinerēt: deductum hoc existimamus ex lege ueteri de suppliciis militum: nā & Scipio Africanus qui numatiā obsedit: sicubi extra ordinē milites Romanos deprehendisset: acribus pœnis afficere solitus est: ut qui ciues uitibus: alios autem uirgis cædi iuberet: quo circa Plini⁹ pœnæ honorē habitum scribit:

Plini⁹Nomi⁹

Augusti

Spartia

Trebelli⁹firmic⁹

Cæsar

Vitruui

Plini⁹Plini⁹ locus

cum ciues non uirgis uerberatos: sed uitibus refert. quam rem Liuius in historia Rom. po. notauit: ut ex Flori compendiis colligitur. de uite autē quæ Centuriones præferrent: non poetæ tantum meminerunt: sed Aurelius Macrobi⁹: Aelius Spartianus: ac Plinius: qui insertas inquit castris uites sumam rerum imperiumq; continere. Centurionum in manu uitis: & optimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas. de Hadriano item Augu. notatum est qđ is quidem nulli uitem concessit nisi robusto & egregiæ famæ uiro: neq; tribunum nisi plena barba effecit: hinc etiā heliopolitanus Iouis oraculum de Cæs. Traiano: qui cum scriptis codicillis deum cōsulisset: an Romam peracto bello esset rediturus (nam contra Parthos mouebat) uitem sibi Centuriam deus in ædem deferri iussit: diuisamq; in partes sudario condidit: ac perendie efferrit: sed & sub uitem præliari dicebantur milites: cum astutibus Centurionibus fudes eicere cogentur: quod & Sex. Pompeius adnotauit.

De fortibus prænestinis: eorumq; origine apud Romanos: & quō ederenē in templis: ac Liuii locus expositus.

Caput. III.

T. Liuius inter cætera prodigia: quæ in historia de gestis Rom. po. refert: Tortes iquit extenuatas: sicuti bello punico: & unam præterea excidisse: ita scriptam Mauors suum tælum concutit: et nos igitur ad hæc intelligenda commodū fore existimamus ea de ratione: ac origine fortium hoc loco repetere: quibus id totum copiose aperiatur: & Liuii uerba intelligatur. nam & Præneste olim: & Antii templa magno cultu honoreq; habita sunt: ubi fortes ederentur. origo autem commenticia quidem ut multi dixerunt & futilis: sed a ueteribus tradita est in hunc modū: Numerius Suffust⁹ uir admodum clarus: cum assiduis somniis etiamq; minacibus iuberetur certo in loco silicem excidere: perterritus dicitur: sic ut agere id occeperit ridetibus hoc ciuib⁹: sed per fracto saxo erupisse sortes: quæ in robore forent insculptæ: prisca litterarum notis. quin eodem quoq; tempore mel ex olea fluxisse dicunt: & Aruspicum monitionibus factum: uti ex eadem olea fieret arcula: & in ea reconditas sortes: ad quas præmonete fortuna Rom. pontifices accedebant: & pueri manu commixtas educere solebant: ac talis quidem origo prænestinarum fortium traditur: quæ diuinitio ut uariis passim templis atq; urbibus exulta est: ita Iulii Cæs. tempore pene abolita: neq; alibi earū cultus seruatus q̄ Præneste: qua ratione dicebat eleganter Carneades: nusq; se uidisse fortunatiorem fortunam q̄ Præneste: hæc uero sortes Rom. po. fata continebant: tessellis quibusdam ligneis insculptæ: unde Liuius extenuatas sortes inter prodigia numerat: quoniam litteræ illæ fatales alicubi consumptæ uiderentur. imperante autem Augu. Domitiano satis latā fœlicemq; sortem prænestina fortuna per nouennium dedit: in sequenti año tristissimam reddidit: neq; sine sanguinis mentione: ut est author Tranquillus: neq; me

Liuius

Florus

Macrobi⁹

Spartianus

Plini⁹Pompei⁹

T. Liuius

Liui⁹Suetoni⁹

latet alium quoque fuisse morem Rom. imperatoribus in aucupanda per fortes fortuna: uerbis ad eam rem compositis: uel ex aliquo poemate translatis: ut illud uulgatum de Cæs. Hadriano: cum Vergilianas fortes consuleret.
 Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
 Sacra ferens: nosco crines incanaque menta
 Regis Romani: primam qui legibus urbem
 Fundauit: curibus paruis: & paupere terra
 Missus in imperium magnum.
 de fortitione autem iudicum & sortilegiis suo loco scripsimus.

Quanta prudentia. M. Cato iudicauerit non esse publice audiendos in romana ciuitate tres atheniensium oratores. i. Carneadem: Critiholaum: & Diogenem: ac de illorum mirabili ingenio & facundia.

Caput. III.

q Vanta prudentia & consilio in moderanda ciuitate: quantaque doctrina fuerit. M. Cato qui censorius dicitur: ueterum commetarij explicat: sed hoc inter cetera eius uiri mirificum uideri debet: his praesertim hominibus: qui in obeundis rei. pu. officiis uersantur: quod ab eo dictum atque iudicatum est de atheniensium nobili illa ac celebri legatione ad Sen. p. q. r. i qua tres ingenio & eruditione clarissimi extiterunt: hoc est Carneades academi / eus: Critiholaus peripatheticus: Diogenes stoicus: nam cum hi facundia iprimis atque oratione pollerent: facile Rom. populo persuasissent quaecumque peterent. sed hanc rem cum. M. Cato mature consideraret: ex usu esse Rom. rei pu. asseruit: ne tales oratores tamque ualida eloquentia praediti: quae possent aequa pariter atque iniqua persuadere audirentur publice: quoniam Carneades ipso (ut inquit Plinius) argumentante quid ueri esset: haud facile discerni poterat: quem unum traditum est (cum pro iusticia publice multa eleganter ac sapienter disseruisset) postridie non minore doctrina atque copia contra iusticiam perorasse. de his autem tribus philosophis illud a latinis criticis obseruatum est: eloquentia fuisse Carneadem rapida & uiolenta. tereti & eleganti Critiholaum: modesta & sobria Diogenem. quod etiam Macrobius (ut alia complura) e penu Gellianae eruditionis in suas cenae deprompsit: homo satis quidem eruditus: sed ingenio maxime ingrato: ac prope impudenti: ut qui in tanto aris alieni cumulo nusquam creditoris nomen profiteatur.

Quae differentia tradatur inter deportatos: & relegatos: & qui maxime authores deportari homines ac portenta scribant.

Caput. V.

i In libris iureconsultorum scita satis atque elegans differentia ponitur: inter eos: qui relegati: & deportati dicuntur: nam relegatos fere illos uocari asserunt: qui cum in exilium mittantur: bonis tamen propriis utuntur:

deportati uero ea lege atque conditione: ut nihil e suis bonis possideant: quod a nostris tamen grammaticis minime obseruatur: sed enim. C. Plinius ac Liuius in aliam magis significationem acceperunt: ut qui portenta atque prodigia deportanda ex urbe asserant: cum in alium locum transferenda significet. cuiusmodi illud est a. C. Plinio relatam iter mirifica prodigia de ualeria foemina: quae regum temporibus inauspicato quidem exemplo cum dentibus in urbe nata est: ob eamque causam responsum est aruspicum uaticiniis exitio futuram ei ciuitati: in quam deferretur: itaque Sessapiam tum florentissimam deportata est: neque citra illius urbis exitium. sed & Liuius item deportata non nunquam monstra in aliam regionem tradit. posteriores uero qui Antoninis & Constantiis Imperatoribus scripserunt: deportatos in exilium aut in insulas accipiunt pro his: qui descripti ac relegati fuerint: quod in Lampridio: Volcatio: Ammiano: ac Hieronymo frequenter reperitur. hinc illud in oratione. M. Antonini Cæs. cum suam clementiam atque pietatem in Cassiana defectione romanis patribus probaret: nemo inquit senatorum puniatur: proscripti bona recipiant: deportati in patriam redeant: quin & Antoninus Caracalla relegatis ac deportatis reditum in patriam restituit: ut ab Aelio Spartiano scriptum est.

De quadragenario numero: & eius potestate in puerperis & infantibus: tum de festo die: quem graeci tetracoston appellant.

Caput. VI.

q Vi de numeris eorumque potestate scribunt: diligenti cura uidentur ca omnia obseruasse: quae ad quadratos perfectosque numeros & imperfectos pertinent: ut cum septenarium humanae uitae uehiculum uocent: quaternarium uim iustitiae: denarium & quinarium connubii: in quibus academici ipsi maximum studium impenderunt. de numero autem quadragenario illud hoc loco referendum existimaui: quod ad ipsam partem rationem facit: nam tetracoston tempus a graecis authoribus appellatur: ob eamque causam celebratur: quod illis maxime diebus mirifica quaedam intelligantur: itaque praegnates etiam foeminae quadraginta olim dies ante foeturam nefas habuerunt ad sacra accedere: ac totidem quoque diebus post partum grauiori morbo solent confictari: ut egre possint sanguinem continere: sed eodem praeterea tempore infantes morbidi sunt: ac risum continet: magnoque uitae discrimine uiuunt: quo circa (ut ad Cerellium tradit Censorinus) cum is dies quadagesimus praeterit: consueuerunt ueteres festum agitare: quod tetracoston appellaret.

De clementia. M. Antonini imper. & quibus maxime uerbis contra se ipsum conspirantibus parcendum monuerit.

Caput. VII.

u Etus dictum celebratur: nullum esse certius testimoniū probitatis atque innocentiae: quam ipsam uitae conscientiam: in qua sapientissimum quisque uirtutis

Plini?

Macrobius

Plinius

Liuius

Plini?

Liui?

Lampridius

Volcatius

Ammianus

Hieronymus

Censorinus



fructum bonum collocavit: nam & academici ipsi hoc abūde fatētur: quod etiam Antonini Augu. uerba (qui stoicorum disciplinis incubuit) uerissima suffragatione probant: in quibus non modo suam uitā innocentia: sed æq̄simū ingenium: ac maxime probandum asseruit: nā cum forte Auidi⁹ Casius: aliiq̄ complures contra Antoninum Imper. conspirassent: ac detecta cōiuratio esset: parcendum omnibus censuit Antoninus: nec Auidiū quidē imperandi auidissimum iussit occidi: sed passus est (ut a Volcatio traditur) cūq̄ tam egregiam singularemque eius clementiam ac lenitatem plures accusarēt: eundemque (ut sunt uaria hominum ingenia) passim arguerent: qđ tam mitis in suos etiam hostes foret: simulq̄ adderent: aliter se res haberet si Auidi⁹ uicisset. grauius responsum est ab impe. Antonino: non sic deos colimus aut uiuimus: ut ille nos uinceret: tantum adeo antea uitā conscientia: & innata probitatis testimonium potest: ut nihil insidias hostium metuat: nihil alienas uires reformidet: idem quoque Augu: sic i epistola ad uxorem Faustianam de se scribit: Horatianam sententiam mutat⁹: quieto animo sis: dii metuentur: & diis cordi mea pietas: quam rem & Volcatio historiae author ad impe. Dioclitianum rettulit.

Quam constanti & alto animo fuerit. M. Cato: & eius dictū de se: cū bella inter Cæsarem & Pompeium æstuant.

Caput. VIII.

m Emoria dignum est quantum Catonis uirtus: atq̄ constantia ueteres promouerit: præsertimque philosophos stoicos: ut ei⁹ uiri animum atq̄ disciplinam cum Socrate: Possidonio: & Chrysippo conferat. sed iter alia hoc præcipue admirantur: qđ in ea Romanæ ciuitatis tempestate: cum ciuilia bella inter Cæs. & Pompeium streperent: uariisq̄ fortunis res. pu. præmere: eum ipsum de animi statu nihil esse immutatum. nam cum utrumque Cato i probaret: atq̄ exarmare cuperet: utriq̄ etiam uirtute sua & animo ingēti occurrat. dixit enim de Cæsare. si uicerit se moriturum: sin Pompeius exulaturū: quoniam Pompeius quidem (ut est author Tacitus) occultior fuit: nō melior. & hæ sunt illæ uoces (ut Picus noster dicebat) quas familiae stoicorū lætis animis agnoscunt: quæ omnibus suffragiis probantur: & in porticu apathiam cōfirmant: sed. n. Cato idem nullis unq̄ casibus mutatus est: nullis affectibus concessit: aut calamitati succubuit: sed eundem semper se in tā uaria rerum fortuna præstitit: in prætura: in accusatione: in prouincia: in urbe: exercitu: repulsa: atq̄ interitu: sicuti ab Annæo Seneca relatum est.

De Prosa: & Postuerta Romanis diis: ac ibidem de Anteuorta: & qđ iter se differant: quaque ratione colerentur a Romanis.

Caput. IX.

f Eruatum est ab his: qui de ueterum religione scripserunt: Prosam & Postuertam fuisse apud Romanos pro diis acceptas: atq̄ illis aras & sa

VolcatioVolcatioTacitusSeneca

era etiam constituta ob ipsas pariendi rationes atq̄ discrimina: nā Prosa: nūmē & potestas: ab his sceminis maxime colebatur: quæ rectum ac legitimum partum ederent. Postuerta autem ab ægris atq̄ infirmis: cuiusmodi habetur fere hi partus: cum in ipso nixu non caput primum ex aluo: sed ipsi pedes existūt: proindeq̄ ab authoribus Agrippæ appellati sunt: quam rem. C. Plinius: ac Gellius (ut alios mittam) diligenter profecuntur. sed & Postuertam deam atq̄ Anteuertam in aliam partem acceperūt: ut a Vectio Prætextato in cœnis Macrobi relatum est: hac enim ratione illas coluerunt: ac templa dicarunt: qđ ea omnia intelligi oportere existimarent: quæ præterita ac futura essent: ex quo diuinitatis comitates aptissimas appellarunt: non secus atq̄ consilium & prouidentiam: quibus humana omnia & diuina expendi: ac præuideri possunt: quod a nobis alibi commodius expositum est.

Quæ sint famiata ferramenta: in Aureliani Augu. epistola: & famiare arma: ac de famiis uasis: & Numæ capedunculis in Rom. sacris.

Caput. X.

q Vastum nuper ab eruditis: quid essent in Aureliani Augu. epistola: quæ de officio Trib. militū scribit: ferramenta famiata: sic enim refert de ipsis militibus: arma omnia terfa sint: ferramenta famiata: calceamenta fortia: quo loco cum doctiores etiam dubitare soleant: eorum quæstioni occurrendum a nobis est. famiata igitur tæla pro his acceperunt ueteres: quæ in spiculum mucronata atq̄ acuminata forent. quod & Nonius Marcellus probauit: famium enim pro acuto acceptum est: ac famiare pro acueri: quoniam in Samo (ut est author Nonius) hoc artis genus præcipue claruit: qua uoce & Lucilius poeta est usus in satyris. sed & famia uasa a multis celebrantur: quibus Rom. pontifices pro Numæ regis instituto in sacris uterentur. itaq̄ sic M. Cicero in libris de re pu. quæ sunt inquit imperia pontificum diis imortalibus grata sine famiis: quæ uasa capedines etiam & capedunculos uocant: ut apud authores frequenter habetur: unde & illud Persianum.
Aurum uasa Numæ: Saturniaq̄ impulit æra.
Vestalesq̄ urnas: & thuscum fictile mutat.

De oratore Isocrate: eiusque insigni facundia: & quō tria imprimis notāda præstiterit ex historia Pausania.

Caput. XI.

t Ria dicuntur in oratore Isocrate memoratu digna inter alia accidisse: eumque in his præstandis nō minore iudicio q̄ fortuna ualuisse: primū ut uegeto ac solido corporis robore: modestia singulari: & summa animi libertate præstaret. nam & ad nonagesimum octauumque annum cum peruenisset: numq̄ adeo defecisse: aut elanguisse scribitur: quin suos quoque discipulos pro ueteri instituto instrueret atq̄ edoceret. in altero tam modestus & probus: ut ab omni ciuitatis administratione prorsus abstineret: neq̄ de re

Plinius
Gellius
MacrobiAugustNoniNoniCiceroPersius

bus item publicis curam ullam suscepit: in quo liberum ab omni cupiditate animum maximeque sincerum probauit: quam rem (ut alios miram) & Pausanias historiae auctor in atticis commemorat, hic autem Isocrates ille est: cuius elegantiam atque iocunditatem, M. Cicero apud nos in dicendo egregie expressit: cum uim Demosthenis: ac Platonis magnitudinem adiecisset.

*Pausani
as
Cicero*

De eruditione Crispi Passieni: & eius eleganti sententia: in habendis probandisque amicis.

Caput. XII.

Seneca I Audatum est Passieni ingenium ac eruditio a multis: praecipueque ab Antonio Seneca: qui locis aliquot asseruit: nihil se Crispo Passieno subtilius atque insignius cognosse: in distinguendis maxime uitis atque curandis: sed iterum alia multa dictum eiusdem perelegans quidem & egregium est adnotandum: nam cum habere amicos uelimus: & prudentia pariter & gratia liberalitateque ornatos: habenda ratio est in utroque genere: sic enim Passienus dicebat: quorundam se malle iudicium: quam beneficium: & quorundam beneficium: quam iudicium. cui sententiae tantum concedit noster Oricellarius: ut is unus in legendis colendis atque seruandis amicis: non minus prudentiam & iudicium: quam constantiam & probitatem obseruet: ad exemplum credo principis Augusti: qui solitus est: iudicium in eligendis: constantiam in seruandis adhibere.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE
HONESTA DISCIPLINA LIBER
VIGESIMVS TERTIVS.

Quod Octavius Augu. tria potissimum in uotis habuerit: ac de fortuna uiribus: honore: & nominibus apud Romanos.

Plutarch

Ibrum fecit Plutarchus Cheroneus de Romanorum fortuna: in quo accurate (ut solet) atque egregie per multa de illius cultu: potestate: ac templis disseruit. tum praecipue illorum exempla referunt: qui cum meliorem aliquando fortunam: atque foeliciorē habuerint: maximo illam honore ac ueneratione prosecuti sunt. ut Ancus Camillus & alii. quod autem de Octauio Augu. tradit hoc equidem non putauimus alienum: aut indignum ut adnotarem. Octavius inquit Caesaris filius (qui primus Augusti nomen habuit) cum quartum & quinquagesimum annū ageret: precatus aduersus Scipionis fortitudinem: beniuolentiam Pompei: Caesaris fortunam: quam quidem inquit fortunam rerum esse omnium maxi-

marum uicttricem. haec enim. M. Cicero: Lepido: Pansa: Hirco: atque Antonio plurimum aliquando indulxit: cumque hoc omnes ad summum decus & gloriam extulisset demum deseruit: atque uni tantum Caesari se ipsam seruauit: ut aperte cognosci posset: quibus ludis: atque blademis humana omnia uersare & commiscere consueuerit: sed haec apud auctorem copiose referuntur: cum Romani ipsi (ut constat) uariis quidem nominibus illam & colendam & appellandam duxerint: ut Fortem: Viscatam: Muliebrem: Reducem: Vicitricem: Primigeniam: Obsequentem: & Mamofam: de quibus in epistolis scripsimus.

De imodico luxu Antonini Heliogabali imperatoris: ac de eius culcitris cum leporinis pilis: & perdicum plumis: ibidemque expositum de accubitis.

Caput. II.

Lampridi d E Vario Antonino Imperatore. qui Heliogabalus dictus est: per multa a Graecis: & Latinis auctoribus scribuntur: quo luxu: quibusque libidinibus: atque flagitiis imperium gesserit: ut naturae magis prodigium ad omnem uitae improbitatem haberi posset: quam Romae urbis imperator. is igitur eo studio atque ingenio fuit: ut nihil auidius: quam de luxu uariisque uoluptatibus cogitaret: sicuti copiose ab Aelio Lampridio traditum est ad Constantinum imperatorem. nam ut de prodigiosa illius mollicie breuiter agamus: primus triclinia: lectos: ac porticus omni florum genere strauit: Liliis: Violis: Hyacinthis: & Narcissis. ac per eos ambulauit: neque in culcitris: seu accubitis (ut appellant) facile cubuit: nisi quae leporinum pilum haberent: aut perdicum plumas subalares: tanta inerat animo eius mollicies: quod idem Lampridius rettulit: ut ex his mirandum non sit: si deinceps urgente fato: & a tali monstro scelerum poenas reportante in latrina occisus fuerit. quod autem accubitas diximus: id quidem uerbum ab accubando deductum est. neque in Lampridio tantum legitur: sed apud ipsos etiam iurisperitos: qui hac uoce pro culcitris & toralibus utuntur: ut Varro appellat. Hinc & accubitalia: pro ipsis stratis seu stragulis accepta sunt. Ut in epistola Valeriani imperatoris. habetur ad Zosymionem Syriae procuratorem. nam cum Claudio legionis praefecto complura forent pro militiae instituto tribuenda: misit illi Valeriano imperatori accubitalia Cypriorum (ut uocat) paria duo: interulas puras: togam: & laticlauum: sagoclamydes: & subsericam albam.

Quae diuinationis spes habenda sit capnomantia: & Statii poetae uersus allati atque expositi: super hac uaticinandi ratione.

Caput. III.

Varro i Inter alia diuinandi genera: de quibus ueteres scribunt: illud etiam in antiquorum monumentis notatur: quod Graeci capnomantiam: nostri per fumum diuinationem dicunt: cum ipse uidelicet fumus: uel in orbem uoluitur: uel in obliquum flectitur: aut in rectum protendit: quo circa meliorem

Accubitis

*Accubitalia
culcitrae &
toralia*



LIBER

sibi fortunā quis pollicetur: uel aduersam praesagit: ut est anim⁹ mortaliū
omniū ad futura praenoscenda magno ambitu intētus. itaq; capnomātia græ
ce appellata est. & capnomātes q̄ diuinationū eiusmodi forēt interptes. Sta
tius autē Papinius pereleganti carmine id expressit in Thebaide: cū de Mene
cei cæde ageret.

Statius Vincatur pietas inquit: pone eia altaria uirgo
Quæramus superos: facit illa: acieq; sagaci
Sanguineos flammarū apices: gemitumq; p̄ auras
Ignem: & clara tamen mediæ fastigia lucis
Orta docet: tunc in s̄sem serpentis inanem
Ancipiti gyro uolui: frangiq; rubore
Demonstrat dubio: patriasq; illuminat umbras.

Cicero In his. n. uersibus & p̄ ignē diuinitio: ac per fumū describitur: nā sicubi ex
flāma geminus apex extitisset: dissidium indicari existimabāt: ut. *M. Cicero*
tradit: de capnite autē uino & gēma cōmode diximus: quæ interiectis ueluti
spiris fumidum quiddam refert.

Quā imperante Tibe. uitrum flexile ac ductile redditum sit: & qua pœna
tantæ inuentionis aut hor damnatus fuerit.

Caput. III.

Plinius Raditū est a. C. Plinio inter alia multa & hoc maxime mirandum: ac
memoria dignum de uitro: quēadmodum uidelicet flexile atq; ducti
le redditum sit impe. Tiberio Augu. adeo nihil in rerum natura intentatū:
aut inexpertum reliquit antiquorum sollertia: quod equidem non aliis uer
bis asserendum est: q̄ eiusdem authoris. C. Plinii. sic. n. quo loco de uetri in
uentione atq; origine scribit: excogitatum inquit est Tib. Principe uetri tē
peramentum: quo flexibile esset: sed eius officina abolita ē: ne æris: argētī: au
ri ue metallis precia detraberent: hoc idem & *Isidor⁹* recēset: tū adiicit: huic
inuentioni Principem Tiberium maxime iratum: sic ut opificem ipsum ne
candum imperaret: ne aurum uilesceret: ac pro luto (ut inquit) haberetur.
ceterisq; metallis precium demeretur. Id autem uerum ne an falsum existi
mari debeat: malim hercle p̄ suo quisq; arbitrio iudicet: in tanta praesertim
rerum atq; ingeniorum uarietate.

Quibus maxime cibus uenenata quædam animantia uiuant: ut uipera:
scorpiones: stellionesq; ac de amphiuuis etiam & aliis.

Caput. V.

Isidor⁹ Elatum est cum ab aliis multis: tum ab his authoribus: qui animan
tium historiam descripserunt: quib⁹ maxime cibus uesci: & quam diu
uiuere consueuerint: nos eam partē breuiter nūc exequemur: qua naturæ ip
sius uires: ac maiestas in capiendis cibus probari possit: sic igitur obseruatum
anates in ponto uenenis uiuere: item capreas: atq; coturnices aues uenenis pin
guescere:

VIGESIMVS QUARTVS Textus

guescere: animalia (ut inquit *Plinius*) placidissima: mures uero auiditate ma
xima salem lambunt: eoq; (ut creditum est) redduntur praegnantēs: quod ex
Aristotele Plinius (ut alia multa) refert. Scorpiones terram fere exedentes ui
uunt: ascalabotes autē seu stelliones: & aranei minimo suctu: hæc enim ani
mantia (ut adnotatum a nobis est) uitreis iclusa poculis: nullo quidem cibo
supra semestre spatium uitā protrahunt: et si eoq; oculi extumescunt. sed &
lupi cum maiori fame uexantur: terram etiā depascuntur. Serpentes uero (si
cubi adest facultas) cupiditate summa uinum appetunt. itaq; minime miran
dum est: si uiperas a *Claudio Galeno* scribitur repertas quādoq; in ampho
ris uinariis: quin & pleraq; animantia: quæ græci amphiuia uocant: nō min⁹
uenenis: q̄ aliis cibus uiuunt: ea. *M. Cicero* uitæ acipitis latina uoce appellat.

Deos esse accipiēdos tam foeminino genere: q̄ masculino: ac de Luno etiā
deo pro Luna: & quo cultu atq; institutis apud Carras coleretur.

Caput. VI.

Crispianus paulo ante (ut inter amicos sit) epistolam ad Cosmicum: in
qua positum hoc fuit: Venerē quidē: ac Cererem inter Romanos deos
locauimus: id autem (ut relatū mihi est) ueluti minus latinū & iperite di
ctum reprehendit: qd̄ in genere aberrauerim: nō. n. deos asserunt scribi oport
tere sed deas: qua in re miratus sum quorundā iperitiā: qui dū ceteris se præ
ferunt: & quasi censors publicos in litteris constituūt: tam imprudēter atq;
iepte decipiūtur. nā quis est obsecro tam alienus a ueterum lectione: aut ita
demū imperitus: qui nesciat ipfos deos pro foeminis interdū accipi: etiam si
ἀφροδιτώ pronuntiemus: quod & *Macrobius Aurelius*: aliq; copiose pbāt:
ut nihil sit istis hominibus impudētius: qui se criticos atq; *Aristarchos* in di
sciplinis nomināt. sane uero qd̄ hoc permulti asserūt: ut *Vergilius*: *Atheria*
nus: *Caluus*: & *Leuinius*: ut *Aristophanē* mittā: q̄ Venerē aphroditō appel
lauit: quorū suffragatio & quidē honestissima nræ sententiæ abunde patroci
naē. nam & *Varro Terentius* Palem deum scripsit: sed & Lunū deum p̄ Lu
na quidā dixerūt: cui⁹ tēplum Carris uiseretur: ut ab *Aelio Spartiano* relatū
est. qui Cæs. inquit Antoninū Caracallam templū dei Lunæ accessisse: quem
mirifica ueneratione Carren⁹ populus coluit: adeo ut mulieres uirili ueste:
uiriautē muliebri sacra illi perficerent: quod & *Philochorus*: & *Spartianus*
tradūt: qua ratione Græci quoq; & Aegyptii (et si Lunā foeminino genere ha
bent) deū tñ appellant: sed nolo esse in re aperta longior: ne uidear magis ha
buisse rationem alienæ inscitæ: q̄ nostræ i studiis diligentia: cū p̄ multi qui
dem sint: qui ut maiore audacia q̄ iudicio iudicant: ita inuidēt potius alie
nis laboribus: q̄ ipsi aliquid in communē usum moliantur.

Iudicium a poeta Marullo factum de latinis poetis: & quo uitio notati
sunt: aut quo ordine habendi.

Caput. VII.

*Plin⁹**Aristot**Galenus**Cicero**Macrobi⁹**Virg**Aristoph**Varro**Spartian⁹**Spartian⁹*

f Actum ē iudicium nuper a nostro Marullo de poetis latinis egregie pfecto & prudenter, nā cum forte incidisset mētio de ueterū disciplinis, ac de poetis maxime latinis. poetice inquit apd̄ romanos plures habuit uersificatores q̄ poetas: si paulo diligentius id expendatur: quod exigendum sit in illis qui iure debeant poetæ appellari. in . P. inquit Ouidio reprehendi potest lasciuiēs: ac nimium sibi indulgēs ingeniū: quod & Fabius in omni antiquitate Romanus Aristarchus asseruit, in Statio durum nimis carmē & āxiū: proptereaq; supra modum tumidū: Siliū uero italicū inq̄ forū redo lere: ac uulgare p̄fluentemq; uenā carminis: q̄ elegantē & probam. Flaccum Valeriū: & Lucanū concitatos esse. sed audaciores interdū q̄ grauiore. itaq; legendi quidem sunt oēs inquit. Sed hi maxime p̄bandi pro suo quisq; genere: Tibullus: Horatius: Catullus: & in comœdia Terentiū: Vergiliū uero & Lucretium ediscendos asserbat: quod ipsū: ut posteris etiā probaret: hisce uersiculis expressit.

Amor Tibullo: Mars tibi Maro debet.

Terentio foccus leuis.

Cothurnus olim nemini satis multum.

Horatio Satyra: & Chelis.

Natura magni uersibus Lucretii:

Lepore Musæo illitis.

Epigramma cultum teste Rhallo ad huc nulli.

Docto Catullo syllabæ.

Hos si quis inter ceteros locat uates:

Onerat: q̄ honorat uerius.

De Iuliorum: & Antoninorū familiis: & q̄ in hominibus improbissimis atq; monstrosis defecerint.

Caput. VIII.

n Ec illud omittendū est quod a probis authoribus notatur de Iuliorū: atq; Antoninorū familiis: q̄ ut uiros maximos atq; insignes cōpluris habuerunt: ita in eiusmodi hominibus defierūt: qui ob nimia scelera atq; flagitia ipurissimi ac probrosissimi habiti sunt, nam Iuliorū quidem ultimus fuit Domiti⁹ Nero: quo nullum unq̄ animal crudelius: & uisus: & immani⁹ fuit. unde notum illud: progenies Cæsarū in Nerone defecit. in Antoninis Augu. Varius Heliogabalus: cuius flagitia: & insanæ libidines p̄digium fuisse non hominem asserunt.

Vinum esse remedio cōtra Aconitū: ac defensio a calumnia quorundam Macrobius: qui Cicutam pro aconito audacius q̄ uerius in eius saturnali⁹ bus reponunt.

Caput. IX:

Macrobi⁹ P Aulo improbius atq; etiā indoctius quidā fecerūt: qui apud authorē Macrobiū cicutam pro aconito reponunt: quo loco de uirib⁹ ac po-

testate uini disputat: asserentes ea in re uel ipsū Macrobiū errasse: uel cicutā seu conion pro aconito legēdū: quoniam uinum (ut aiunt) contra eius uenum præcipuum remediū creditur: quod Alexāder medicus: Plutarchus & alii complures testantur: ego autem non puto statim concedendum: ut quod in omnibus sit exemplaribus descriptum: tam audacter id contra publicam fidem imutetur: in quod etiam doctiores maximo danno incurrūt: q̄ eorum plerumq; iudicium probari soleat: proq; ratione haberi. in hoc autem nō mō potest a criticorum calūniā defendi Macrobius: q̄ aconito scripserit uinū mederi: sed egregie cōmendari: nam quis est tā alienusa lectionib⁹ ueterū medicorum: tamq; absurdo ingenio: quin apud Cor. saltem Celsū & Pliniū legerit: uinū maximas uires habere contra aconitū: ut Galen⁹ & alii plures omittantur. Plinius certe ad Impe. Vespasianū de potestate ac uiribus uini sic disserit. merum quidē remediū est cōtra cicutam: coriandrum: aconita: uiscū: meconiū: argentum uiuū: apes: uespas: crabrones: phalāgia: serpētum: scorpionumq; ictus: cōtraq; omnia: quæ refrigerando nocēt: itaq; ignoscent nobis hac in re præceptores nostri: si ab illis tam libere dissentim⁹: quādo nihil etiā magis debet incumbere agēti rem posteritatis: q̄ præsidium inueniendæ ueritatis.

Quā iniquo animo Porphirius philosophus Christi religionē sit infectatus: ac eiusdem falsum atq; improbum uaticinū appositum: in quo Christianos ipsos per. ccc. lx annos durat uros scripserit.

Caput. IIII.

f Criptum apud compluris authores: q̄ inuenso & acri aīo Porphirius philosophus christianā religionem sit infectatus: quibusq; uoluminibus eam lacerauit: atq; uexauit: sed eiusdem uaticinium: quod ab eo de illa factum est ponendū existimaui: ut iudicari facilius possit: q̄ uanum hoc: q̄ audax & ridiculum fuerit: præsertim in eo homine: qui & ingenio: & multiplici disciplinarum cognitione præstiterit. cum igitur uideret christianum nomen magis in dies pollere: atq; illustrius fieri: non conuitiis tātum in christianos sæuendum putauit: sed & Petrum apostolum magicæ disciplinæ in simulans: edoctum illum asseruit a Christo: ut in ea (sicut impudentissime uocat) deceptione: quasi princeps ac signifer foret: tum non amplius eam duraturam scripsit: q̄ per. ccc. & .lx. annos: quod ipsum q̄ iniquo animo atque perturbato dictum fuerit: referendum non est. Augustin⁹ certe & inscitia & iniquitatis Porphirium accusat: qui tam audaci illecebra: uanissimoq; commento crediderit multorum animos decipere: atq; ab ipsa ueritate depellere: quod & Petrarcha scribit: eo maxime opere: cui de religiosorum ocio titulum fecit. is autem Porphirius tyri⁹ fuit: præceptoremq; audiuit Plotinū: de cuius uita & moribus multa rettulit: eiusq; opera correxit: & in nouena rios digessit. neq; defuerunt qui Porphirianis iurgis: atq; infectationibus in christianos ferulam referrent:

Macrobi⁹

Alexander

Plutarch⁹

Macrobi⁹

Cor. Celsus

Plini⁹

Galen⁹

Plini⁹

Augustin⁹

Plotin⁹



LIBER

siquidem ab Eusebio: Apollinare: Laodiceo: & Methodio copiose resposū ē: ex his Apollinaris. xxx. libros cōtra Porphiriū exarauit: Methodius autē usq; ad. x. Mil. uersuum. quod in epistolicis diligenter differuimus.

De Val. Homulli ingenio: & eiusdem dictis cōtra. M. Antoninū impe. eiusq; constantiam.

Caput. XI.

Capitoli
n Otatum est a ueteribus: q̄ elegans & urbanus fuerit Val. Homullus: quibusq; dictis atq; leporibus sit usus: ut nec romanis etiam principib⁹ parceret: cuiusmodi illud q̄ lepidissimum traditur in. M. Antoninū Augu. nam cum forte imperator eiusdem Homulli domum uiseret: columnas ibidem e porphiretico lapide insignis: atq; egregias miraret: rogauit Homullum unde eas habuisset: tum ille. impe. inquit: cum in alienam domum ueneris: & mutus & surdus esto. idem quoq; pari licentia cum Lucillam Antonini matrem (qui Pio imperatori successit) uenerantem Apollinis simulacrū uidisset: in aurem Augusti infusurrans: & illa inquit nūc rogat pro tuo obitu ut filius iheret: quæ tamē ipsum imperatorē nihil omnino mouerunt: si cuti a Iulio Capitolino memoratur. tanta erat Marci probitas: & insignis modestia: ut non modo urbane dicta: sed importunam præterea dicacitatē æquisimo animo tulerit.

De disciplina Arabum in astronomicis: & qd̄ ipsa hominū ætas certis temporibus ad planetas referatur.

Caput. XII.

p Ereleganter multa ac erudite scripta sunt in Arabum commentariis: tum ea maxime quæ ad cœli siderumq; potestatem: ac disciplinas pertinent. neq; uidetur apud alios quidem populos fuisse studium acrius: aut maior sollertia in astronomicis speculandis: et si magna ex parte græcorum quoque ingenia imitati sunt. illud autem mirificum existimo: ac memoria dignum: in quo Mathematici ipsi: & Chaldæi uniuersā hominum ætatem ad planetas referunt: ut quæcūq; in uita agantur: ea quidem satis: cærtisq; temporibus planetæ ipsi propemodum efficiunt: Luna inquit ab ipso natali usq; ad. y. ætatis annum moderatur: atq; disponit: sequens Mercurius per decennium: Venus per annos. viii. Sol undeuiginti. Mars. xy. Iuppiter. xii. Saturnus reliquū uitæ temp⁹: ita enim digesta atque diuisa uitæ mortalium tempora traduntur. ut nuper cum Iano Tholopho astronomiæ peritissimo differuimus. neq; illud ignoramus: aliam fieri diuisionem ab aliis authoribus de hominum ætate: nostri enim Lunæ infātiā: pueritiā Stilboni seu Mercurio: adolescentiam Venere. iuuetam Soli: uirilitem Marti: senectutem Ioui: senium Saturno ascripserunt: adeo ut singulis sua quoq; officia & affectus tribuant.

VIGESIMVS TERTIVS.

Expositum diligenter qd̄ hostoriū sit: qd̄ Rutrum: & rutellū ex Lucilii carmine: ac de imaginibus etiam cum Rutro.

Caput. XIII.

f Crispit ætate nostra Iouianus Pontanus inter alia suæ diligentiæ monumenta de aspiratione libros: in quibus studiose complura & accurate obseruauit: secutus ueterum gāmaticorū exemplū: qui & in minimis etiam perscrutandis maximā sollertia incubuerūt: ut Fabi⁹: Varro: Martianus: Nigidius: & Messalla: qui de littera. s. librum cōposuit. quo autē loco a Pontano traditur hostilios lares: hostias & hostire cū aspiratione scribenda esse: hostorium quoq; inquit ab hostiando. i. æquando dictum est: nā sic uocamus inquit lignum æquatoriū ac teretem bacillū: quo indimetiendo tritico modii æquatur: quibus apparet hostoriū pro Rutro illo ac bacillo accipiendū: quo in mensuris frumenti cumuli æquantur. tā & si haud satis memini an apd̄ ueterum quemq; de hostorio legerim. Lucilius autē poeta Rutellū uocat in satyris eiuscemodi instrumentum: ut ex eius carmine colligitur. Frumentarius est: modii hic secum atq; Rutellum Vna affert.

quod & Noni⁹ ponit: Rutrū uero ab eruendo dictum est nō a radendo ut qdam uolunt: in capitolio præterea effigies fuit Ephebi Rutrum tenentis: a renamq; eruentis causa exercitationis pro more græcorū: quod signum ex Bithinia Romā deportauit Pompeius Bithinic⁹: sicuti ex Festi collectaneis ab Hermolao etiam notatum est. nā & Var. Terentius inter rustica instrumenta rutrum enumerat: in libris de origine uerborū ad. M. Ciceronem: ut aratrū sarculū: rastrum: & alia generis eiusdem. neq; omittendū est: quod ab Eusebio referē: Remū fuisse a Fabio Romuli duce occisum rutro pastoralis: sed & rutabulū hinc dictum: quo ad excoquendos panes rustici fere uterent in prueno igne: ppter eaq; poetæ ueteres allegoricos hoc uerbum pro uirili mēbro acceperunt: ut po. Neuius: qui retritum rutabulū lepidissimo uersu uocauit: Senile tractet retritum rutabulum:

Vnum esse hominē inter omnia animantia: qui calidis in potu utatur: & ad Venerem pro libidine quocunq; anni tempore accedat.

Caput. XIII.

r Elatum est ab his: qui scribunt historiam de animalib⁹: unū esse hominē in omni animatiū genere: qui calidis in potu utatur. Nam cætera qd̄ de animantia in totū abstinent: sicuti etiam de Venere illud seruatū a philosophis: hoies ipsos quocunq; ani tēpore p libidine ad uenerē accedēt: & i coitu esse: cū alia fere animantia custodiant suū tēpus: & proprios coitus certis tēporib⁹ habeāt: quos uocat statos: sed hæc an uera sint: haud equidē prfus asseruerim in tanta naturæ uarietate: tā etsi optimis authoribus cōprobatur.

o iiii

Rutrū
Rutellū
Rutabulū



PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE
HONESTA DISCIPLINA LIBER
VIGESIMVS QVARTVS.

Quantū Aristoteles Platoni magistro concesserit: ac uersus in ara ab eo
positi: & qđ Magi etiam Platoni imolarunt propter absolutum nouies
nouenarium numerum.

r Eceptum uulgo est Platonē Academiae principē fuisse a discipu-
lo Aristotele in tradendis disciplinis neglectū: aut saltem minus
cōmendatum: cum & ab eo libere dissentiat: ac ignorantia alicu-
bi (ut quidam opinantur) arguat. quod ego aliter accipiendū exi-
stimo: sicuti Macrobius: & alii ueteres exponūt. neq; enim uiginti annos dū
taxat in Academia Platonem audiuit: sed eidem tm̄ tribuit: atq; cōcessit: ut
eius quoq; nomini arā in tēplo cōstruxerit: statuatq; consecrarit: in qua de-
scriptum esset: hunc esse illum: quē probi omnes merito debeant & imitari
& cōmendare. quod & nos in parthenicis nostris attigimus his uersibus.

Hæc illast ara floribus redimita suaueolentibus:

Quam gratus benemerenti statuit discipulus seni:

Tituloq; hoc testatus animū suum atq; officium:

Platonem probandū probe a probis: ab aliis nefas.

Sic ille princeps & author egregius sapientia:

Tam diuturnæ disciplinae & sacri numeris tulit.

Dignum pro meritis tantis ab alūno suo præmium.

Idem præterea Aristoteles Platonis nomē sanctū atq; diuinū uocitabat egregiā
que orationē de Platonis laude cōposuit: ut ab Olympiodoro pditū ē. mit-
to autē nunc illud: quod Annæus Seneca de Magis perfarū tradit: qđ hi qui
dem Platoni defūcto imolarunt: qm̄ suo natali decessisset: annumq; unū su-
pra octuagesimū absoluisset: sine ulla profus additione ul' deductione. asse-
runt. n. inter alia suæ disciplinae dogmata eū esse omniū perfectissimū nume-
rū: quem nouies nouenū multiplicat: qua ætate Platonis philosophi fuisse
interitum cōstat. hinc Labeo romanus theologus eundē Platonē inter semi-
deos: ut Herculem: ac Romulū referendū putauit.

De cultu quorūdam animatiū a uariis populis: & de Syria dea: eiusq; effi-
gie relatum.

Caput. II.

i Ncōmentariis eorū (qui de animatiū scripserūt) notatū ē pleraq; animā
tia propter mirificū sui genium: atq; officia in uita mortaliū a ppriis urbi-
bus & populis coli: & ueluti certa numina consecrari: ut columbas a Syriis:
ciconias a Thessalis: apud quos capitale habitum est ciconiam occidisse: anse-
res a Romanis: quibus ob capitolium seruatum publice a cēsoribus alimen-

Macrobius?

Olympio
Seneca

ta præbebatur. quin & Syrii idem magna religione diu seruarunt: ut absti-
nerent a piscibus: quod cum alii plures scripserunt: tum Porphirius philo-
sophus ad impe. Constantium in libris de abstinendo ab animantibus. qua
in re Menandri poetæ uersiculos affert: qui huic sententiæ suffragantur: absti-
nent autē ea potissimum ratione: qđ Facelitis Veneris filia in piscis formam
cōmutata est. quam Syrii pro dea coluerunt. hinc argēteos pisces (ut a Basso
relatum est) in templis cōsecrare cōsueuerunt. nō me præterit hoc loco: quæ
tradantur de Syria Derceto seu Atargate: cuius tēplum insigne fuit iuxta
Ascalonem. in quo imago eius muliebri facie: reliquū corp⁹ figura piscis ha-
beretur. Porphirius autē sic in libro de sacrificiis. Rhadamanthus iquit ac de
iceps Socrates per animalia iurare soliti sunt. græci quoq; imagini Iouis arie-
tina cornua adiecerunt: & Dionysio tauri. Sed & Panis effigiem ex capella &
homine composuerunt: Iouem quoq; ipsum in aquilam: taurum: & cynū
aliquando se transmūtasse. de Aegyptiis ommittendum est: quorum prodi-
giosa superstitio multiplices uariasq; animantium formas pro diis maximo
cultu habuit: ut feles: Crocodilos: Ichneumones: Ibes: uultures: & alia eiu-
smodi: de quibus cum alii plures: tū Diodorus: Herodot⁹: Strabo: & Ap-
pion in Aegyptiacis commentariis complura explicarunt.

Mercurii Aegyptii uerba relata de natura ac de maiestate dei: deq; spiritu
& mundi materia: ac de homine.

Caput. III.

q Vantum præstiterit Aegyptius Mercurius in peruestigandis: atq; intel-
ligendis rebus diuinis græci authores & latini copiose asserunt: q hunc
ipsum uelut disciplinarum omnium principē: atq; conditorem existimāt.
adeo ut ab hoc uno credatur sacra illa rerum diuinarum: atq; humanarum
diligenter fuisse meditata: optime percepta: egregieq; explicata. quod ipsum
locis multis probauit. tum in ea disputatione: i qua de ipso deo: deq; spiri-
tu & mūdi materia elegāter & doctē differuit. sed hanc rē libitū ē illius uer-
bis adnotare. fuit deus & hile inquit: quā & mundū dicimus: mūdo autem
spiritus aderat. Sed nō tm̄ ut ipsi deo: neq; deus sunt hæc: de quib⁹ mūd⁹ ē:
iccirco neq; erant cum nō dum nata erant. sed in eo iam tunc erant: unde na-
scendi potestātē habuerunt: non. n. ea sola non nata dici debent: quæ nec dū
nata sunt: sed ea quæ carent fecunditate generandi: ita ut ex his nihil nasci
potest: quæcumque igitur sunt: quibus inest generandi natura: generabilia
sunt: de quibus nasci potest: tam etsi ex se nata sint: neq; enim dubitatur ex
his: quæ ex se nata sunt: facile nasci posse: de quibus cuncta nascuntur. Deus
ergo sempiternus: quo circa: nec nasci potest: nec potuit: hic est: hic semper
fuit: hic semper erit: hæc itaq; est: quæ ex se tota est natura dei. Hile autem
uel mundi natura: & spiritus quamuis nata uideātur: a principio tamē ex se

Porphyrus?

Porphyr

Diodor?

Herodot⁹

Strabo

Appian⁹

Trismegisto



nascēdi pcreādiq; uim possidēt: atq; naturā facūditatis: etenī initiū in quali-
tate naturæ est: quæ cōceptus & partus in se possidet uim atq; materiā. hæc si
ne alieno cōceptu est sola generabilis, quæ autem uim solam cōcipiendi ha-
beant: ex alterius cōnexionē naturæ ita discernēda sunt: ut hic locus mūdi:
cū his quæ in se sunt: uideatur esse non natus: qui utiq; in se uim totius natu-
ræ habet: locū dico: in quo sunt oīa. neq; n. hæc omnia esse potuissent: si lo-
cus deesset: qui omnia substinere: & capere potuisset. omnibus namq; rebus:
quæ fuerūt: præcauendū ē loco: nec qualitates: nec q̄titates: nec possessiones:
nec effect⁹ dignosci potuissent carū rerū: q̄ nusq̄ sunt. sic ergo & mūdus quā-
uis natus non sit: in se tamen omnium naturā habet: ut pote qui omnib⁹ his
ad concipiendum sinus præstat facundissimos. quo circa totū hoc est quali-
tatis. materiaq; creabilis: quamuis creata non est: sicut enim ī ipsa natura ma-
teriæ qualitas facunda est: sic & malignitatis eadem est æq; facūda: neq; ego
o Asclepi & Hāmon illud assero: quod a multis dici solet: nō poterat deus
incidere: atq; auertere a rerū natura malitiam: quibus respōdendū nihil om-
nino est: quæ tamen causa fuerit: hoc prosequar: & in eo rationem reddam:
quod occeperam: dicūt ipsi omnifariam deum liberasse mūdum a malitia:
nam ita in mundo est: ut quasi mēbrum ipsius uideatur esse: his. n. rebus: q;
bus cæteris antestam⁹ animalibus: soli possumus malitiæ fraudes ac dolos ui-
tare: ea enim qui ante q̄ sit illis implicatus: ex aspectu uitarit: is homo est di-
uina intelligentia prudentiaq; munitus. fundamentum uero disciplinæ est:
quod in summa bonitate cōsistit: spiritu autē ministrant omnia: atq; uegetā-
tur in mundo: & quasi organū uel machina sūmi dei uolūtati subiectus est.
itaq; hæcenus intelligatur a nobis mente sola intelligibilis: summ⁹ qui dici-
citur deus. rector gubernatorq; sensibilis dei eius: qui in se cōplectitur omnē
locum: omnem rerū substantiam. totamq; gignentium creatūq; materiā:
& omne quicquid est: quantūcumq; est: spiritu uero agitatur: seu gubernat
omnis in mundo species. una quæq; secundū naturam suam adeo distributā
sibi. Hile autem seu mundus omnium est receptaculum: omniumq; agita-
tio: atq; frequentatio: quorū deus gubernator dispensās omnibus rebus hu-
manis: quantum unicuiq; necessarium ē. spūs uero implet omnia: cuiuscunq;
naturæ qualitas est. mundi. n. rotunditas caua est in spheræ modum: ipsa si-
bi qualitatis insitæ uel formæ suæ causa inuisibilis tota. ut ex his cōstat: quæ
ex orbe ipso uariis locis prominent. quod ab ipsis etiam pythagoricis assertū
est. probat. n. Mercurius ab ipso mundo corpora nutriri: a spiritu animas: a
sensibus mentes: neq; tamen omnes: sed eorum duntaxat: qui tantum bene-
ficium capere possunt. quod ipsum Tymius locrensis: & alii quidam Acade-
mici opinātur. qui de diis atq; animis magna ex parte cū Mercurio sentiūt.
Plato autē: & Pythagoras pleraq; (ut est auctor Iamblicus) e columnis Mer-
curii acceperunt. quæ doctrinis uariis atq; reconditis fuerunt refertæ: sed hæc
multo copiosius prosequimur in nostris theorematis.

Tymæus

Iamblicus

Poetæ Lucretii obitum eodem die contigisse: quo Pub. Vergilius uirilem
togam induit: Licinio & Pompeio Cos. ac de Natali poetæ Vergilii.

Caput. IIII.

q Vi studium ac diligentiam collocarunt in obseruanda: atq; describen-
da uita & moribus ueterum: de poeta Lucretio: & Pub. Vergilio id re-
ferūt: dignum sane adnotatione: qd̄ eadem die Vergilius uirilem togam in-
duit: quo Lucretii obitus contigit. qua in re naturæ benignitas: atq; propen-
sio: uisa est romanæ eruditionis patrociniū suscepisse: ne deessent in re lati-
na: qui græcorum īgeniis: atq; disciplinis minores haberentur. nat⁹ autē tra-
ditur Vergilius octobris idib⁹: Gn. Pompeio & M. Licinio Crasso primum
Cos. togā uero sumpsisse in adolescentia hisdem cos. quibus natalem ha-
buerat. et si quidam existimant eodem anno Lucretium periisse: quo Vergi-
lius natalem habuerit. Idus uero illas præcipue seruauit: ac maxima religio
ne coluit Silius Italicus. Val. quoq; Martialis in hunc modum.

Martialis

Maia Mercurium creastis Idus:

Augustis redit idibus Diana:

Octobres Maro cōsecrauit Idus

Qui magni celebras Maronis idus.

Sed hanc rem & in Poetis nostris rettulimus: qui paulo post in cōmunē usū
atq; publicā utilitatē edent: ne instituto operi uideamur deesse: iuuandi atq;
instruendi bonorum ingenia.

Quam se uere factum sit a Romanis cōtra insolentiā. & de conuitiis atq;
contumeliis: quæ publice in triumphantes a seruulis dicerentur.

Caput. V.

u Vlgatum est quanta diligentia ac studio. S. p. q. r. contra hominū info-
lentiam atq; fastum ierit. quibsq; legibus ac decretis insolentis animi
improbiter represserit. Sed inter alia complura illud obseruandum exi-
stimo de his: qui iure uictoriæ: casiq; hostib⁹ triumphare soliti sunt. nam
triumphantibus quidem pro instituto maiorum conuiuū dapsile: atq; ma-
gnificentissimū parabatur: idq; ī Capitolio celebrari mos fuit. ac ne forte ani-
mus eorum nimīū efferretur: aut inmodestius in maiore fortuna insolefce-
ret: ppe assidebat seruul⁹: qui subinde in conuiuio diceret: magis seruo tuo
pareo: q̄ tibi: quo uelut probro admonitus se ipsum: atq; hominum condi-
tionem æquo animo extimaret. mitto nunc quæ planipedes: cæterique Mi-
morum scriptores libere atq; mordaciter in eum dictabant. notum & illud
de triumphantibus: quod annulo etiam ferreo uti consueuerunt: quod &
C. Plinius testatur: qui. C. Marium scribit cū ferreo annulo triūphasse de
rege Iugurtha.

Plinius

De animatib⁹: arboribus: ac lapidibus: quæ naturali cōsensu cū Solis &
Lunæ uiribus consentiant.

Caput. VI.



d Isputatum sæpius est: ac diligenter probatum a philosophis: inesse rebus superioribus uim insitam atq; ingenitam: quæ magna ex parte cū inferioribus cōueniat: quo circa sympathiam quandam: & quasi concētum inter hæc elementa statuerūt: unde animantiū motus atq; taciti consensus congruere cum diuinis corporibus uideantur. qua in re Academici imprimis complura attulerunt: arboresq; & lapides etiam sentire has uires: eorumq; affectibus moueri: atq; affici asserunt: quo nomine ascribuntur hæc inferiora suis numinibus: inter animantia: quæ dicata Apollini traduntur: Aries: Crocodilus: Cantharus: Astur: Leo: & Gallus a Cheremone stoico: & Porphyrio referūtur: insitum gallis est (ut inquit Proclus) numen Apollinis aduocare: & uelut propriis canticis exurgenti applaudere: Pythagoras autē cauendum monuit: nequis gallum mactaret: quoniā Soli & Lunæ dicatus foret: inter arbores: de lauro: palma & Iotho scribitur: qđ ad Solis potestatem maxime accedant. Iothos. n. ante emersum solis Solia sua implicat & cōtrahit: eo autē existēte sensim reuoluit atq; explicat: Heliotropiū præterea & Selinotropiū herbas enumerat: quæ Solis uires ac Lunæ cōsensu mirifico subsequatur: unde inditum illis est nomen. de lapidibus multa ab Aegyptiis & Magis tradūtur: ut de Helinite: Selinite: Asterite: Vranoptalmo: & aliis pluribus: quæ uel siderum imaginem præferūt: uel potestatem eorum. atq; affectus sentiūt: quod ipsū & Proclus in cōmentario de magica existimauit: qđ & dæmones inquit solares aliquando fuisse cum leonis facie: quibus cū Galli obicerentur: confestim euanuisse. de quo in epistolicis nostris copiose disseruimus.

Versiculi aliquot in Vergiliano poemate emendati: ac de dactylicis & spondaicis numeris non nihil.

Caput. VII.

p Aulo ante rogatus sum per epistolam ab amicis: ut aliquid pro Vergiliana emendatione in communem usum conferrem: quod a nobis factum est satis accurate: pro studio ac diligentia nostra in bonis disciplinis: inter alia uero quæ notauimus: monui deprauatum esse carmen illud in Georgicis: quo curationes atq; remedia pecudū morbis describit.

Et spumas miscet argenti: ac sulphura uiua.

Ideasq; pices: & pingues unguine ceras.

Sed legendum est uiuaq; sulphura: ita enim uetustiora exemplaria retinent: & honoratus Seruius ac Macrobius agnoscunt. illud etiā in sexto Æneidos libro ita scribere oportet. quin protinus omnia

Perlegerēt oculis: ni iā pmissus Achates

Afforet. quæ nostri grammatici fere omiserūt: ut pridem scripsimus ad Aldum Romanum: qui de omni antiquitate bonisq; litteris optime meritus est. in his dactylicos uersus accipere debemus: quoniam in ultima sede da-

Proclus

Vergili?

Seruius

Macrobi?

Vergili?

Æylum: habent ut spondaicos illos: qui spondeum in quinta: etsi uocantur præterea spondaici uersus: qui oibus spondeis cōstāt: ut illud poeta Enni.

Ciues Romani tunc facti sunt campani. de quo & grāmatici multa: & Censorinus in natalitio ad Cerelliū scribit. in his autem (quos posuimus) uersibus secutus est Homerū Vergilius pariq; licentia: & acephalos: & longiusculos: delitiisq; profluentes imitatus ē. quod Eustathius in Macrobianis cœnis copiose disseruit.

Censorin?

Macrobi?

Qua ratione intelligatur uer sacrum fieri: ac uerba Plinii exposita de populis Sabinis ex historia Sisennæ.

Caput. VIII.

p Icentes populis (ut a Plinio scribitur) originem a Sabinis acceperūt uoto uere sacro: qua in re secutus uidetur Sisennæ historiā: qui de Sabinis agens: eos refert uouisse uer sacrum se facturos: si melioribus locis constiterit. quam rem Nonius Marcellus apud ipsum Sisennam obseruauit: ut in libro habetur de his: quæ a doctis quaruntur. quo loco uer sacrum pro religiofo inquit a Sisenna acceptum est: cū alii pro uitabili atq; execrando intellexerint. relatum de Lacedæmoniis est: qđ hi quidem uer sacrum distinarunt: quo tempore urbem Heracleam condiderūt. Sex. autem Pompeius ob eam rationem dictum existimauit: qđ in magnis periculis uouēdi mos fuit: se cū cta animalia imolaturos: quæ uere proximo nascerētur: quæ res inquit cum paulo crudelior: atq; atrocior uideretur: pueros puellasq; innocētes iterime re: in adultam aetatem perductos uelabant: atq; extra fines exigebāt. hinc appellati sunt sacriani ex oppido Reate orti: qđ in sacro uere nati haberētur. de his sacris & in cōmentariis græcorū mētio habet: qui maiore diligētia: atq; studio romanos ritus ac institutiones perquirunt.

Plauti uerba exposita in prologo Pœnuli quo loco Aristarchi Achille nominat: contra imperitorum sententiam.

Caput. IX.

i N comœdia. M. Plauti (quæ Pœnulus in scribiē) sic a prologi persona refertur.

Achillem Aristarchi mihi cōmentari iubet.

Inde mihi principium capiam ex ea tragœdia.

In quibus exponendis nostri grāmatici coniecturis tantum nituntur. neq; afferunt aliquid de Achille Aristarchi dignum Plauti eruditione: quo sententiam satis explicare uideantur. ego uero pro Enniana fabula intelligendum existimo: cuius hæc ipsa inscriptio foret: quoniam. Q. Ennius tragœdias aliquot composuit: quales a priscis citantur: Stratocles: Medea: Alcynous: & Achilles Aristarchi: quod abunde probatur: cum ex antiquis authoribus: tū ex collectaneis Sex. Pompei: in quibus ad hūc modum legitur: prolato are astitit poeta Ennius cum dixerit in Achille Aristarchi: significat clypeo atē

Plini?

Noni?

Sex. po.

Plautus

Enni?

Sex. pomp.



LIBER

Plautus

se proteſto. quod ipſum ut uulgatoribus iſtis exemplaribus neutiq̄ compe-
ries. uoluit autem Plautus argumentum fabulæ ex Ennii tragœdia transfer-
re in Pœnuli prologum. qua in re cōplures uarie diſſerunt; ſed nullis (quod
ſciam) probis ac receptis authoribus

Per lepida hiſtoria de Phryne meretrice; & Praxitele; & quo commento
uſa ſit in explorandis Praxitelis operibus; quæ abſolutiora forent.

Caput. X.

f Atis lepida & per urbana hiſtoria refertur de Phryne meretricula; quo
commento atq; arte uſa ſit in explorandis; cognoscendiſq; Praxitelis
operibus; quæ ab authore ipſo haberentur in ſūmo precio. nam cum Praxi-
teles illius formam incredibili amore depiret; eiq; polliceretur ſe conſeſſu-
rum; quod illi opus pulcherrimū uideretur; ſed ea conditione; ut nihil dicē
te illo; quodcunq; uellet pro ſuo iudicio eligeret. Phryne puerum inſtruit;
qui opportune accurrens nunciat; officinam ipſā Praxitelis magno incendio
correptam; ac iam pleraq; opera flammis aſſumpta. ad hæc Praxiteles ex tē-
plo ad officinā ſe proripiens; & ſimul actum eſt inquit de meis omnibus la-
boribus; ſi Satyrus; & Cupido cōcremati ſunt. tum Phrynæ mane inquit; &
bono animo ſis. nihil tibi ignis obfuit. quo dolo uictus Praxiteles; quæ fo-
rēt operum abſolutiſſima pſeſſus eſt. Phryne autem cupidinem delegit; de
quo cum a poetis græcis plura afferuntur; tum a Paufania in atticis. neq; il-
lud omiferim factam fuiſſe a Praxitele imaginē meretricis latantis; quā pu-
tarunt non nulli Phrynem eſſe; qđ in ea deprehenderent amorem artificis; &
mercedem in uultu meretricis; quæ res cū ab aliis; tum a Plinio refertur.

*Paufan**Plin?*

De doctrina Ioannis Scotti. & q̄ ſæuiſſima cæde ab ingratiſſimis diſcipu-
lis interemptus fuerit.

Caput. XI.

n Otum eſt fere omnibus; q̄ egregia eruditione; clariffimoq; ingenio præ-
ſtiterit Ioannes Scottus in reb⁹ diuinis; ut qui omnem chriſtianæ theo-
logiæ diſciplinam maximo ſtudio coluerit; qua in re illud mihi uiſum ē ad-
notatione dignum; quod in Gallorum annalibus legitur de ſæuitia diſcipu-
lorum in eum ipſum; atq; incredibili imanitate. is enim Scottus cum forte
in Britania chriſtianæ religioni ſe dicaffet; atq; diſcipulos aliquot (ut ſit) eru-
diret; factum eſt ut illi contra præceptorē conſpirarent; graphiſq; aſſumptis
illum ſæuiſſime interimerent. quo ſcelere nihil atrocius aut flagitioſius dici
poſteſt. idem Ioannes græcas litteras calluit; quæ illis temporibus magna ex
parte amiſſæ fuerant; hinc Francorum rex Carolus (qui Caluus eſt appellat⁹)
cum chriſtianæ theologiæ ſtudio teneretur; Ioanni Scotti mādauit; ut Dio-
nyſii Areopagitiæ libros (qui de ſacra hierarchia ſcribuntur) latinitate dona-
ret; quod ipſum pro officio ſuo erga regem accurate abſoluit; & ſi maiorem

VIGESIMVS QVARTVS

diligentiam q̄ elegantiam tali opere indicauit

Verba ex epiftola Octauii Augu. relata de luxu & mollicie Mecœnatis;
& quam impudenter atq; inſcitiffime ab imperitis deprauata ſint.

Caput. XII.

c Elebrantur epiftolæ aliquot diui Augu. ad C. Mecœnatē; in quib⁹ ui-
ri molliciem; atq; fluentes delitias pereleganter & uenulſte irriſit; ſicuti
in his etiā uerbis apparet; quæ Auienus in cœnis Macrobianis rettulit. Vale
Mecœnas; mel gentium; ebur hetruria; Laſar Arretinū; Adamas ſupernas;
Tyberinum margaritū; Cilneorum ſmaragde; laſpi figulorum; Berille &
Carbunculum Porſenæ. ita enim legere oportet; quod & ueteres codices do-
cent; quibus uerbis ab Auguſto inſinuatur Mecœnatē ipſum per multis ita-
liæ populis gratum fuiſſe. quamq; hoc loco magis id aſſertur; ut effœminatū
atq; molliſſimum hominem argueret; id ipſum eo libētius putauit obſeruā-
dum; qđ in quibuſdam commentariis Annii Viterbienſis (qui pleraq; om-
nia impudentiſſime conſinxit) depruari hæc uideo; & aſar pro eo quod ē La-
ſar; & figulos pro poetis exponi; tam omnino inſcite; q̄ improbe atq; inſolē-
tiſſime; cum nihil dici abſurdius atq; ineptius poſſit. Auguſtus enim Mecœ-
nati illudens affectatas illius cacozelias lepidiſſime inceſſebat; ut qui conſue-
uiſſet eius myrobrechos (ut inquit Suetonius) ac cincinnos in ſcribendo per-
ſequi; & imitando per iocū irridere; quo circa perurbane ipſum uocat; mel-
gentium; hetruria; ebur; & Arretii laſar. Annæus quoq; Seneca diſcinctū Me-
cœnatem; cuiusq; molliſſimas delitias; & portetofam orationem appellauit;
quod alibi diximus.

*Macrobi?**Cōtra Viterbienſem**Suetoni?**Seneca*

De impia & uaniſſima ſuperſtitione Tēplariorum; & quō a Clemente Pō-
tifice maximo abolita fuerit non in iocunda cognitio.

Caput. XIII.

d E templariis hæreticis; eorumq; diſciplina & inſigni flagitio cōplura re-
feruntur in quorundam annalibus; nos pauca quædam de his pro tem-
pore adnotabimus. fuerunt igitur anno poſt Auguſti imperium circiter mil-
leſimo & trigefimo in Solymis ciuitate; qui ſub prætextu religionis Tēpla-
rios ſe nominarūt; breuiq; tempore tantum nominis atq; fidei obtinuerunt;
ut præter ingentes diuitias (quas cumularūt) tēpla etiā uariis regionib⁹ atq;
urbibus adepti ſunt; eaq; ratione Templarios quidā putāt fuiſſe appellatos;
qđ in templis frequentes; atq; aſſidui uerſarentur. hi autem pro inſita bo-
minum libidine; tãta animi inſolentia ac peruerſitate elati ſunt; ut chriſti ſa-
cris impudentiſſime abdicatis; in flagitia quædam; atq; foediſſimā falſitatē di-
uerterint. traditur enim eos ſimulacrum quoddam ſūmmo artificio cōpo-
uiſſe; cui hominis cutem ſuperinduxerāt. eidemq; binos præfulgētes carbū-
culos ſub ipſa fronte collocarēt; qui uice oculorum promicaret; qđ ſiquis
tali factioni nomen dabat; primo ad hanc ſtatuam perductus erat; ordinēq;



& uitam templariorum perdiscebat: qua in re illud imprimis cautum fuit: ut abnegata christianæ ueritatis religionē: ac reiecto sanctissimæ crucis uexillo: sacra rite peragerent: morietium præterea cadauer in cineres adactum ceteris in potum conferebant: qua potione firmiores atq; constantiores se futuros putabant. eos uero qui ex templarii uirginisq; cōiugio fuissent nati: subiecto igne torrebāt: simulq; ex humore deliquato suum simulacrū perungebant: quo maiorem decorem: atq; religionem probarēt. de his sacerdotib; & illud notatum est: qd̄ amore masculorum fœdissimo tenerentur: quo circa creditur fuisse tam nefarium scelus detectum: atq; in Viennensi concilio damnatum: asserente hoc potifice maximo Clemente: qui Benedicto successit: nam eo tēpore quicumq; ex templariis deprehēsi sunt: propter impiam atq; scelestam disciplinam concremati fuerunt: quæ trecentis propemodum annis perdurauit: non sine maxima bonorum calamitate.

Tertulliani uerba exposita de Curio aleatore: & quā nobilis tradat̄ fuisse in talari ludo: ex. M. Cicerone. Pediano & aliis.

Caput. XIII.

Tertullia i N libro Tertulliani (quē de Pallio inscripsit) mentio habetur de Curio aleatore his uerbis. tacco Neronē. & Apicios & Ruffos: dabo authorē Tacitū ipuritatis Scauri: & alex Curii: & uinolētix Antonii: & memēto interim istos ex multis togatos fuisse: quo loco dubitari uideo a plerisq; de ipsi; Curii alea. sed nequis i hoc perquirēdo nimiū fatigē. sciendū est Curii hūc fuisse uirū quæstorium: ac satis nobilē tēporibus. M. Tullii. cuius aleam & eruditionē in talis poeta etiā Caluus cecebrauit. Cicero in oratione (quā habuit contra. C. Antoniū & L. Catilinā cōpetitores) Licinium gladiatorē: & Q. Curii accusat: ut hoies flagitiosos: quo circa Pedianus Asconius eundem Curium notissimū aleatorē uocauit: qui postea inquit dānatus est. Caluus autē poeta elegantissimus tali uersiculo aleatorem Curii demonstrat. Et talis Curius pereruditus. ut ab eodem Asconio traditur.

Cicero

Asconius

Quid significant hæ uoces: hoc est tricones apd̄ Iulii Capitolinū: & Lymphiones in epistola Phlegontis liberti. ac de Lympholentis nō nihil.

Caput. XV.

Capitoli i N historia Iulii Capitolini uerba hæc legunt̄ de Vero impe. ferē & nocte perpeti alea lussisse: cum in Syria cōtraxisset id uitii: atq; in tantum uitiorum Gaianorum: & Neronianorū: ac Vitellianorū fuisse æmulū: ut uagaretur nocte p tabernas: ac lupanaria obtesto capite cucullione uulgarī uinatorio: & cōmiseretur cū triconibus: cōmitteret rixas: dissimulās quis esset: sæpeq; afflictum liuida facie redisse: & in tabernis agnitum cū se abscederet. qd̄ autem dixerit Verum impe. triconibus se cōmiscuisse: ac temere inseruisse: uidetur eos homines tricones intelligere. qui gerrones a ueteribus: seu rixatores dicuntur: quales hi sunt: qui cōtentiones ac rixas auidius confectantur.

Tricones

tur. id uerbū ex Satyris poetæ Lucilii assumptū est: qui primus (ut puto) ab intricando hanc uocē deflexit. carmen Lucilii id est ad Panetium.

Cotta Senex Crassi pater huius Paneti

Magnus fuit triconum: idem manus soluere nulli

Lentius. quo loco Tricones Nonius accipit pro morosis hominibus: & ad Nom

quamq; rixā paratis. Lymphiones autē pro uentosis & furibundis quidā exponūt: qua uoce Phlegon Hadriani Impe. libert; est usus: i epistola ad Seruanum ter Cos. in qua omnis Aegyptios refert cuiusq; artis Lymphiones uideri: hoc est (ut ego existimo) discurlantes atq; satagios: cum podagros: ut iquit: & chiragrici homines habeant: in quo se maxime occupatos ostēdant. quod apd̄ authorē Vopiscū comperies in uita Augu. Saturnini. quidā Lympholentos pro eodem accipiunt: seu (quod idem est) nympholētos quasi furētes & debacchātes: quos graeci frequēter nympholeptos appellāt: ut a Sex. Pōpeio exponit: qui paulo tñ ieiunius et himon huius uocabuli explicauit.

Vopiscus

Sex. Pō

Quis apud ueteres Aegyptios maximus omniū deus haberetur: qualiq; imagine sit ex oraculo Serapidis celebratus.

Caput. XVI.

q Vis apud ueteres Aegyptios deus deorum fuerit habitus: qualiq; effigie id ipsum ex celebri oraculo seruari potest: quod a Serapide Aegyptiorum deo prolatū traditur. cum Nicochæotes Cypriorum tyrannus: paulo curiosius hoc idagaret. sic. n. Serapis cōmonuit. cū supra cætera oia p maximo numine habēdum atq; uenerādū: cuius caput cælum foret: uēter maria. pedes terra: aures in ipso at here locarent. oculi pfulgētes: clarissimū Solis lumen. sed est apponendum oraculum suis uersibus: quo melius cōsiderari atq; clarius possit innotescere.

ἐπι θεός τοίος ἀμασιν, οἶον κ' ἄνω ἔπω.

ἔρανος κόσμος κεφαλῆ. γαστήρ δὲ θάλασσα.

γαῖα δὲ μετὰ πόδες εἰσι τὰ δούατ' ἐρασιθερί κ' ἔται.

ὄμματ' αὖτε λαυτὴς λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

quod a Vestio prætextato relatum est in cœnis Macrobianis: cū de Iside & Serapide differit. Romani autem paulo tardius in urbe acceperūt Serapidis numē: et si magno cultu atq; ueneratione quidam principes eum psecuti sunt templum ipsius in regione urbis nona (quæ circus flaminius dicitur) locatū fuit: quo loco: & Iseum & Mineruam Chalcidicā fuisse cōstat: ut a Pub. Victore traditur.

Macrobius

Pub. Victor



PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE
HONESTA DISCIPLINA LIBER
VIGESIMVS QVINTVS.

Qui maxime homines comitali morbo uexentur: & quibus argumentis
hoc agnoscat ex L. Apuleio: & aliis.

Aristot
Suetoni?
Plotinus
Porphy
Apulei?

T Aristoteles philosophus: & medici aliquot asserunt eos maxi-
me homines comitali morbo teneri: qui atra bile uexentur: & i-
genio ac doctrinis excellat: quod in quaestionibus phisicis copiose
ab Aristotele probatum est. Sed uisum mihi hoc loco exempla quorundam
referre: quibus probari possit: eos plerumque homines comitali morbo
affectos: qui & ingenio summo: & animi magnitudine praestiterint: neque ob
aliam causam medici herculeum appellarunt: quod ille infestaretur tali agri-
tudine. Iulius Caesar extrema iam aetate animo repente linguam consuevit: atque
etiam per somnum exterreri: comitali quoque morbo (ut est auctor Suetonius)
bis iter res gerendas correptus est. Sed & Plotinus philosophus insignis (cuius
libros digessit Porphyrius in nouenarios) eodem morbo laborauit: ut in gra-
corum commentariis legitur. mitto alios compluris: qui apud auctores me-
morant. L. uero Apuleius in oratione ad Claudium proconsulem: non modo hunc
maiores morbum uocari ab antiquis tradit: sed etiam diuinum ac sacrum:
quod in rationalem maxime partem (quae longe sanctissima est) desaxiat. quo cir-
ca relligiosum fuit apud Romanos eo tempore cum populo agere: quo mor-
bo comitali quisquam in senatu opprimeretur: a qua superstitione denomi-
natum esse comitalem morbum grammatici existimarunt. hinc illud carmen
apud A. Serenum.

Est subiti species morbi: cui nomen ab illo est
Quod fieri nobis suffragia iusta recusat.

Saepe etenim membris atro languore caducis
Consilium populi labes horrenda diremit.

Ipsa deus memorat dubia per tempora Luna
Conceptum: talis quem saepe ruina profudit.

Inter alia uero eius morbi indicia: haec a nostris medicis referuntur: cum ca-
put grauedine oppressum est. ceruix obtorpet: tempora ipsa uelut ictu quo-
dam pulsantur. aures tinnitum emittunt: in labris rorem quemdam & spu-
mam reddunt: ac subinde oculos circumducunt. illi autem sanari aegri atque
difficilius dicuntur: quibus dexteræ partes magis afficiantur: quod etiam Ari-
stoteles probat: ut Hippocratem & Galenum mittamus: qui libros integros
de hoc morbo composuerunt.

Aristot

Hippocr.

Galen?

neque illud ignoratur Liuium Drusum (qui tribunus plebis fuit) cum tali mor-
bo laboraret anticyram contendisse: & in ea insula assumpto elleboro conualuisse
quod a Gellio seruatum est in atticis noctibus ex historia. C. Plinii: solæ autem
coturnices in omni animantium genere praeter hominem comitiales habentur:
ut ab antiquis est adnotatum.

De nominibus ueterum auspicio: ac de illorum superstitiosis obser-
uationibus ex antiquis grammaticis.

Caput. II.

Gelli?
Plin?

d Auspiciis ueterum coplura a M. Tullio: Augustino & aliis referuntur. Cuius
cum ea ferme omnia Romani auspicio proficerent: quae ad publica & priuata
officia pertinerent: inter alia: & haec apud auctores nominantur: hoc est caelestia pe-
destria: solistima: canaria: pestifera: caduca: piacularia: item cliua & inebra: quae
fieri aliquid inhiberent: quoniam ueteres fere cuncta ardua & difficilia consueuerunt
cliuia appellare: unde & cliui per locis arduis dicuntur caelestia uocantur: cum
tonitrua uel fulmina ederent: quo tempore nefas habitum est apud Romanos
agere quicquam cum populo: & ob eam causam louem Elicium tonantem: & fulgura-
torum in haetruscorum libris nominantur pedestria uero per illis accepta sunt: quae
ex Vulpe (ut inquit Festus) lupo: serpente: equo: ceterisque quadrupedibus red-
derentur solistima: quae ex tripudiis gallinaceorum: ut alibi diximus cana-
ria ite: quod in illis rutila canes imolarent. quae sacra pro frugibus fiebant con-
tra ueredines atque saxuitiam canicula sideris pestifera: in quibus cor ipsum in extis: aut
caput in iocinere non extitisset caduca: cum in templo aliquid decidisset in quo ex-
aguratio facta diceret: quod accidebat: siquidem in auguraculo uirga aurigantis e-
manu decidisset qua consulari: & auspiciu capere mos fuit piacularia: ex quibus
tristitia & ominosa portendebatur: cum hostia profugisset ab ara: aut percussa mugi-
tum dedisset: aut in aliam partem corporis: quae oporteret concidisset mitto nunc
oscinia & regalia: de quibus cum ab aliis agitur. tum a Festo Pompeio: de his
auspiciis (quae per acumina fiebant) non satis haecenus mihi compertum: &
si M. Cicero in libris de diuinatione haec celebrat: bellicam rem inquit maiores
nostri nisi auspicio administrari noluerunt: quam multi anni sunt: cum bel-
la a proconsulibus & praetoribus administrantur: qui auspicia non ha-
bent. itaque nec amnis transeunt auspicio: nec tripudia auspicantur: nam ex
acuminibus quidem (quod totum auspiciu militare est) M. Marcellus quoniam
quies Cos. totum ommissit: idem imperator & augur optimus: soliti autem sunt
ueteres augures quinque signorum genera in auspiciis obseruare: hoc est ex cae-
lo: ex auiibus: ex tripudiis: ex quadrupedibus: & ex diris: quod a Festo Pom-
peio diligenter exponitur: ex commentariis Verrii Flacci.

Quanta fuerit Esdrae sacerdotis eruditio: & quam mirifica eiusdem memoria
in ordinanda atque componenda hebraeorum philosophia: ac de Cabala etiam
non nihil ex uerbis Pici Mirandulae.

Caput. III.

Cicero
Augustin?

Coelestia

Pedestria

Solistima

Canaria

Pestifera

Caduca

Piacularia

Oscinia

Regalia

Festus

Cicero

Festus

P



Hierony

d E Esdra hebræo relatum id est: dignum prorsus memoria atq; obseruatione eum quidem tam egregia ac singulari eruditione præstitisse in legibus atq; disciplinis omnibus Hebræorū exponendis: ut uniuersas eorū doctrinas in memoria habuerit: eundē præterea ludæorum litteras imutasse: nec cū populis Samariteis congregari possent: ac uolumina illa sacra theologia digessisse: eoq; ordine condidisse: quo imperante mox Philadelpho in græcam eruditionē sunt a. lxx. interpretibus cōuersa: quod et Hieronymus: aliiq; ueteres ita probāt: ut inter admiranda: atq; insignia Hebræorū referāt: neq; sunt ommittenda hoc loco: q̄a Pico nup̄ mirādula audierim: cū sacra hæc ap̄d hebræos diligētius atq; curiosius indagaret. Diuinæ legis interpretatio inq̄t (quā Moses ab ipso deo accepit) subinde per animos reuelata est: & Cabala appellata: quod idē est apud hebræos quod ap̄d nos sciētia secretior: ob eam. s. rationem: qđ illam doctrinā nō p̄ litterarum monumenta: sed ordinariis reuelationū successione alter ab altero quasi hereditario iure susciperet: sed postq̄ Hebræi a captiuitate Babylonica p̄ Cyru restituti sunt: & instaurato templo sub Zorobabele ad legem substituendam animū adiecerunt: Esdras tum præfectus ecclesiæ post emendatum Mosi opus: cum plane intelligeret per exilia: cædes: fugas: captiuitatē gentis israeliticæ institutum a maioribus morem tradendæ per manus doctrinæ seruari non posse: futurumq; ut sibi diuinitus indulta cœlestis doctrinæ arcana perirent: quorū commentariis non intercedentibus durare diu memoria non poterat. constituit ut conuocatis (qui tunc supererant) sapientibus afferret unus quisq; in mediū: quæ de legis mysteriis memoriter tenebat: adhibitisq; notariis in. lxx. uolumina relata sunt: quoniam totidem in Synedrio sapientes conuenerant. quæ de re qui minus fidei mihi habent: Esdras ipsum audiāt ita loquētem: exactis xl. diebus loquutus est altissimus dicens: priora quæ scripsisti propalā pone: ut ea uniuersi legant: nouissimos autem. lxx. libros conseruabis: ut eos tradas sapientib⁹ de tuo populo: in his enim uena intellectus continetur: & ueræ sapientiæ fons: & scientiæ flumen: atq; ita feci: hi sunt (inquit Pico). lxx. libri scientiæ Cabalæ: in quibus merito Esdras uenam intellectus: id est ineffabilem de altissima diuinitate theologiam: sapientiæ fontē: de intelligibilib⁹: angelicisq; formis absolutam metaphisicem: scientiæ flumen: id est de rebus naturalibus firmissimam philosophiam esse: clara in primis uoce pronunciauit. hi libri cū sūma diligētia: & incredibili studio a Sixto. iiii. Pont. Max. essent perquisiti: curauit ut in publicam nostræ religionis utilitatem latinis litteris mandarentur. quod ab eo propter importunum obitum absolui nō potuit: nostra uero ætate in tanto pretio atq; religione habentur apud Hebræos: ut neminem liceat nisi quadraginta annos natum eos attingere: mirumq; est: quam Cabalæ ipsius doctrina christianis decretis consentiat: quam eadem locis multis comperiuntur: quæ apud Paulum fere Dionysiu: Hieronymum: Augustinum: & alios nostræ religionis principes leguntur. hæc

nus Pico: quæ mox in suum opus rettulit: uir unus ætate nostra: qui propter multiplicem rerum doctrinarumq; scientiam cum omni antiquitate comparari possit.

Quid sit apud iurisconsultos præscriptio quinque pedum in finibus regundis: ac. M. Ciceronis uerba exposita in libris de legibus.

Caput. IIII.

q Væsitum est superiori ætate a uiris doctioribus: quid nā in iure nostro civili præscriptio quinque pedum signaret: qualisq; foret in ea intellect⁹: quare Laurentius Valla: & alii cōpures: cū non satis perciperent hæc una seratione defendebant: qđ & Io. Baualardus inter eos (qui ius civile profiterentur) uir consultissimus ingenue affirmavit se illud ignorare: nos autem minime ab re futurum existimamus: si totū hæc nostra diligētia exponatur. sciendum igitur sumptum id ex. xii. tabulis fuisse: in quibus quinque pedes habiti sunt inter usucapiones: etsi in digestis ipsis Iustiniani ipe. præscriptio quinque pedum sublata est: sicuti alia per multa: quæ propter nimiam uetustatem abolita fuerunt: ut a Sex. Cæcilio iurisconsulto traditur. sed actionē hæc quinque pedum ex legibus Solonis in. xii. Tab. transfulerūt: in qua controuersia haberetur de finibus: siquādo spaciū quinque pedū iterecessisset. ira. n. cautū fuit a Solone: ut est author Plutarchus de iure usucapionum.

Jurisco
Laurenti⁹

Siquis in agro aliquid plantarit: quinque pedes a uicino abesto:

Si ficum: uel oleam pedes nouem abesto:

quoniam istiusmodi arborum radices longius proserpunt: dānumq; obid ac perniciē finitimis afferunt. C. quoq; iuriscōsultus legem Solonis citat in finibus regundis ad hunc prope modum.

Si qui sepē: uel maceriem ad alienā regionē effoderint: limitē nē excedūto.

Si murum: pedem unum. si domum pedes duos relinquunt:

Si sepulchrum: aut foueam: quantū sit altum: tantundem relinquunt:

Si puteum passum. si oliuam aut ficum nouem pedes relinquunt:

In cæteris arboribus quinque pedes seruant.

hinc Cicero: pereleganter & erudite iocatus est in legibus: cum dixerit: se nō permitturum depasci possessionem academiæ a stoicis: quā usucapionē inq̄t xii. tabule inter quinque pedes esse uoluerunt: qđ in finibus tantū dissentirēt: in cæteris oibus optime cōuenirēt. Iulius Nypsus de re hac meminit in libro ad Celsum quæ de mensuris agrorum cōposuit: quinque pedū inquit præscriptione summota finalis iurgii uel locorum libera peragatur intentio: in quo Theodosii: & Valētiniani ipe. epistolas citat ex quibus tolleretur istiusmodi actio in regundis finibus.

Plutarch⁹Cicero

Quæ foret in libris pontificum dea tutulina: & de sacerdotibus tutulatis in Saturnio carmine diligenter notatum.

Caput. V.

pz



i N ueterum libris (qui pontificales appellati sunt) mentio inuenitur de Tutulina dea: cuius nomen ut interpretatur, M. Varro a tutando deductum est. itaq; de poeta Ennio legitur illum Tutulinæ loca habitasse: ut a Portio scriptum est. In magno cultu & religione fuit: adeo ut piaculum haberetur si quis eam forte in auspicato appellasset: proinde sic adnotatum est in antiquis sacris: obseruanto ferias: siq; salutem Semoniam: Setiam: Segetiã: Tutulinam in auspicato nominasset. refert Augustinus eius nume tutadis frumentis præfuisse ut Nodinum: Patelenã: & Flotilinam: de quibus comode diximus: sed & sacerdotes tutulati ob eam rationem uocati sunt: qd in sacris capitibus ceu metam habere consueuissent: q tutulus diceretur: quod etiam num Christiani sacerdotes fere custodiunt: matres quoq; familias couolutos ad uerticẽ capitis crines tutulos dixerunt: ut Varro asserit: qui Saturniũ carmen exponens: de argeis atq; tutulatis copiose disseruit: qua in re Sex. Pompeius uidetur dissentire: qui tutulum pro ornamento capitis flaminicarum accepit: quod innexa crinib; purpura in uerticẽ extaret: hinc tutuli milites: & tutanus deus nobilis: quem omnes mortales (ut inquit Varro) labore affecti inuocarent: qd is præsidium atq; opem afferret. Tutelares item dii qui lares: patrii: & magni dicti sunt: tutelariunq; sacra ueterum annalibus celebrata: in quibus patrociniũ & salus urbis: uelut a certis numinibus rogabatur. Fulgentius tutulum pro pallio exposuit: quo Rom. sacerdotes caput obnubarent: cum in sacris uerfarentur: in quo Varronis ac Numæ testimonium citat: unde & illud inquit Vergiliũ.
Et capita ante aras pbrigio uelabat amictu.
Varro Lapidare: & lapidationes uario significato intelligi: & quid item lapidescere & lapire sit.

Caput. VI.

m Vltiplex ac diuersa significatio est in his uerbis: q lapidare: & lapidationes dicimus. nã de cœlo lapidatũ inter pdigia legimus: p eo quod e lapides pluuisse: ut apd auctores frequẽter cõperies: hinc illud apud C. Suetonium de Germanici. Cæs. obitu: quo defunctus e die lapidata sũt tẽpla: subuersa decoru arã: laresa quibusdã familiares in publicũ abiecti. lapidationẽ uero factã in aliquẽ intelligere debemus: cũ in eũ lapides cõiecti sunt: quod ipsis principib; Rom. alicubi accidit: ut cõspiratione factã impetũ atq; lapidationes cõtra eos populus faceret. M. Tullius hoc uerbo utitur locis multis: & in gestis Clodii: Marcellinus inquit cũ grauiter questus esset de Clodianis incendiis trucidationibus ac lapidationibus sententiã dixit. Macrobius autẽ ut in terdũ audacior: nimiusq; nouitatis affectator paulo durĩ lapidare p incesse re & notare usus est: nam cũ de Laberii poetã mordacitate diuiderit: eiusq; uerficulis in C. Cæsarem: uniuersus inquit Rom: popul; ad unũ Cæsare oculos & ora cõuertit notantes eius ipotetiam hac diacitate lapidatã: dicuntur etiã

VarroAugustinVarroFestusVarroFulgentiVarroVirgiSuetomCiceroMarcelliMacro

Tutulus. las capas de los señores

delapidata itinera: q lapide strata sũt ut a Sex. Põpeio tradit: sicuti dilapidare p expugnare: & depdere: elapidare apd Pliniũ p eo quod e lapides eximere: lapidescere uero apud eundẽ nihil est aliud: q obdurefcere & in lapidem conuerti: quod græci λιθόσκω dicũt: in flumine inquit silere ultra Surrentum nõ uirgulta mõ imersa: uerũ & folia lapidescunt: qua figura sunt noctescũt: ferescũt: caulescũt: uirescũt: opulescunt: lutescũt: & alia generis eiusdem: quibus maxime traditur delectatus Furius antias: etsi a Cesellio Vindice accusatur: qd in his latinã linguam dedecorauerit: apud C. Pliniũ sæpe idẽ compertur: quod illi necessarium fuit in tam uaria rerum historia: ac multiplici naturæ opere describendo. insolentius uero Pacuius lapire dixit pro rigescere in tragœdia.

Lapit cor cura: erumna corpus conficit.

quod ipsum & Nonius diligenter obseruauit.

Quo nomine apd ueteres manna diceretur: ac de illius usu & cognitione apud medicos: tum de manna thuris non nihil.

Caput. VII.

p Aulo ante accidit: ut Veneris agerem: atq; in sermone (ut fit) hominũ doctiorum adessem: inter quos bilẽ mihi mouit: ne risum dicã: quorũdam medicorũ inscitia: qui (cũ de manã metio haberetur) pari improbitate atq; ignorantia asseuerabãt: non multis ante sæculis: neq; ante Galen aetatem ad nros inuectã fuisse manã: quod a uero maxime disfidet: siquidẽ manã usus ut nri uocant: uel Tiberio Cæs. iperante a medicis pbatus est: tã etsi alio nomine Romani auctores eam appellant: ut in plerisq; aliis cõtigit: quæ ad usũ uitæ ptineant: astipulatur huic sententiã Cor. Celsus: qui curari quædã uel cera tradit: si perungantur melle: addito rore syriaco: aut amaris nucib;: quo loco syriacum rore pro eo intelligi oportet: quod a nostris medicis manna hebraico nomine uocatur: cuius humor (ut constat) syriis olim populis celebratus est: de quo cũ alii plures: tum Dioscorides copiose ad Anũ scribit: manã referẽs: quæ εμκομδρος dicitur probari in libano cadore p̄cipuo: eamq; adulterari si addatur resina ex pinu uel tenuissima siligo: quã rv̄piv appellat: sunt qui in Papinio poeta de manã intelligãt: quo loco palestinos & hebræos liquores nominat: Orpheus uates & hanc inter Thymiamata refert. mitto Galenum & alios medicinæ auctores: q nobis hac in re patrociniãt: nostris temporib; ea maxime in p̄cio e: quã calabresem uocant: cuius cõmendatio habetur si albicã & friabilis sit. neq; desũt q hãc syriacã p̄ferãt: minime autẽ me p̄terit uel in ipso thure manã dici: a Plinio & aliis nunc thuris: q elisã sũt: in thure inq; Plini e. isas cõcussu micã manã uocam;: quod & Barbar Her- mola non ignorauit: uir in pquirenda omni antiq̄tate diligẽs & accuratus.

Quæ habita sit apud ueteres auctores minor multa: & maxima: ac de multandis iniuriis ex. xii. tabulis diligenter obseruatũ.

Caput. VIII.

FestusPliniPliniNomiGalenCor. Cels

Ros syriac

DioscoStatiOrphenPlini

a Pud eos authores (qui ius ciuile profitentur) cōplura ac uaria de anti-
quorū pœnis tradūtur: sed hoc loco illud adnotādū existimo: quod
a grāmaticis seruatū ē de minore multa & maxima. In. xii. igitur tabulis ui-
ginti quinque asses illi appellati sūt: ad quos multa hęc minor pertineret: qđ in-
tulissent alicui iniuriam: quo circa sic in . xii. tabulis scriptum fuit.

Siqui iniuriam alteri faxit. xxy. æris pœnæ sunt.

tūc enim singuli asses librarii erant: quos. s. p. q. r. in usu haberet: ut a Sex.
Cæcilio iurifconsulto asseritur. neq; me latet paulo mox hanc legem de ui-
ginti quinque assibus fuisse abolitam: & a prætoribus reiectam: iudicesq; addi-
tos recuperatores: qui dānum illatæ iniuriæ uindicarent: quod & Q. labeo
rettulit. ut a Gellio in atticis cōmētariis scribitur: notū præterea est quod ex
his litteris signaretur: qui tali pœna esset dānati. V. Q. A. L. K. S. hoc ē uigi-
ti quinque asses legitime condemnati sunt: qđ maxima pœna: q̄ summa & su-
præma dicitur: scriptum est a Pompeio in hunc modū: multā maximā uete-
res illam uocarunt: quæ trium miliū & . xx. assium foret: siquidem nefas ha-
bitum est: quemq; pluris: q̄. xxx. bobus: & duobus ouibus multari: existi-
mabatur autem bos centussib⁹: ouis decussibus: diuq; seruatum romæ fuit
p̄ ipsas pecudes multare: ciuiū delicta: i quib⁹ fere suas diuitias habuerūt: unū
pecunia & peculiū nomen accepit: quod a Columella: & aliis pluribus tra-
ditur. non me præterit hac in re dissentire. A. Gelliū qui minorē multam ad
unū ouem referri scribit: ex autoritate M. Varronis: cum citatus inquit est
reus neq; respondit: excusatus nō est. ego ei unū ouē multam dico. de pœ-
nis uero in hunc modum Cicero: octo inquit pœnarū genera in legibus con-
tinentur: hoc est dānum: uincula: uerbera: Taliones: ignominia: exilia: serui-
tutes: & mors. de qbus āno superiore: cum Ferraria agerē in palatio Hercu-
lis principis per multa disserui: cum Pandulpho collenuccio iurifcōsulto:
qui ætate nostra ueteres omnes disciplinas studio ac diligentia singulari pro-
sequitur.

Quam sit fugienda illa res. pu. in qua magis diuitiæ q̄ uirtus extimetur: &
qđ homines prædiuites damnosiores plerumq; sunt in ciuitatibus: ex uer-
bis Ioannis Canaccii.

Caput. VIII.

p̄ Lato philosophus: & alii ueteres copiose disserunt: quā sit calamitosa
illa ciuitas: atq; detestabilis: i qua plures & ampliores honores diuitiis
habentur q̄ uirtutibus: qm̄ ubi diuites atq; locupletiores iperū habent: ca-
teri omnes non mō contēpnuntur: uerum iniuriis plerumq; & iniquissimis
cōtumeliis afficiunt. neq; n. respiciunt ad equitatē & rationē cū tales in regē
da ac moderāda ciuitate uersarenē: sed affectib⁹ atq; libidine ducunt: de quo
egregie nuper & grauissime disputauit Ioannes Canaccius: uir unus (quātum
equidem uideo) præclaris moribus: & excellenti uirtute insignis: turpe est in-
quit: cum i proba ciuitate: beneq; instituta magis cōceditur i probis uolupta

q̄ bonis disciplinis. sed illud imprimis turpissimum: cū uiri sapientes. & q̄
optimis consiliis præstant: a diuitibus occupantur: ac uelut facta cōspiratio-
ne reiciuntur: nam ingentes nimiaq; diuitiæ in libera ciuitate luxum primo
& libidinem: deinde ambitionem atq; scelera pariunt: proinde inquit mini-
me imprudenter factum ab his est: qui decretis atq; legibus statuerunt in suis
ciuitatibus: ne qui ciues maiorem censum (quam par uideretur) possiderent:
quæ res quam diu obseruata est: optime consultum existimatur humano ge-
neri: foelicioresq; illæ urbes atq; firmiores habitæ sunt: i quas auaritas ista cu-
mulandæ pecuniæ tardius deuenit. sed in ciuitate inquit nostra siquem fo-
rte uolumus cognosse: primum hoc rogamus: quātum habet: quam locu-
plex est: quātis opibus ac diuitiis excellit: neminemq; existimamus habere
prudenciam: aut præstare igenio: præter eos homines: qui magnis largitioni-
bus: & ambitiosis sumptibus se se ampliores clarioresq; demonstrāt: quo fit
ut questum pro innocentia: pro uirtute diuitias: pro sapiētia aurum habeāt.
quod ab ipsis Academicis probatur: qui diuites plerumq; malos esse referūt
atq; aliis perniciosos: quoniam ceteros omnis despiciunt: cum ad auri fulgo-
rē: quasi ad uerā foelicitatem omnē uitæ cursū atq; industriam dirigunt: ha-
ctenus Canaccius: qua in re Euripidis poetæ carmē ascribēdū est: quod ab eo
sub auari diuitis persona refertur.

Sine me uocari pessimum: ut diues uocer:

An diues: an bonus nemo: omnes quærimus:

Non quare: & unde: quid habeas: tantum rogant:

Vbiq; tantus quisq;: quantum habuit fuit.

Quod esse nobis turpe sit quæris: nihil.

An diues optem uiuere: aut pauper mori.

Bene moritur quisq;: moritur dum lucrum facit.

Pecunia ingens generis humani bonum.

Cui non uoluptas matris: aut blande potest

Par esse prolis: non sacer meritis parens:

Tam dulce siquid uenit in uultu micat

Merito illa mores cœlitum atq; hominum monet.

In his Euripides prædiuites homines: eorumq; insolentiam p̄relegāter accu-
sat: quoq; inanis gloria est: & bracteata foelicitas: ut ab Anneo Seneca scribit.

De oraculis: quæ ederēt in Dodone ex sonitu peluū: & Ausonii poe-
te carmen expositum.

Seneca

Caput. IX.

i Nepistola poetæ Ausonii leguntur hi uersus ad Paulinum.

Nec Dodonæi cessat tinnitus abeni.

Ad numerum quoties radiis ferientibus icta:

Respondent dociles moderato uerbere peiues.

In quibus Paulinū ipsū arguit nimii silētii: cū oīa quidē animātia (ut inquit)

p̄ iiii

Gellius

Columella

Gellius

Varro

Cicero

Plato

Ausonii?



uocem aliquam emittant: nihilq; sit a natura constitutum: in quo nō reddatur aliquis sonitus: ut in sistro: cymbalis: ac peluibus Dodoneis. Ut autem hoc intelligatur de sonitu Dodoneo: legendi sunt græci authores: qui morē fuisse referūt: uti uaticinantes mulieres ad quercum agerēt: quæ in urbe Dodonæ erat: qui uero ad capiendū responsum ingrederent: protin⁹ moueri q̄ cum: ac sonitū fieri credebant: ibi. n. statua uisebatur uirgā ferēs. qua lebetē (qui prope aderat) pcutiebat: ex quo responsum (ut inquit Aufoni⁹) moderatis ictibus pelues referrēt. hinc a. P. Vergilio Dodonei lebetes dicunt: hoc ipsū de responsis Dodoneis per sonitū: cu locis multis ap̄d græcos exponitur: tū in Sudæ collectaneis. Aufonius pelues posuit: quos græci lebetes nomināt. quod iccirco notādū fuit: qm̄ epistola hæc Aufonii a paucissimis adhuc legitur: neq; sunt referenda hoc loco: quæ Herodotus atq; alii scribunt de Dodoneis columbis & oraculis: qm̄ nihil fere pertinent ad explicandum Aufonii carmen.

Quid sit fonticus morbus in legibus decēuiralibus: & causa fontica: quoue significato accipiendum sit fontire uerbum: ex sententia iurisperitorum.

Caput. X.

f Ex. Cæcilius & alii ueteres iurisperiti (qui. xii. tabulas interpretati sūt) morbū fonticū pro uehemēti: & grauissima egritudine acceperūt. Cassius uero: & Venuleius (ut i pandectis habet) pro iusto: & p̄petuo fonticū exponunt qd̄ alicui rei gerendæ impedimento ē: proindeq; in militaribus decretis: nō tenebatur is esse iureiurādo astrictus: qui fontico morbo esset affectus: qd̄ apud authorē Cincii obseruauit Gellius. iurabāt. n. milites (qui scripti erāt) se affuturos p̄ uoluntate & ip̄erio cōsulis: nisi harunce causa aliqua intercessisset: hoc est funus familiare: feriæ denicales: Calendæq; quæ non eius rei ergo in eū diem collatæ sint: quo is eo die minus ibi esset: morbus fonticus: auspiciū ue: quod sine piaculo præterire non liceret: sacrificium ue aniuerfariū: q̄ uerba in atticis noctib⁹ de prauata sunt. C. Plinius est author eius lapidis iurifitu (qui Gagates uocatur) morbū fonticū & uirginitatē deprehēdi. definitumq; est a Marco Iurisciuis legumq; peritissimo: qua i re fonticus morbus a febre differat: cū de habendis probādīsq; iudiciis differit. ap̄d poetā Neuiū fontica causa pro iusta & legitima exponit. Fonticam esse oportet causā quamobrem perdas mulierē: Elius Stilo fonticū existimauit pro noxiō dictum: unde fontes homines pro obnoxiiis & deperditis: & fontire uerbū (ut refert Pompeius) pro eo: quod est in re aliqua obesse & grauer nocere: quæ tamen uox propter nimiam antiquitatē: atq; insolentiam magis intelligēda est q̄ usurpāda: ne illoꝝ ingenia scribēdo imitemur: q̄ suis ineptiis ac friuolis affectationib⁹ ipudentissime cōtamināt latinā eruditionē. de hoc ipso morbo & Perottus Sipōtinus diligenter multa p̄quisiuit: ne uidear eius uiridū cōtempisse: qui de omnibus quidem literis est optime meritus.

De nominibus & potestate deorū ap̄d ueteres: & quā inanis ac futilis eorū superstitio foret copiose enarratum.

Caput. XI.

M. Varro & alii ueteres cōplura diligēter quæsierūt de Romanis diis: eorū que potestate. nos hoc loco breui adnotatione qd̄ colligemus: ut facilius agnosci: atq; itelligi possit: quā friuola: inanis: ac profus ridicula fuerit eorū superstitio: quæ res illorū studiū atq; cōmentarios instruere: & adiuuare poterit: qui de antiquoꝝ sacris atq; feriis scripserūt: auspicabimur uero a diis maioribus & quasi patriciis: deinceps ad alios accedemus. Iuppiter (quē optimū maximū dixerūt) pro sublimi æthere accept⁹ ē: i quo allegorice potestatem totius luminis intellexerūt: unde Luceti⁹: Diespiter: Elicius: Fulminator: & Feretrius uocatur. Iuno p̄ aere: quod elemēto superiori subditum sit: & ob id Lucinā: Fluonā: Hecatem: Matrem: & Dianam nominarunt. Neptun⁹ ad maria: Pluto refertur ad terram: eosq; cū suis cōiugib⁹ Salacia & Proserpina componunt. In focis domesticis Vesta collocatur: in fabricorū fornace Vulcanus: quibus ignea fere: atq; feruidiora (ut inquit Varro) cōueniunt: sic enim de Vesta in antiquis legibus Virgines uestales ignem foci publici sempiternum custodiunt: Publice & priuatim modo: rituq; agunt. In uaticiniis atq; diuinationib⁹ Apollo: cuius numē atq; egregia potestas: cū ab aliis multis: tū a Veſtio prætextato describitur in cœnis Macrobi. In emundis: uendundisq; mercimoniis Mercurius: cuius festa ob id a mercatoribus magno cultu seruata sunt. In lanoꝝ reꝝ principia: ianitores: portitores: messores: ac terminatores: eundē pontifices multis uariisq; nominibus uocant: ut Geminum: bifrontē: quadrifrontem. patrem Quirinū: lunonū: Clusiuū: & Patulciū in saluari carmine deus deorum est appellatus. In Saturno tēpora & ætates: cui farculorum insitiones: pomorumq; eductio nes: & omnē agricolendi disciplinā tribuunt: quo nomine a Romanis etiam Stercutius creditur dictus (ut est author Prætextatus) quod ab eo sit iuentū: ut in stercorendis agris fœcunditas adderetur. Martē: & Bellonā ad conflict⁹: bella: & cædes referunt: Cererē cū suo Triptolemo ad frumenta & segetes: Liberum ad uites & uineas: quē Bacchū: Bromium: Lenæumq; dixerunt. Dianā ad lucos: nemora: & siluas. Mineruā seu Palladem ad ingenia: disciplinas: & artes: quā Cicero etiā inter patrios deos: & urbis custodes locat. hactenus de diis maiorib⁹: Plebæi & ignobiles ingentem turbam ac infinitū quasi agmen cōficiunt: ut nihil prope inueniatur i officiiis uitæ mortalium: quin ad aliquod numē rettulerint: qua in re probāt: quā ridiculæ uanitati honores dicarent.

Virg

Suidas

Aufoni⁹

Herodot⁹

Gellius

Gellius
correct⁹

Plinius

Festus

Varro

Varro

Macrobi⁹

Cicero



In his quæ ad hominũ uitã: educationesq; pertinet Statilinum: Statanũ: Fabulinũ: Vagitanum: Pilunnũ: Picũnum: Cuninã: Leuanam: Ruminã: Edulicam: Potinam: Carnam.

Statilinum & Statanũ: qđ eo tẽpore pueris præsident: cũ standi & cõsistẽdi potestãtẽ habẽt: Fabulinũ & Vagitanum: cũ fãdi ac uagiendi auspiciũ esset: Picunnũ uero & Pilunnũ p̄ diis cõiugalib⁹ acceperũt: in quorũ æde Lectisternia parabant: unde pueris uitæ præsidiũ foret: ut a. M. Varrone traditũ est: Cuninam cũ in cumis agerẽt. Leuanã cuius ope de terra subleuaretur. Ruminam: qđ exugentibus opem ferret. nam ueteres rumã p̄ mãma acceperũt: unde subrumi agni: ac ficus ruminalis apđ authores nobilis: Edulicã & potinã qđ escã atq; potiones exhibeant: Carnam qđ humanis uitalibus præsset: cui sacrum in Cœlio monte constitutum fuit: uolupã quoq; & libentinã p̄pter uoluptates & libidines.

Ad officia hominum Adeonã: Abeonam: Volunam: & Volunũ. Vacunã p̄ terea & Fessoniã: p̄pter uacãtes & fessos: hinc apđ Horatiũ Vacunã templũ celebratur: Pelloniã ad hostes depellendos: Agenoreã: Strenuã: & Stimulã: qđ excitarent ad agendum: & excitatos stimularẽt: Numeriam ad numeros

⁹ Quietam & Murcidã p̄pter quietem ac desidiã: qm̄ murcidos (ut ait Põpõnius) p̄ desidiosos atq; ignauis habuerũt: cui⁹ tẽplũ in Auẽtino fuit: obeamq; causam (ut creditur) Murcus est appellatus: Virtutẽ p̄terea: Mẽtẽ: Honorẽ: Fidẽ: Victoriã: Pietatẽ: Concordiã p̄ diis statuerunt: ut omittamus Metũ Spem: Pallorem: & Febrem: cuius ædes in palatio collocatur. In morbis Angeronam: Orbonam: Profam: & Postuertam: quibus templa cõstituerunt: ut quisq; præcipue illos coleret: quorum auxilio magis egeret: tanta est ambitiosã mortalitatis fœcordia: Sentiam dicendis setentiis: Consum consiliis præposuerunt. uide consualia: feriã publicã: & in circo ludi ad aram Consi: propter raptum Sabinarum: Carmẽta ad fata: Camenã ad cantus relatã sũt: quarum ædes in regione urbis: quæ porta Capena dicitur. Vitunus & Sentinus ad uitã & s̄fus. in coniugiis quoq; m̄struis: partu: & funeribus deos confinxerunt. ut Siluanum: Deuerram: Intercidonẽ: Domiducum: Domicium: Manturnã: Virginesem: Subigum: Premam: Partũdam: Populoniã: Menam: Tellumonem: Rusionem: Orcũ: quẽ dixerũt etiã Quietãlẽ: & Neniã: cuius tẽplũ fuit extra portã Viminalẽ. Ad frumenta & segetes Segetia: Seia: Tutulina: Proserpina: Nodin⁹: Volutina: Patalena: Hostilina: Flora: Lactucina: Matura: Runcina: Rubigus: Auerrucus: & Spinẽsis: Segetia: cui segetes ipsã cõmẽdat. Seia: qđ satis frumẽtis opitulãt: ãtẽ qđ e solo existãt: Tutulina collectis atq; recõditis. Proserpina germinantib⁹: Nodin⁹ geniculis & nodis culmorũ: Volutina in uolucris illis folliculorũ: Patalena cũ patefcũt folliculi: ut spica exeat. Hostilina cũ segetes nouis aristas coequantur: qm̄ ueteres hostire & hostimẽtum dixerũt p̄ exequatione. Florã: Lactucinã: &

Maturam uocarunt: quoniã florentibus: lactentibus: maturefcentibus præfidiõ sint: Rubigum ne contrahant rubiginẽ: qua interdũ segetes occupant. Auerruncũ ne auerruncari ulla tempestate: aut conuelli possint. Runcinam ad runcationes. Spinẽsem propter spinas & uepres. Pomonam propter pomã: quam magna religione coluerunt: unde pomonales flamines: & sacra in pontificum commentariis tradita. Fructesam propter fruct⁹. Aesculanum: & Argentinum ab ære & argento: quo circa diuus Augustinus (ut eorum dementiã illuderet) Aurinum quoq; adiecit.

Ad agros & latifundia Rurinam deã ruri tribuerunt: Collinã collibus: Valoniã uallibus: Iugatinum montiũ iugis: Forulum forib⁹: Cardã cardinib⁹: Limentinũ: ac Terminũ limitibus & terminis: unde terminalia sacra in pontificũ fastis relata. Palẽ pastoribus: Empandã paganis: Arculũ arculis & capfulis: Lauernam furunculis: qui ob id (ut puto) lauerniones uocati sũt: Fornacẽ fornacib⁹: & hinc fornacalia sacra farris torrẽdi gratia. p̄tereo Nudinã: Tanagream: Ellocutiũ: Anteuortam: Matutã: qđ Leucothea dicitur: Larundã: Monetã: Februũ: Furinã: Fidiũ: Larẽtiã: Mutinũ: Alburnũ: & Inuũ: seu Panem cum sua canna: Maestam quoq; Cloaciniam: Veniliã: & Maniã: in cuius honore cõpitalia essent constituta: Opẽ consuiã: Bonũ euentũ: & Vertunnũ: qui hebrurix deus existimatur.

In qua deorũ colluuiõ agnoscuntur urbani: rustici: militares: agrestes: patricii: opifices: funerarii: coniugales: desidiosos: ac frumẽtarii: de quib⁹ accuratissime scriptum est a. M. Varrone in libris de rebus diuinis: quos ad. C. Casarẽ misit. Nos Augustinũ in his: Tertullianum: Lactantiũ: & alios cõpluris secuti sumus: qui ex Varronis thesauris talia collegerũt. sic autem scriptũ fuit in antiquis legibus de ipsis diis.

Ollosq; diuos (qui cœlestes semper habiti) colunto:

Ollosq; quos in cœlum merita uocarunt

Herculem: Liberum: Esculapium: Castorem: Pollucem: Quirinum:

Et ollis propter quæ datur homini ascensus in cœlum:

Mentem: Virtutem: pietatem: fidem: delubra: sunt.

Nec ulla uitiorum sacra solemnia faciunto.

Certasq; fruges: certasq; baccas publice libant.

quæ ueterum flagitia: ineptamq; superstitionem authores nostri: prolato crucis uexillo sic deiecerũt: ut ipsã quidem ueritatem non tantum e Cleãtis puteo extraxerint: sed ad communem omnium utilitatem super montem (ut inquit Hieronymus) collocarint.

VARRO

Vacunæ templũ

Pomponius

Orbona

VARRO

Augusti

Tertullian⁹

Lactanti⁹

Hieronym⁹



Admonitio operis ad legentes.

a Bfoluta sunt ad hunc diem uolumina. xxy. de honesta disciplina: in quibus plurimū diligētia ac laboris posui: quo magis pdesse ceteris: & meo nomini cōsulerē i tāta studiorū uarietate. & erūt hęc ueluti subsidia quædā: qbus memoria reddi instructior possit: atq; locupletior in his oibus: quæ ad usū uiuendi: eruditionemq; antiq̄tatis ptinere uideant̄. neq; post hac defuturi sumus incepto opi iuuandi bonoꝝ ingenia: qm̄ semel huic militia nomen dedimus: neq; licet a signis decedere: aut aciē refugere. edentur paulo mox libri cōplures: quos inscripsimus epistolicarū responsionū. nā docendo uigilando: & scribendo magis cupio fatigari: q̄ malo otio: atq; uoluptatibus (ut pleriq; faciunt) animū deprauare: in ea p̄fertim ciuitate: i qua ābitio pro uirtute: p̄ modestia im̄pbitas: eruditio pro desidia habet̄: satis autē mihi futurū est: si cōsenescere in hoc nostro otio licuerit: atq; ita uitæ reliq̄ dispone re: ut omnes facile intelligant: nullo mō me defuisse p̄claro istituto bonarū disciplinarū: quod ab ineūte atate suscepi. et qm̄ decet agentē negotium po steritatis poti⁹ bonis aduigilare: q̄ multis: ea potissimū ratio me monuit: ut me ipsum probarem liberalibus studiis: q̄ ut ifami ābitu: prauisq; artib⁹ lau dē nominis atq; gloriā quærerem. In his uero cōmentariis legē hanc uolum⁹ esse ascriptam e sacris eleusinis: quæ plābis inertia: profanumq; uulgus lōge arceat: qm̄ paulo ante experti sum⁹: nihil magis obesse probis igeniis: atq; op timis istitutis: q̄ rudē i peritorū audacia: q̄ nullo quidē iudicio aut ratione: sed ifcitia atq; libidine oīa expēdit. qd̄ sicubi de ueterum diis ac relligione (ut fit) disserui: hoc ipsum p̄pterea factum a nobis est: ut litteris humanioribus cōsuleremus: neq; renouare quicq̄ uolum⁹: aut eam superstitionem p̄bare: ut qdam temere obloquunt̄: quam nō modo reieci ut uanam & i probam: sed ut nefariam: flagitiosamq; locis multis cōargui.

Legis cautio contra iēptos criticos.

Quoi legent hosce libros mature censunt:
Profanum uolgus: & ifcium ne attrectato:
Omneisq; legulei: blenni: barbari procul sunt:
Qui aliter faxit is rite facer esto.

i Llund in calce opis addim⁹ P E T. Crinitū i his cōmentariis nihil oīo ap probare nisi qd̄ a Romana tm̄ ecclesia decretū atq; assertū fuerit: neq; ma iore audacia: q̄ iudicio ad maledicēdum atq; obtrectādū rapiatur. Nūc ea subī cient: i quibus impressores a p̄scripto aberrarint: qd̄ sicubi litterarū mutatio nes: additiones: inuersiones deprehendētur: hęc oīa uiri paulo homaniores i cō munem usum agnoscent: atq; emendabunt. Folio primo sicut pro sic ut. fol. vi. de hominū eloquōe pro de hominis eloqu tione. Ibidē habenda obseruāda: pro habēda atq; obseruanda. fol. viii. explici tū pro explicatū. fol. viiiii. debet exponi pro debeat exponi. fol. xi. hominū māci pro hominum mancīpia. fol. xiiii. illum proprie rerum pro illum proprie reum fol. xv. κατὰ μέτρον pro κατὰ ματρίδα. fol. xxi. quasi ἰσομομικός pro ἰσομο μικός. fol. xxiii. ueritatis addita pro ueritatis abdita. fol. xxiiii. suę ciuilis nomi ne p̄ suę ciuitatis nomine. fol. xxvi. egimus portentis ad iicere p̄ portentū ad iicere. fol. xxvii. immaniter pro sequendo p̄ persequēdo. fol. xxix. posteris eorū uir tutis p̄ eximē uirtutis. Ibidē rem aliā sed tuam p̄ rē alienā. fol. xxxi. Gregoriū Naziangenū p̄ Nazianzenū. fol. xxxiiii. altioribus disciplis p̄ disciplinis. fol. xxxv. ex Nazianzeno oppido p̄ ex Nazianzo. fol. xl. Augustum Antonii pro Antoninū ibidem Simonem ipsū dicitur p̄ Simonē ipsum dicit. Ibidem ad his declinarunt p̄ ab his declinarūt. fol. xliii. tamq̄ sacrilegiū p̄ sacrilegū. fol. xlv. mulciber igne pro ignee. Item argentum cymbium pro argenteum. fol. xlvi. quorū nomina p̄ quarum nomina. fol. xlvii. constitutā est a ueteribus p̄ cōsti tuta est. fol. lii. sic Maurus Tertianus p̄ Terētianus. fol. lvi. censerī possi p̄ pos sit. fol. lvii. qui apotelesmata inquit p̄ ad apotelesmata fol. lx. sensus p̄cedi p̄ procedit. fol. lxi. rationis experita p̄ expertia. fol. lxii. sapor cū in bella p̄ inbel lo. fol. lxiiii. totidem ueneratores p̄ uenatores. fol. lxv. ceu inemosynon p̄ mne mosinon. fol. lxvii. decorarent irent exciperēt p̄ decoraret iret exciperet item cal liditas ingeniattico p̄ ingeniō attico. fol. lxviii. qui t um Romana ciuitate p̄i cips agebat p̄ qui tum in romana ciuitate principes agebant. Ibidem eiusmodi p̄clara cuiusmodi p̄clara. fol. lxix. quę de arte medendi p̄ ad artem medendi fol. lxx. & Aenomanus per multarum p̄ Aenomaus p̄ multa referūt. fol. lxxiiii. quod a Sellio in rom. p̄ quod Asellio. fol. lxxiiii. ebn⁹ estro p̄ ostro. fol. lxxvi. qui in sua quisq; arte p̄ i sua quisq; arte. fol. lxxix. uulgo noeus est p̄ uulgo no tus est. fol. lxxx. et si facē lucem p̄ facē uel lucem. lxxx. i his quidem libris Ter tullianis p̄ Tertullianus. lxxxii. magna uoluptate & sicubi i cidere p̄ magna uo luptate sicubi incidit. ibidem philosophi autē phisici medici p̄ phisici & medi ci. fol. lxxxiiii. causa liberariis p̄ librariis. fol. lxxxvi. quis erichei p̄ Erithei fol. lxxxvii. existimat ut hinc p̄ existimatur hinc. Ibidem arcubalistę arrobalistę p̄ Carrobalistę. fol. xxxix. operatur Adarstia p̄ Adrastia. fol. xci. quia natū aliā naturam p̄ natura aliam naturam. fol. xcvi. templi antistates p̄ antistites. fol. ci. prenestinis eorumq; origine p̄ earumq; origine. fol. cii. lege atq; cōditione ut nihil p̄ conditione uocantur: ut nihil. Ibidem uirtutis fructū bonum p̄ uirtu tis bonū. fol. ciii. diuinitatis comitates p̄ diuinitatis comites. fol. cvi. in quod



LIBER

etiam: p in quo etiam. Ibidem colūnas ibidem: p colūnasq; ibidē. Ibidē ea sa-
tis certisq; p statis. fol. cviii. Tym⁹ lochrēsis p Thimęus. fol. cviii. solia sua: p
folia. fol. cx. ut uulgatoribus istis: p inuulgatoribus. fol. cxi. cecebrauit: p ce-
lebrauit.

Florentię impressum est hoc opus Petri Criniti:
opera & impensa Philippi de Giunta
Bibliopole Florētini. anno salu-
tis. M. D. IIII. Calēdis de-
cembris.

